
C
J
Bibliotheca Palatina

Percy (84 417. (2

0.65.

Digitized by Google

<36611178900019

<36611178900019

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

CANCRINIS CANCRINUS

Introitus patet haut claustris sunt ostia clausa

Ianua se pandit nec male progrederis



Digitized by Google

KABBALÆ DENUDATÆ

TOMUS SECUNDUS:

Id est

LIBER SOHAR RESTITUTUS;

Cujus contenta pagina versa monstrabit.

OPUS

Omnibus genuinæ antiquitatis, & sublimiorum Hebraicæ gentis dogmatum indagatoribus, nec non Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ, & in specie Idiomatis Terræ Israëliticæ, tempore Christi & Apostolorum usitati, Studiosis, aliisque curiosis utilissimum, & verè Kabbalisticum.

cui adjecta

Adumbratio Cabbalæ Christianæ ad captum Judæorum.

FRANCOFVRTI,

Sumptibus JOANNIS DAVIDIS ZUNNERI.

Typis BALTHASAR. CHRISTOPH. WUSTII Sen. 1684.

Digitized by Google

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

PARTE PRIMA

continetur

I. Synopsis dogmatum vulgatiorum totius Libri Sohar sub certos titulos digesta; cum adjectis parallelismis Novi Testamenti in usum Concionatorum; quæ est versio Libri Mareh Cohen, cujus Autor fuit R. Jisaschar F. Naphtali Sacerdos.

II. Introductio in dogmata profundiora ejusdem libri; quæ est versio partis cujusdam Libri Emekhammelech, cujus Autor fuit R. Naphtali Hirtz F. Jacobi Elchanan.

PARTE SECUNDA

I. Siphra de Zeniutha, seu Liber mysterii, pars fundamentalis totius Libri Sohar.

II. Idra Rabba, seu Synodus magna, pars alia Libri Sohar, quæ prioris quasi Commentarius est.

III. Idra Suta, seu Synodus minor, pars itidem nobilissima Libri Sohar, quæ est supplementum præcedentis.

Et hi omnes cum textu originario, qui in gratiam tyronum punctatus, & in Sectiones & Paragraphos dissectus exhibetur, una cum versione.

IV. Commentarius in Librum Zeniutha specialis, è Manuscripto à R. Chajim vital juxta tradita R. Jizchak Lorienſis Germani edito, latinitate donatus.

V. Commentarius Generalis in tres illas partes Libri Sohar è scriptis R. Naphthali Hirtz collectus & translatus.

VI. Tres Tractatus initiales Libri Sohar, qui in editione Mantuana referuntur ad præfationem, cum textu originario, pro majori exercitio tyronum, non punctato, sed cum versione tamen, & Commentariis, allegatis ubique foliis utriusque editionis Libri Sohar, tam majoris seu Cremonensis, quam minoris seu Mantuanæ.

PARTE TERTIA

Quæ est

PNEUMATICA KABBALISTICA,

Seu

Doctrina Hebræorum de Spiritibus, nempe Angelis bonis & malis, item de Anima & variis ejus statibus.

I. Tractatus, excerptus & translatus è scripto Beth Elohim, cujus Autor R. Abraham Cohen Irira Lusitanus.

II. Tractatus de Revolutionibus Animarum, translatus è Manuscripto quodam Lorensi, rarissimo & magnæ inter Judæos autoritatis.

Additis per Tractatus omnes, de quibus prolixius agitur in præfatione, Locis Biblicis, qui in textibus originariis non adjecti sunt.

Digitized by Google



Bayerische
Staats
MÜNCHEN

Digitized by Google

I. Syn
cu
C
II. In
ju

I. Sip
II. Id
ta
III. Id
m

IV. C
vi
V. C
A
VI. T
p
n
C

Da

I. Tr
C
II. T

qui in textibus originariis non adjecti sunt.

Digitized by Google

...yerische
Staatsbibl...
Mün...

LECTORI PHILEBRÆO
SALUTEM!

§. 1. QVod Titulus Cabbalæ noſtræ denudatæ promiſerat, poſt editum Tomô primô Apparatum, nunc ad ipſum librum Sohar convertimur, de quo paucula hîc præmittenda ſunt. Nimirum ille nomen habet è loco Dan. 12. v. 3. ubi dicitur: Et intelligentes fulgebunt זוהר ſicut ſplendor firmamenti. In quem locum ſic ſcribitur in principio præfationis majoris תקוני ſeu Supplementorum Libri Sohar והמשכילים אלין רבי שמעון וחבריא יזהירו כזהר אתכנשו למעבד האי חבורא רשותא אתיהיב לון ולאלידו עמהון וכל כשמתין דמתבתאן לנתתא ביניהו ולכל מלאכיא באתכסיא ובארח שכל ועלת על כלא יהיב רשו לכל שמהן קדישין ולכל חויין ולכל כטויין לדרגא לון (סא לגלאה לון) חזין תמירין כל שם בדרגא דיליה ורשותי יהיב לעש' ספירן לגלאה לון חזין טמירין דלא אתיהיב רשו לגלאה לון עד דייתי דרא דמלכא משיחא: Id eſt: *Et intelligentes.* Iſti ſunt R. Schimeon & ſocii. *Fulgebunt.* Cùm congregati eſſent, ut componerent hunc librum, licentia data eſt ipſis, & Eliæ cum ipſis, & omnibus animabus Scholarum (ſupernarum) ut inter eos deſcenderent; & omnibus Angelis, (ut id fieret) ſtylô obſcurô, & methodô intellectuali. Et cauſa ſuprema omnium licentiam dabat omnibus nominibus ſanctis, & omnibus variationibus Tetragrammaticis, & omnibus cognominibus, ut in gradibus ſiſterent illis (vel ut alii legunt, ut manifeſtarent illis) arcana abſtruſa, & ut quodlibet nomen eſſet in gradu ſuo. Et licentiam dabat decem numerationibus, ut illis revelarent myſteria occulta, quæ publici juris facere conceſſum non eſt, donec veniat generatio Regis Meſſiæ. Et in præfatione minore ejusdem Libri de hoc nomine extant ſequentia. כתוב והמשכילים יזהירו כזוהר הרקיע וגו' (דניאל יב) אלין אינון רבי שמעון בן יוחאי וחבריו רבי אבא ורבי יוסי ורבי חייא ורבי יצחק ורבי אלעזר ושאר חבריא דאזדהרו זהירו לעילא כזהר הרקיע מאי כזוהר · אלא כד עברו האי חבורא אסתכמו עליה לעילא וקראו ליה ספר הזוהר· Id eſt: Scriptum eſt: Et intelligentes fulgebunt ut ſplendor firmamenti. [Dan. 12. v. 3.] Iſti ſunt Rabbi Schimeon ben Jochai, & Socii ejus R. Abba; & R. Joſe; & R. Chija; & R. Jizchak; & R. Eleaſar [Hîç à multis vocatur R. Elieſer, ſed in Sohar nunquam ſcribitur אליעזר cum Jod, ſed אלעזר, quod eſt nomen Lazari apud Helleniſtas.] & reliqui Socii, qui illuſtrati ſunt ſplendore ſuperno, qualis eſt ſplendor firmamenti. Quid ſibi vult illud כזוהר ſicut ſplendor? Nimirum cum componerent hunc librum, conſenſu

ſuo eundem approbabant in ſupernis, eumque vocabant ספר הזהר Librum ſplendoris.

§. 2. Et quia hinc patet, quod Autor hujus libri dicatur R. Schimeon filius Jochai, breviter huc transferemus de iſto, quæ narrantur in Gemara Tractatu de Sabbatho cap. 2. fol. 33. b. his verbis: Quodam tempore conſidebant una R. Jehudah, R. Joſe, & R. Schimeon præſente quoque ipſis R. Jehudah filio proſelytorum. Tum exorſus R. Jehudah dicebat: Quam pulchra ſunt opera populi hujus (Romanor. ſcilicet!) extruxerunt enim fora, extruxerunt pontes, extruxerunt thermas. Ubi R. Joſe tacebat. Sed R. Schimeon filius Jochai reſpondebat, dicens. Quicquid ſtruxerunt, non niſi ſui commodi cauſa ſtruxerunt. Fora nimirum, ut illic ſedere queant mercatores: Thermas, ut ipſi in illis delicias habeant; & pontes, ut ex illis vectigal capiant. Tunc R. Jehudah filius proſelytorum abiens, iſta enarravit, ita ut innoteſcerent Cæſari. Qui hanc tulit ſententiam: Jehudah qui extulit extollatur: Joſe qui ſiluit, exulet in Cyprum: Schimeon qui vituperavit, occidatur. Tunc hic & filius ejus ſeſe occultabant in auditorio, & domeſtici ipſorum quotidie ipſis afferebant placentam panis & poculum aquæ. Sed quia rigoroſa erat ſententia, ipſe dicebat filio ſuo: Mulierum animus levis eſt; forte dolore angentur, & nos manifeſtabunt. Abierunt ergò & ſeſe occultarunt in ſpelunca quadam: ubi contingebat miraculum, ipſisque creabatur arbor ſiliquifera, (cujus fructus κεράτια) & fons aquæ. Deponebant igitur veſtes, & usque ad collum ſuum ſedebant in arena, totâque die ſtudebant: tempore precum autem inducebant & operiebant ſe, & orabant: deinde veſtes iterum deponebant, ne eas detererent. Sic ſedebant per duodecim annos in ſpelunca: donec veniret Elias, adſtansque ingreſſui ſpeluncæ, diceret: Quis indicabit filio Jochai, quod mortuus eſt Cæſar, & irrita reddita eſt ſententia ejus. Exite & videte homines, quomodo colant & ſeminent!

§. 3. De hoc egreſſu è ſpecu autem iſta narratur hiſtoria in Sohar ſuper Geneſin Editionis Cremonenſis col. 36. Mantuanæ fol. 11.

רבי פנחס הוה שכיח קמיה דר' רחמאי בכיף ימא דגנוסר וכר נשרב וקשישא דיומין הוה ועינוי אסתלקו למחמי אמר לר' פנחס וראי שמענא ריוחאי חברנא אית ליה מרגלית אבן טבא ואסתכלית בנהורא דההוא מרגלית נפקא בנהירו דשמשא מנרתיקוה ונהרא כל עלמא וההוא נהורא קאים משמיא לארעא ונהיר כל עלמא עד דייתי עתיק יומין ויתיב על כרסיא כדקאמרת וההוא נהורא כליל כלא בביתך ומנהורא דכליל בביתך נפק נהירו דקיק חעיר ונפיק לבר ונהיר כל עלמא זכאה חולקך. פוק כרי פוק זיל אבתריה דה הוא מרגלית דנהיר עלמי דהא שעתא קיימא לך נפק קמיה וקאים למיעאל בההו ארבא ותרין גוברין בהרה חמא תרין צפרין דהוו אתייאן וטאסין על ימא רמא לון קלא ואמר צפרין צפרין דאתון טאסין על ימא חמתון דוך דבר מחאי תמן. אשתרי פורתא אמר צפרין צפרין זילו ואתיבו לי. פרחו ואזלו שאלו בימא ואזלי ליה עד דנפק הא אינין צפרין אתיין ובפומא דחרא מנידו פתקא חדא וכתיב בגווה דהא בר יוחאי נפק מן מערתא ורבי אלעזר בריה אזל לגביה ואשכח ליה משניא וגופיה מליא חלודין. בכה בהדיה ואמר וי דחמיתך בכך אמר זכאה חולקי דחמירת לי בכ דא למלא לא

חמי

Id eſt, *R. Pinchas conſidebat ante R. Rachamai ad* חמי תנא בכך לא חוינא בך : *littus maris Genoſar, qui admodum decrepitus erat, ut oculi ejus deficerent. Hic autem dicebat ad R. Pinchaſum: profectò audivi, Jocheum ſocium noſtrum habere margaritam pretioſiſſimam* [per quam intelligitur R. Schimeon filius Jochai] *& vidi ſplendorem iſtius margaritæ, quod prodiret in fulgore qualem ſol habet, è theca ſua:* [i. e. Rachamæus enarrat ſe in viſione vidiſſe, quod R. Schimeon filius egrediatur è ſpelunca ſua, plenus ſapientia fulgidiſſima] *& illuminaret totum mundum* [ſenſus eſt doctrinam Cabbaliſticam, quæ hactenus tantum traditione orali propagata fuerat, jam à R. Schimeone conſcriptum iri, ut pluribus communicari queat.] *Et lumen illud ſtabat à cœlo usque in terram, & illuminabat totum mundum.* [i.e. Ille divina theoremata in terra propalaturus eſt.] *donec veniret Senex dierum, & ſederet ſuper throno, prout decet.* [i.e. Doctrina ſua in ordinem rediget omnes gradus divinarum emanationum usque ad Senem dierum ſive coronam ſummam, cujus thronus dicuntur Nomina inferiora.] *Et illud lumen totum continebatur in domo tua:* [videbat enim, quod ignoraverat, R. Schimeonem eſſe generum R. Pinchaſi.] *Et è lumine contenta in domo tua, prodibat lumen tenue & exiguum,* [hic intelligitur R. Eleaſar filius R. Schimeonis.] *Idque promicabat foras & illuminabat totum mundum.* [Senſus eſt; quod viderit & iſtum R. Eleaſarem ſcripturum partes quasdam libri Sohar.] *O beatam portionem tuam!* Egredere fili mi! egredere! vade quæſitum iſtam margaritam, quæ illuminat mundum: [i.e. abi in occurſum R. Schimeoni, quem in viſione video egredientem è ſpecu ſuo.] *nunc enim hora tibi favet. Hic exiit ab eo; cumque adſtaret ut ingrederetur naviculam, ubi cum ipſo erant duo viri; vidit duas aves* [vel ſub earum forma angelos] *advenientes, & volitantes ſuper mare. Emiſit ergò vocem erga eas, dicens: O aves, aves, quæ circumvolitatis ſuper mare, vidiſtisne locum ubi degat filius Jochai? Cunctatusque parum iterum dicebat: Aves, aves, abite & referte mihi reſponſum. Illæ avolantes abibant, & pergentes per ulteriora maris proſequebantur viam ſuam; donec exiret* [R. Schimeon cum filio ſuo è ſpelunca.] *Tunc illæ aves redibant, & in ore unius illarum tabella quædam erat, in qua ſcriptum erat, quod filius Jochai egreſſus ſit è ſpelunca, ut & R. Eleaſar filius ejus. Abiit ergò ad eum eumque inveniebat omnino mutatum, & corpus ejus plenum rubiginoſis exulcerationibus. Flebatque cum eo dicens: Væ! quod ita videam te. Ille autem reſpondebat; beatum me, quod ita videas me! niſi enim talem me videres, talis non factus eſſem!*

§. 4. Vixit autem hic R. Schimeon Jochaides ante & poſt excidium Hieroſolymitanum, prout è variis locis hujus libri colligi poteſt: & quanta deprædicentur de illius excellentia, inter alia etiam colligi poteſt ex hiſtoria illa de R. Chija, qui in viſione cum vidiſſe dicitur poſt mortem ejus in Schola ſuperna inter Sanctos & Angelos quam plurimos docentem; prout id legi poteſt col. Cremon. 23. Mant f. 4. De morte ejus quoque infra narrabuntur plura in fine Synodi minoris. Quæ autem in vita ſua egerit, paſſim produnt hiſtoriæ in fine Synopſeos Soharisticæ cumulatæ.

§. 5. Dubium tamen quibusdam exortum eſt, an etiam vera ſint iſta, quæ in Sohar traduntur, de Sapientia ipſius Cabbaliſtica; ex eo, quod in Talmudis Codice, ubi ſæpe

ejus fit mentio, nihil unquam de Cabbala ejus commemoretur. Verum enim verò quod Pace illorum dixerim, quorum penes me magna ſemper fuit autoritas; id mirum nemini videatur, quia fieri potuit ut acroamatica hæc ejus dogmata quamvis conſcripta eſſent, in terra Iſraëlis tamen occultata manſerint; & ad Babylonios translata non ſint. Præſertim cum ſcholæ hæ ambæ, Orientalis nimirum ſive Babylonica, & Occidentalis ſive Jiſraëlitica non admodum ſibi faverent, & ipſe quoqúe R. Schimeon Jochaides Babylonios aliquoties vocet ſtolidos.

§. 6. Deinde fabuloſum videri, ajunt, & incredibile, quod vulgus Judæorum comminiſcitur: illum cum filio librum Sohar conſcripſiſſe in ſpelunca. Ubi ſciendum non totum librum Sohar factum, nedum conſcriptum eſſe in ſpelunca. Sed aliqua, quorum hinc inde in ipſo textu hujus libri fit mentio, prout exemplum occurrit in Geneſin col. Cremon. 523. Mant. f. 249. Totus enim liber hic nihil aliud eſt in ſe, quàm relatio Diſcurſuum quorundam à R. Schimeone & Diſcipulis ejus, nec non quibusdam aliis de rebus Divinis textibusque ſacris variis in locis habitorum. Ubi deinde in utraque Editione indebite immixta ſunt ſcripta quædam alia ejusd m materiæ, de quibus infra ſpecialiùs dicemus. Adeoque pro Autore hujus Libri primario quidem haberi poteſt R. Schimeon ben Jochai, quia ex illius Schola & informatione emanavit tota hæc iſtius Sapientiæ compages, non ipſe tamen eundem ſcripſit, niſi fortè Siphra de Zeniutha ſive Liber Myſterii, quem hîc edimus, ipſi tribuendus eſt. Cætera autem pleraque conſcripſit R. Abba, primarius diſcipulorum ejus. Imò nec ipſe ſolus autor eſt omnium iſtorum dogmatum, ſed eadem ſaltem, cùm antea tantùm oretenus traderentur, in unam ſummam redegit, partim ex ore Magiſtrorum præcepta, partim ex ſcriptis quoque priorum collecta, quales fuerant Raſ Hammenuna Senex; R. Jebha Senex, & ſimiles: prout non tantùm hi, ſed & liber Chanochi, Libri quidam Salomonis, & Traditiones variæ tàm in urbe Hieroſolyma, quàm extra eam editæ, ſæpiſſimè allegantur.

§. 7. Ratio autem, quare hic Autor cenſeatur eſſe ſuppoſititius, hæc profertur: quia poſt mille demum annos & amplius innoteſcere cœperit hic Liber: cùm tamen nulla Schola in Ægypto tam diu duraverit, ut eum tot ſeculis ab hominum manibus excluderet, & à vermibus atque obliteratione conſervaret. Ubi quidem Judæi reſpondent; id mirum non eſſe, quia & Lex ipſa per bis mille annos intra domeſticos primorum Patrum parietes fuerit occultata, donec tempore Moſis per hunc publici juris fieret. Deinde & alios dari ipſorum libros, qualis eſt Sephir Jezira à R. Akiba è Traditionibus Abrahami Patriarchæ conſcriptus, qui multô temporis ſpatio paucis fuerint cogniti. Adde quod ipſi Textus hujus Libri declarent, eundem non publicatum iri niſi circa ultima mundi tempora, prout apparet è loco Supplementorum veterum Suppl. 6. fol. 19. b. ubi dicitur, Eliam dixiſſe R. Schimeoni Jochaidæ: רבי רבי אנת הוא רבה אילנא ותקיף באוריתא וכו' וכמה בני נשא לתתא יתפרנסון מה איחבורא דילך כה אתגלייא לתתא בהרא בהראה בסוף יומיא וכו': Id eſt. Rabbi Rabbi, tu es arbor illa magna & grandis in Lege, (de qua dicitur Dan. 3.) ſub ramis tuis, quæ ſunt membra ſancta multæ aves degunt, quæ ſunt animæ ſanctæ quoad partem ſupernam; & multi homines

mines quoad partem inferiorem nutrientur ex hoc Libro tuo, cùm manifestabitur inferiùs ætate ultimâ sub finem dierum. Quod & alibi sæpiùs repetitur. Quibus accedit, quòd sciri nequeat quodnam ante ipsam hujus Libri impressionem ipsius fuerit fatum, & quibus in Bibliothecis Orientalium ejus latuerint exemplaria, quorum unum, [prout mihi relatum est per Epistolam quandam Oxonio scriptam,] etiam pervenit in manus Patrum Oratorii, quorum Collegium Parisiis est, in quorum Bibliotheca adhuc asservatur manuscriptum. Porrò etiam styli singularitas & constitutionum ejus antiquitas, & quod nec Gemaræ nec ullius Libri Talmudici ullibi faciat mentionem; item quod ab omnibus quorumcunque locorum Judæis pro Classico receptus sit; satis testantur, illum scripto illo, quod dicitur מערכת האלהות multò esse antiquiorem, ita ut opinio illa, quæ inter doctos quosdam de novitate ejus excitata fuit, procul dubio non amplius sit prævalitura.

§. 8. Materia quæ in illo tractatur, propriè loquendo nihil est aliud, quàm tota Doctrina de Deo, ejusque Essentia & Attributis sive Nominibus; item de Messia, deque Angelis bonis & malis; nec non de Anima hominis, ejusque origine & statibus; unà cum Practicis quibusdam & Ritualibus; quorum magna pars à nobis hic exhibetur peculiari Synopsi, quæ primam hujus Tomi partem constituit.

§. 9. Forma sive methodus in hoc libro observata duplicis est generis: sicut enim Aristoteles inter dogmata sua alia vocat, acroamatica, alia exoterica: ita hic alia sunt scholæ intimioris tradita, quæ multis ænigmatibus involuta exercitatis saltem proponuntur præsertim de rebus sublimioribus in divinitate, aliisq; partibus pneumaticis: alia autem admiscentur vulgatiora. Ordo autem ab ipso Autore nullus fuit observatus; nisi quod diversis temporibus diversa ediderit. A collectoribus autem discursus illi digesti sunt secundum ordinem Pentateuchi; ita tamen ut non una eademque observata sit series in editione Mantuana, quæ impressa est in quarto, anno Judaico 318. id est anno Christi 1558. & in Cremonensi quæ impressa est in folio anno 319. i. e. 1559. cum qua concordat Lublinensis. Quia autem non omnes discursus directi sunt ad certum aliquem textum Biblicum: sed alii multò sunt generaliores: & præ cæteris certa quadam methodo speciali sunt conscripti tres Tractatus Synoptici, totam doctrinam Cabbalisticã in una epitome repræsentantes; & ita quidem ut alter alterius quasi sit Commentarius: hinc illi ipsi meritò præ cæteris præmittendi fuissent. Quod & ego in hac editione observavi: ita ut primo loco à me exhibeatur Siphra de Zeniutha, sive liber occultationis vel mysterii, qui Compendium est omnium breviſſimum totius Cabbalæ, quamvis non amplius extet integrum, quem tractatum editio Cremonensis & Lublinensis inserunt Parti primæ in Genesin fol. 19. col. 75. 77. 80. 81. 84. 85. Sed Mantuana Parti secundæ fol. 176. seqq. De hoc libro sic loquitur R. Schimeon Jochaides in Sohar sub finem Sectionis Trumah ed. Cremon. fol. 78. col. 4. וכספרא דצניעותא תאנא ווים לעילא ווים

לתתא וכלהו במתקלא חד סלקין מאן צניעותא דספרא אתוש ומשה ברקין אינון דכלילן בהיכל רב ומליין כל ארעא אמר ר יהודה אי כלילן הכי מכלהו עדיפי אתוש הכי הוא למאן דשאל ונפק ולמאן דלא שאל ונפק לאו הכי לנרגש דהוה דיוריה

דיזריה ניני טנרין ולא ירע בריורי מרא זרע חטין ואכלחטין בגופיהו · ויכא חד עאל למתא אקרבוה נהמא טבא אמר ההוא בר נש דנא למא אמרו ליה למיכל אמר וממה אתעבירא אמרו מחטין · לבתר אקרבו ליה גריצין דלישא במשחא טעם מיניהו אמר ואילין ממה אתעבידו אמרו מחיטין · לבתר אקביבו קרמוהי טסיקי מלכין דלישין ברובשא ומשחא · אמר ואילין ממה אתעבירו אמרו מחיטין אמר אנא מלכא דכל אילין דאנא אכיל עקרא דכל חני ובגין ההוא דעתא מערוני מלכא לא ידע ואתאבידו מניה · כך מאן דנקט כללא ולא ידע בכללהו ערונין דמהניין דנפקין מהדוא כללא עכ·

id est. Et in Libro Zeniutha didicimus; vavim ſupra & vavim infra, & omnia in unum recidunt. Quid eſt myſterium Libri? R. Schimeon dixit: Quinque capitula ſunt, quæ continent Palatium magnum, & implent univerſam terram. Dixit R. Jehudah: Si iſta continent, præſtantiora ſunt omnibus. Dixit R. Schimeon: ita eſt, reſpectu illius, qui intravit & exiit: ſed reſpectu illius, qui non intravit & exiit, ita non eſt. [Huc quadrat ſimile] de homine quodam, qui habitabat inter montana, & nihil ſciebat de habitatoribus Urbium; ſeminiabat enim triticum & comedebat triticum in granis ſuis. Die quodam cùm intraret in urbem, apponebant ei panem ſimilagineum. Ubi dicebat homo ille: Ad quid hoc? reſpondebant ei: ad comedendum. Et ille porrò: & ex quo factum eſt? reſpondebant è tritico. Deinde apponebant ei tortas oleo imbutas; quas cum guſtaret, iterum interrogabat: Et hæc unde facta ſunt? & reſpondebant: è tritico. Deinde ipſi apponebant placentas regias depſendo cum melle pinſitas & oleo. Et iterum interrogabat: & hæc unde facta ſunt? & reſpondebant; è tritico. Tunc dicebat: Ego igitur Rex ſum ſuper hæc omnia, quia ego comedo fundamentum iſtorum omnium. Et propter hanc opinionem de deliciis regiis nihil ſciebat, quippe quæ ipſi erant, quaſi non eſſent. Ita ſi quis adipiſcitur Generalia, & tamen cognitionem non habet omnium deliciarum perceptibilium, quæ è Generalibus illis ſortiuntur. Quæ verba egregie illuſtrantur à R. Moſcheh Korduno in Libro Pardes Rimmonim Tractat. 27. cap. 2. fol. 190. col. 3. Et à R. Naphthali F. Jac. Elchanan in præfat. in Librum Emek Hamelech fol. 4. col. 3. ſeqq.

Huic adjunxi Synodum magnam, quæ dicitur Idra rabba, & quia in Sectionem נשא inſerta eſt, aliàs quoque appellari ſolet אדרא נשא; Qui tractatus eſt Libri Zeniutha uberior explicatio; & reperitur in Editione Cremonenſi & Lublinenſi Parte tertia à fol. 61. col. 242. & ſeqq. usque ad col. 273. fol. 69. Sed in Mantuana Parte tertia fol. 128. Et tertiò addidi Synodum minorem, quæ dicitur Idra ſuta vel etiam אדרא דאזין à ſectione in quam inſerta eſt; quæ eſt quaſi cygnea cantio R. Schimeonis ben Jochai, & ſupplementum illorum, quæ in Idra magna nondum expreſsè ſatis tradita erant: ubi etiam mors ipſius deſcribitur, hæc autem reperitur in Editionibus Cremonenſi & Lublinenſi Parte tertia fol. 140. à col. 557. usque ad col. 575. fol. 156. In Mantuana autem Parte 3. fol. 287. usque ad fol. 296. Deinde tractatus quosdam initiales ſuperaddidi juxta Editionem Mantuanam, quam etiam ſecutus eſt R. Jizchak Lorjenſis cum omnibus orientalibus. Et quia hâc ratione è tenebris in lucem revoco genuinos illos Tractatus R. Schimeonis ben Jochai, qui hactenus à Chriſtianis quaſi ignorati fuerunt;

hinc

hinc meritò editio hæc à me vocatur Sohar reſtitutus, ob ordinem nimirum, non quidem temporis, nec Pentateuchi, ſed doctrinæ reſtitutum: ut nimirum generalia ſic præmittantur ſpecialibus.

§. 10. Finis tandem Libri hujus quoque ſpectandus eſt: quem quidem R. Schimeon Jochaides nullum habuit alium, niſi ut doctrinam hanc Theologiæ Hebraicæ ſummam, quæ hactenus oretenus ſaltem propagata fuerat, pro poſteritate conſcriberet, meliorique methodo diſcipulis ſuis imprimeret. Sed quia toties in hoc Libro mentio quoque fit variarum apparitionum & præſertim Eliæ, quem etiam Chriſto Domino noſtro apparuiſſe hiſtoria Evangelica perhibet: Deinde etiam animarum quarundam ſanctarum; imò vocum ê cœlo auditarum, geſtorumque miraculoſorum haud paucorum: quæ omnia tamen poſt Chriſti adventum in carnem eveniſſe traduntur, imò in ipſo Chriſtianismi propagandi paroxysmo. Hinc ſæpe multumque dubius hæſi, utrum hæc fabuloſa ſint omnia, an verò parabolica; ad minimum pleraque, an verò prout circa eadem tempora Apollonium Thyanæum inter gentiles Chriſto opponebat Satanas; ita hunc Jochaidem ſimili apparàtu eidem oppoſuerit inter Judæos? an verò tandem in certum quendam finem Deus ter ſanctiſſimus dogmata hæc conſcribi curaverit? Ubi quidem contra tres caſus priores mihi occurrebat; partim doctrinæ hujus ſanctitas & ſublimitas; partim ejusdem ad explicandam ſcripturam Veteris & Novi Teſtamenti uſus inſignis; partim etiam, quod circa fabuloſa & Satanica Deus preces non audiat: meas autem circa difficilia hæc tam ſæpe cum ſtupore audiverit, quod in æternam illius Jeſuque intercedentis gloriam deprædico. Adde quod etiam contra Chriſtum in toto libro ne minimùm quidem effutiatur, prout in recentioribus Judæorum ſcriptis plerumque fieri ſolet. Sciſcitanti igitur reſpondebatur: Cum perfectio animæ partim verſetur circa agenda, per Sophiam practicam, quæ conſiſtat in actibus voluntatis; partim circa contemplanda per Theoreticam, quæ conſiſtat in actibus intellectus: Jeſum quidem ut Meſſiam contra omnem priorum temporum (partim inter gentiles per auxilium naturæ, partim inter Judæos per auxilium Legis & meditationum) uſitatam methodum, novam introduxiſſe, pro perficienda in praxi animâ, viam, ut nempe homo, abnegatis viribus propriis, actus omnes edat per ſpeciale Spiritûs Sancti auxilium, ardentibus (ex vera propter magnum illud Sacrificium fœdusque Meſſianum in ſe excitata fide,) ad Patrem fuſis precibus impetratum: in quem finem Sophiæ Hebræorum theoreticæ dogmata quoad hoc ſtudium practicum in pauciora reduxerit prolegomena: eâdemque methodo propagatum etiam tum temporis fuiſſe & propagandum ſemper eſſe Chriſtianismum ceu novi fœderis profeſſionem. Quia autem Animæ, ratione voluntatis ſuæ hoc modo conſummatæ, pro perficiendo etiam methodicè intellectu, non ſufficerent paucula illa â Chriſto & Apoſtolis ex hac ipſa Hebræorum Theologia excerpta inque uſum vitæ activæ accommodata theoremata; Deusque prævidiſſet, Chriſtianos in hunc finem refugituros ad avia gentilium, quod tamen nullo modo conſultum eſſet Chriſtianismo, niſi relabi vellet tam in praxi quam in theoria, ad Mæandros ex illis fontibus oriundos; hinc factum eſſe ſpeciali illius providentia, ut quicquid Metaphyſicum & Pneumaticum

eſſet

eſſet in doctrina Hebræorum ſingulari iſtius Viri ſtudio colligeretur; ſuo tempore, cum ultimata Chriſtianismi inſtaret conſummatio, inter exercitatiores feliciore praxi animos cum Chriſti traditis in ordinem pro facilitanda Animæ contemplatione redigendum: Ita ut non alio opus ſit ſtudioſis iſtius Optices Teleſcopio. Et Juxta hunc finem dimetiendos eſſe fines omnes ſecundarios alios; quò tandem in ultimo conſpirent, qui ſit Dei gloria & animæ perfectio.

§. 11. Diviſio porrò iſtius Libri fieri poteſt, in partes, tam internas quam externas. Partes internas voco illas, quæ ſimul in una Editione combinatæ ſunt: Suntque primo textus Sohar propriè dictus, qui ſi reliqua additamenta ſeparentur, usque adeo magnus non eſt: & propriè conſiſtit in Relatione variorum Diſcurſuum R. Schimeonis Jochaidæ cum Diſcipulis ſuis, & Diſcipulorum inter ſe & cum aliis.

Secundò ספרא רצניותא ſeu Liber myſterii.

Tertiò אדרא רבא ſeu Synodus magna.

Quartò אדרא זוטא ſeu Synodus parva; de quibus egimus ſupra.

Quintò סבא דמשפטים ſeu Hiſtoria de Sene quodam, in Sectione Miſchpatim, quæ agit de Leviratus myſterio & anima. Cremonenſ. Part. II. fol. 43. col. 169. Mantuan. Part. II. fol. 94. in fin.

Sexto מדרשרות ſeu Commentarius in Ruth. Cujus additamenta reperiuntur in Editione Cremon. Part. I. col. 61. 86. Part. III. col. 114. 124. 130. 174. 181. 184. 332. 530.

Septimò ספר הבהיר ſeu Liber Illuſtris quem compoſuit R. Nechonjah ben Hakkanah: & cujus excerpta inveniuntur in Editione Cremonenſ. Part. I. col. 76. 79. 82. 86. 88. 104. 110. 112. 122. 125. 127. 130. 137. 138. 185. 241. 462. Part. II. col. 145. 259. Part. III. col. 151. 176. 201. 333. qui textus etiam hinc exſcripti & peculiari libello impreſſi reperiuntur.

Octavò תוספתא ſeu Additamentum cujus partes inſertæ reperiuntur in eadem Editione Part. I. col. 83. 87. 145. 176. 188. 189. 203. 222. 259. 265. 295. 303. 318. 367. 371. 487. 513. Part. II. col. 48. 107. 120. 163. 238. 358. 426. Part. III. col. 50. 82. 97. 98. 117. 149. 155. 163. 177. 184. 186. 191. 193. 274. 331. 441.

Nonò רעיא מהימנא ſeu Paſtor fidelis, per quem intelligitur Moſes, qui apparuiſſe fertur R. Schimeoni Jochaidæ eique revelaſſe ea, quæ in Tractatu hoc reperiuntur. Excerpta autem ex hinc diſperſa ſunt locis ſequentibus Part. I. col. 104. 126. 207. 211. 214. 247. 322. 343. 346. 378. 483. Part. II. col. 72. 165. 203. 281. 328. Part. III. col. 1. 26. 32. 42. 45. 47. 56. 57. 79. 122. 144. 147. 171. 187. 209. 214. 233. 235. 277. 289. 329. 332. 339. 343. 394. 400. 404. 408. 413. 422. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 447. 451. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 466. 468. 472. 519. 534.

Decimò היכלות ſeu Palatia, quæ tribus potiſſimum locis occurrunt Part. I. col. 116. Part. II. col. 358. & col. 438. Suntque deſcriptiones Paradiſi & Inferni.

Undecimò סתרי תורה ſeu Arcana Legis, quæ carptim extant Part. I. col. 221. 258. 262. 370. Part. II. col. 259.

Duode-

Duodecimo מדרש הנעלם seu Commentarius secretus, cujus partes extant Part.I. col.257. 260. 261. 264. 265. 268. 269. 272. 273. 276. 296. 370.

Decimotertio רזי דרזין seu Arcana Arcanorum, quæ extant Part.II. col.134.

Ut nihil jam dicam de Tractatibus illis qui vocantur מדרש חזית: פקודא: ינוקא & similibus, quorum quidam etiam in editione Mantuana non extant.

Partes externas voco illas, quæ in aliis editionibus prioribus superadditæ sunt: ut sunt primò præter Tomum hunc magnum, תקוני הזהר, sive supplementa Libri Sohar, quia sunt partes quædam in Tomo majore non comprehensæ; & vocari solent תקונים ישנים, seu supplementa vetera; respectu recentiorum. In specie autem hoc in Tomo vox בראשית à R. Schimeone Jochaide septuaginta modis exponitur; unde habet septuaginta capitula, quæ dicuntur תקונין: quibus adjecta sunt capitula adhuc undecim. Ipse liber autem impressus est Mantuæ anno 318. ut & Cracoviæ.

Secundo זוהר חדש seu Sohar novus, in quo continentur ea, quæ in impressis exemplaribus Libri Sohar non extant. Ejusque partes sunt quatuor: 1. Ipse Textus Sohar, cui insertum multis in locis est Supplementum Tractatus מדרש הנעלם, cujus pars aliqua etiam in Tomo magno continetur. 2. תקונים חדשים seu Supplementa nova. 3. זוהר שיר השירים seu Expositio in Canticum Canticorum ad Librum Sohar pertinens. Et 4. זוהר איכה seu Expositio in Threnos, ad Sohar pertinens. Et hisce partibus absolvuntur ea, quæ de Libro Sohar in manibus nostris versantur.

§. 12. Ut autem eò commodiùs tractari queat studium difficillimi istius Libri, haud parùm conducit, si cuidam ad manus sint libri sequentes impressi.

1. ספר דרך אמת, seu via veritatis: quæ sunt variæ Lectiones in Librum Sohar juxta Editionem Mantuanam dispositæ.

2. Pro meliori intellectu difficiliorum quorundam vocabulorum libellus אמרי בינה: quamvis eidem non in omnibus sit adhibenda fides; dirigitur autem juxta editionem Cremonensem.

3. Commentariolus extat in Partem primam Sohar, qui vocatur זוהרי חמה, quasi splendores solis, qui sequitur editionem Mantuanam.

4. Haud inutile erit perlegere Librum פרדס רמונים R. Moscheh, Kordueri, in quo quam plurimi textus Libri Sohar & Tikkunim explicantur: quamvis studium istius eo usque non ascendit quo pertigit R. Jizchak Lorjensis.

5. Valde conducit pervolvere Libellos Synopticos: quales sunt מקור חכמה, quæ est altera pars libri אמרי בינה. Item

6. מראה כהן, cujus maximam partem Latinitate donatam hoc in Tomo exhibemus: Nec non

7. Libellum זר זהב, cujus magnam partem inseruimus Apparatui nostro, Indicis loco.

8. Tandem etiam ut dicta Biblica in Sohar & Tikkunim hinc inde explicata, commodius inveniri queant, non inutilis est libellus פתח עינים.

§. 13. Si quis autem habere potest Tractatus Manuscriptos R. Jizchak Lorjensis

Germani, conſcriptos à R. Chajim Vital, & haut ita pridem ex oriente in has plagas allatos, quorum ibidem magnus adhuc extare dicitur numerus; illi demum lumen affulgebit longè majus. Totum autem opus vocatur עץ חיים, juxta Nomen Compilatoris; quod variis tandem viis obtinui totum. Dividitur autem in Tomos potiſſimum ſex: quorum primus vocatur

אוצרות חיים ſeu Theſauri Vitæ: cujus diſſertationes ſunt ſequentes.

1. הקדמת עץ חיים Seu Præfatio in totum opus Arboris vitæ.
2. ליקוט הקדמה Fragmentum Præfationis ſimilis.
3. הקדמת אחת גדולה, Præfatio quædam magna.
4. שער אדם קדמון Tractatus de Adamo primo.
5. דרוש עתיק Diſſertatio de Seniore.
6. דרוש אריך אנפין Diſſertatio de Macroproſopo.
7. דרוש אבא ואמא Diſſertatio de Patre & Matre.
8. שער רפח ניצוצין Tractatus de 288 Scintillis.
9. שער אורות ניצוצות וכלים Tractatus de Luminibus, ſcintillis & Vaſis.
10. מוחין דקטנות ויניקה וגדלות De Cerebris ſtatus infantiæ & lactationis & adoleſcentiæ.
11. שער מוחין דצלם Tractatus de Cerebris Imaginis.
12. שער העיבור Tractatus de ſtatu imprægnationis.
13. ענין עיבור דמוחין De Imprægnatione Cerebrorum cauſa inſtituta.
14. דרוש ישראל ורחל Diſſertatio de Iiſraële & Rachele.
15. שער גלגלי רישין Tractatus de tribus Capitibus.
16. שער אביע Tractatus de quatuor ſyſtematibus Emanativo, creativo, formativo & factivo.
17. ענין אור פנימי ואור מקיף De Luce interna & Luce ambiente.
18. הפרש שבין אצילות ובין בריאה De differentia, quæ eſt inter Emanationem & creationem.
19. ענין אבי"ע De natura quatuor mundorum.
20. ענין ז' היכלות De ſeptem Palatiis Sectionis Pekude.
21. ענין שם של מ"ב De natura nominis quadraginta binarii.

Tomus Secundus vocatur ספר דרושים ſeu Liber Diſſertationum, cujus Tractatus ſunt ſequentes. Et quidem Libri ejus Primi

1. ענין ב' חקירות המקובלים de duabus Opinionibus Cabbaliſtarum.
2. סדר אצילות בקיצור מופלג De ordine Emanationis tractatus ſynopticus.
3. השתלשלות י' ספירות עיגולים Connexio decem Numerationum ſub forma Sphærarum.
4. ענין פנים ואחור De natura anteriorum & poſteriorum.
5. דרוש טנ"א Diſſertatio de Accentibus Punctis, Apicibus & literis.
6. ביאור המלכים Expoſitio Hypotheſeos de Regibus.

7. דרוש

7. דרוש אא דרוש א Dissertatio de Macroprosopo prima.
8. ענין פרצוף אא חלק ב De Natura Personæ Macroprosopi Pars secunda.
9. דרוש אבא ואמא Dissertatio de Patre & Matre.
10. סדר בינה ותבונה על מתכונתו Ordo Binah & Tebunah, seu Intelligentiæ superioris & inferioris juxta debitam formam suam.
11. שער זא ונוקבי׳ה Tractatus de Microprosopo & uxore ejus.
12. שער רפח ניצוצין Tractatus de 288. Scintillis.
13. ענין האורות ניצוצות וכלים De luminibus, Scintillis & vasis.
14. ענין זון על מתכונתו De Microprosopo & uxore ejus juxta formam suam debitam.
15. דרוש כולל כל בחינת זא וענין הנסירה Dissertatio exponens totum conceptum Microprosopi & naturam Dissectionis.
16. דרוש אחור ופנים Dissertatio de anteriori & posteriori;
18. דרוש עיבור ויניקה ומוחין Dissertatio de embryonatu & statu lactandi & cerebris.
17. דרוש ג בחינות שיש בכל עולמות והם אחור ואמצע ופנים Dissertatio de tribus conceptibus qui in omnibus mundis inveniuntur, & sunt posterius, medianum & anterius.
19. דרוש פנימיות וחיצוניות Dissertatio de Interno & externo.
20. : דרוש פרטי עולמות כלם Dissertatio de Particularibus omnium mundorum.

Libri secundi.

21. דרוש קליפות Dissertatio de Corticibus. Pars prima & secunda.
22. : מרכבת יחזקאל De Curru Jecheskielis.
23. שער פנימי וחיצון Tractatus de Interiore & exteriore.
24. ענין יצר טוב ויצורע De Concupiscentia bona & prava.
25. שער מים נוקבים Tractatus de Aquis femininis.
26. ענין הצלם באמיתות De Imagine prout revera se habet.
27. שער פרקי הצלם Tractatus de Partibus Imaginis.
28. שער ברטי עיבור ומוחין Tractatus de Particularibus Embryonatus & Cerebrorum.

Libri tertii.

29. דרוש מיעוט היריח Tractatus de Diminutione Lunæ & Throno gloriæ.
30. דרוש אביע Dissertatio de quatuor mundis.
31. ביאור יציאות הנקודות בפרטות De egressu punctorum in specie.
32. דרוש מטי ולא מטי Dissertatio de phrasi, Attigit & non attigit.
33. סדר בריאת המלכות ואיקוכה De Creatione Regni & partibus ejus.
34. שער הנבואה ורוח הקודש Tractatus de Prophetia & Spiritu Sancto.
35. סדר אנשים הבאים מסיטרא הנוקבא De hominibus qui originem habent de parte fœminæ.
36. ענין מוחין דקטנות De Cerebris Infantiæ.

37. סוד יוסף ופרעה ותחלומות של השרים Myſterium Joſephi & Pharaonis & de ſomniis Principum.

38. סוד ז בחינות שיש למלכות Myſterium ſeptem notionum quas habet Regnum.

39. סוד ו אלפי שנין הוי עלמא Myſterium dicti illius: Sex mille annos duraturus eſt mundus.

40. סוד נדב ואבידו Myſterium Nadabi & Abihu.

41. מעלת אדה קודם שחטא De excellentia Adami protoplaſtæ ante lapſum.

42. ענין חטא אדה De peccato Adami protoplaſtæ.

43. ענין ד חכמים שנכנסו לפרדס De quatuor Sapientibus ingreſſis in Paradiſum.

44. ענין הולדת קין והבל De nativitate Kaini & Hebelis.

45. סוד למה נקרא יחזקאל בן אדם Quare Jechezkeel vocetur filius hominis.

46. סוד תאומה יתירה שלקין והבל De gemella redundante Kaini & Hebelis. Item de Kaino & Hebel & Schetho & Moſcheh, Zipporah, Jethrone & Ægyptio.

47. סוד יח נשים שה כלך יכול ליקח De octodecim uxoribus quas Regi ducere licuit.

48. סוד שלוח הקן De dimiſſione Matris captis è nido pullis.

49. סוד ג עולמות בי"ע De tribus mundis inferioribus, Creativo, Formativo & Factivo.

50. : דרוש אבי"ע Diſſertatio de quatuor mundis.

51. שער אבי"ע בקיצור וג"ע וגהינום Tractatus Synopticus de quatuor mundis, nec non paradiſo & inferno.

Tomus Tertius vocatur ספר כוונות ſive Opus de Meditationibus in precibus feſtorumque celebratione adhibendis, & dividitur in duas partes, quarum

Prima continet Tractatus ſequentes.

1. הקדמה Præfatio Generalis.

2. הקדמה מעץ החיים Præfatio ſpecialis de Libro, quæ dicitur Arbor Vitæ.

3. ענין התפלה Tractatus de precibus.

4. שער הברכות Tractatus de Benedictionibus.

5. כוונת הברכות Meditatio ſuper Benedictionibus.

6. שער הציצית Tractatus de peniculamentis.

7. שער התפילין Tractatus de Phylacteriis.

8. ענין הרצועות וקשר תפילה של ראש De loris & nodo phylacterii capitis.

9. שער עולם העשיה Tractatus de mundo Factivo, ſive de meditationibus ſub ingreſſum Synagogæ neceſſariis.

10. ענין הקש De Lectione Audi Iſraël.

11. ענין ביטום הקטורת De mixtura ſuffitus.

12. מהדורא בתרא Repetitio poſterior de Lectione Audi.

13. מציאות פיטום הקטורת De natura mixturæ ſuffitus.

14. כוונת

14. כוונת פיטום הקטורת Meditatio ſuper mixtura ſuffitus.
15. משקל הקטורת De pondere ſuffitus, cum annexis quibusdam.
16. סוד ברייתא של ר ישמעאל Explicatio myſtica Traditionis R. Jiſchmael.
17. שער הקדישין מהדורא קמא Tractatus de Cantico Seraphico, Repetitio prima.
18. מהדורא בתרא משער הקדישין Repetitio poſterior in Tractatum de Cantico Seraphico.
19. קדיש דהודו ופרטים של כל קדיש De commemoratione Sanctitatis Formulæ הודו, & aliis particularibus omnium commemorationum Sanctitatis, ſeu Cantici Seraphici.
20. שער עולם היצירה Tractatus Mundi Formativi, in quo primo occurrunt meditationes in Formulam יהי כבוד ה׳ לעולם וכו׳, & quidem Repetitio prior & poſterior. Deinde & formularum ſequentium explicationes; uſque ad ברוך אתה.
21. שער עולם הבריאה Tractatus mundi Creativi, in quo occurrunt meditationes in formulas ברוך אתה & ſequentes.
22. מהדורא בתרא דקש בקיצור מופלג Repetitio poſterior de Lectione Audi, quam breviſſimè contracta.
23. קיבוץ כוונת קש׳: Collectio Meditationum ſuper Lectionem Audi.
24. קש של שחרית De Lectione Audi matutina.
25. קו המדה Funiculus menſuræ; ubi agitur de Lectione Audi, in genere.
26. מציאות מין נוקבין: De natura Aquarum fœmininarum.
27. קש דשחרית כוונת אחרת De Lectione Audi matutina, meditatio alia.
28. שער עולם הבריאה Tractatus de mundo Creationis, ſuper Textu ויאמר.
29. שער עולם האצילות Tractatus de mundo Emanativo, ſive de Stationariis.
30. סוד ברכת אבות Explicatio myſtica Benedictionis Patrum.
31. סוד הקדושה Explicatio myſtica Cantici Seraphici.
32. ליקוטים Collectanea quædam huc pertinentia.
33. סוד ברכת אבות Explicatio myſtica alia in Benedictionem Patrum.
34. ענין הכריעת מהדורא בתרא De genuflexione repetitio poſterior.
35. כוונת אמן Meditatio ſuper vocula Amen.
36. ענין השיבנו מלקוטים De formula השיבנו è collectaneis; aliisque ſequentibus.
37. סוד לבקשה על החלום De precibus ſomnii cauſa.
38. ברכת כהנים De Benedictione Sacerdotum.
39. סוד ברכת כהנים בקיצור Explicatio myſtica de Benedictione Sacerdotum, compendioſa.
40. כוונת אחרת בברכת כהנים Meditatio alia in Benedictionem Sacerdotum.
41. סוד הוידוי: Myſtica explicatio Confeſſionis Peccatorum.
42. סוד ויעבור Explicatio myſtica textus ויעבור Exod. 34. v. 6.
43. כוונת ויעבור בקיצור Meditatio in textum ויעבור in compendium redacta.

44. כוונת יג׳ מדות Meditatio in tredecim Attributa.
45. עוד כוונת ויעבור Ulterior meditatio in textum ויעבר.
46. שער יג׳ מידות הרחמים Tractatus de tredecim Attributis Miſerationum Microproſopi è textu Exod. 34. v. 6.
47. מהדורא בתרא סוד ויעבור וגו׳ Repetitio ſecunda myſterii textus Exod. 34. v. 6.
48. סליחות De Formula pro remiſſione peccatorum.
49. כוונת נא׳ : Meditatio ſuper prolapſu in faciem; pluribus partibus conſtans.
50. קדיש אחר העמידה De Cantico Seraphico poſt ſtationem.
51. שער הוצאת ספר התורה Tractatus de productione Libri Legis.
52. סת׳ דחול De Libro Legis diebus profeſtis producendo.
53. סת׳ דשבת בבוקר De Libro Legis die Sabbathi mane producendo.
54. סת׳ דמנחה דשבת De Libro Legis precum Pomeridianarum.
55. אשרי שקודם ובא לציון De formula אשרי, quæ dicitur ante formulam ובא לציון Formulisque ſequentibus.
56. ליקוטים Collectanea quædam.
57. כדר קריאת התורה De ordine Legendi Librum Legis; cum variis meditationibus huc requiſitis.
58. תפילת ערבית De precatione veſpertina.
59. סדר קש שעל המטה De Lectione Audi ante decubitum.
60. ליקוטים Collectanea de Somno, pollutione nocturna.
61. סוד הגלגול בעודנו אחיים De revolutione eorum, qui adhuc vivunt.
62. ליקוטים Collectanea alia de formulis quibusdam & de luctu.

Tomus quartus conſtituit Partem ſecundam de Meditationibus, & continet Tractatus ſequentes.

1. סדר הלכות שבת De ritibus Sabbathicis.
2. סוד המבדלה Explicatio myſtica de Baptiſmo; aliisque materiis ad Sabbathum pertinentibus.
3. תפילת מנחה בעש׳ : De precibus pomeridianis veſperæ Sabbathi.
4. תפילת ערבית של שבת Precatio veſpertina Diei Sabbathi.
5. סוד הקידוש של ליל שבת De Sanctificatione Noctis Sabbathicæ.
6. דיני נטילה לאחר הקידוש ודיני סעודה של ליל שבת De Lotione manuum poſt conſecrationem Sabbathi, & epulo noctis Sabbathicæ; item de copula maritali noctis Sabbathicæ.
7. דיני תפילות יום שבת De Precibus diurnis Diei Sabbathi.
8. תענית בשבת De jejunio Diei Sabbathi.
9. סעודה של שחרית De prandio Sabbathico.
10. דיני תפילת מנחה של שבת De Ritibus precum pomeridianarum Diei Sabbathi.

11. סוד

11. סוד מוצאי שבת Mysterium exitus Sabbathi.
12. סוד תחום שבת Mysterium limitis Sabbathici.
13. סוד ערובי חצירות De mysterio mixtionis conclavium.
14. סוד אסורי חג De prohibitis Dici festi.
15. סוד ראש חודש Mysterium Neomeniæ.
16. סוד חנוכה Mysterium Encœniorum.
17. ענין ט' בשבט De die decima quinta Mensis Schevat.
18. ענין פורים De festo Purim.
19. סוד פסח ויציאת מצרים Mysterium Paschatos & Exitus ex Ægypto.
20. פירוש ההגדה Explicatio Narrationis Paschalis.
21. סוד העומר Mysterium Manipuli; & numerationis hebdomadum.
22. סוד יום ז' זשל פסח Mysterium diei septimæ Festi Paschatos.
23. חג השבועות Festum Pentecostes.
24. בין המצרים De intervallo inter diem 17. Mensis Tamur & 9. Mensis Abh.
25. כוונת מ' יום דאלול Meditatio instituenda per quadraginta dies partim Julii, totiusque Augusti.
26. ענין ראש השנה De Festo Novi Anni.
27. כוונת התקיעות Meditatio Clangoris Tubæ.
28. סוד השופר Mysterium Tubæ.
29. ענין יום הכפורים De Die Expiationis, cum annexis.
30. כוונת חג הסוכות Meditatio super Festo Tabernaculorum.
31. סוד לולב ואתרוג הדס וערבה Mysterium rami palmei & mali citrii, myrtique & salicis.
32. ענין שמחת תורה De Gaudio Legis.
33. ליקוטים Collectanea quædam de præparatione ad iter; item de Heptaëteride & Jubilæo, ut & de cultura agri & de Messe & similibus.

Tomus Quintus dicitur גילגולים Seu de Revolutionibus; qui continet tres partes potissimum, quarum

1. dicitur ספר גילגולים ראשין Liber revolutionum primus, quem latinitate donatum, Operi huic in fine subnectimus.

2. dicitur ספר גלגולים שני Liber revolutionum Secundus, cujus capitula sunt plurima.

3. Continet in se Tractatus sequentes.

(1.) פירוש על סבא דמשפטים Commentarius in Dissertationem Senis cujusdam in Sohar Sectione Mischpatim; qui agit de revolutionibus & Leviratu atque similibus.

(2.) ליקוטי הגילגולים Fragmenta quædam de Revolutionibus; & de Animæ statibus aliis.

(3.)

(3.) קצת דרושים על גלגולי Diſſertationes quædam de Revolutionibus.

(4.) דרושי הנשמה וגלגול ויבום ועיבור וכמה פרטותשנהם Diſſertationes variæ de Anima & revolutione & Leviratu, & imprægnatione, & variis particularibus huc pertinentibus. Suntque capitula 15.

(5.) סוד האגוז Myſtica explicatio Nucis.

(6.) : ברכת הנהנין De Benedictione ſuper omnibus quibus fruimur.

(7.) : כוונת פאות הראש והזקן Meditatio ſuper Angulis capitis & barbæ.

(8.) : סוד ברכת המזון Myſterium benedictionis Menſæ.

(9.) כוונת האכילה Meditatio de Comeſtione.

(10.) כלל גדול לכל הזווגים Doctrina generalior de omnibus copulis.

(11.) לתפילה בכללות De precibus in genere.

(12.) ענין הטבת חלום Pro bonis Somniis.

(13.) ענין השחיטה De mactatione.

(14.) ענין הצדקה De Eleemoſynis.

(15.) ענין המגפה De Peſte.

Tomus Sextus vocatur ספר ליקוטים Liber Collectaneorum, ad quem pertinent Tractatus ſequentes.

1. ספר טעמי מצוות Liber de Senſu myſtico Præceptorum Legis, per totum Pentateuchum omnia Præcepta Cabbaliſticè explicans; juxta Sectiones Legis diviſus.

2. פירוש ספרא דצניעותא Commentarius in Librum Myſterii, cujus maximam partem infra exhibemus.

3. ספר פירוש עלקצת מאמרים חזוהר Liber variorum Commentariorum in diverſos textus Soharisticos.

4. ליקוטים Collectanea in varia Loca Scripturæ Sacræ: item variæ Annotationes in Libros ſupra recenſitos: quæ omnia in ſpecie deſcribere hujus loci non eſt.

§. 14. Sicut autem magno mihi conſtitit Opus hoc Lorienſe; ita haud minore ſumtu comparavi magnum Opus Manuſcriptum aliud, quod vocatur ילקוט ראובני ſeu Pera Rubenitica; ſive Commentarius in Univerſam Legem Cabbaliſticus è variis Libris Cabbaliſticis, & potiſſimum Manuſcriptis collectus; ut ſunt præter rariora quædam ex ipſo Sohar & Tikkunim; חיוט : סולי לזוא : ספר תגין : מגלה עמוקות : צרור המור : אותיות ר' עקיבא : כנפי יונה : דבלי שלמה : בחיי : תמונה : פליאה : שפתי כהן : ציוני : חסד אבלהם : פרלס : גלי רזיא : ספר קנה : כוונתאר"י : מריש הנעלם : רקנטי : עמק המלך : עשרת מאמרות : מרש כונן ספרא דשלמה מלכא : פרק שירה : טוב הארץ : שוחר טוב : עבודת הקודש : מגיד משרים : תולדות יצחק : ספר החיים : גלגולים : מאמר עולם קטן : סברי : ספר חסידים : חכם הרזים : מרש חזית : בריית מנוחה מכילתא &c.&c. Et præterea jam quoque Copia mihi eſt Magni illius operis Cabbaliſtici; quod vocatur חסד אברהם; Ita ut ad intimiora literaturæ Cabbaliſticæ Arcana jamjam quaſi penetraſſe mihi videar, quo rarò perveniunt ex ipſa quoque Hebræorum gente quam plurimi.

Imò

Imò adhuc alia mihi nuper enata eſt ſpes adipiſcendi quoque reliqua quæ in occidente adhuc latent Manuſcripta Lorjenſia: ut ita tandem gloriari deſinant illi, latere nos potiſſima ſuæ religionis myſteria.

§. 15. Quod autem ad præſens hoc opus attinet: Illius tres potiſſimum ſunt Partes. Prima eſt Introductoria: ſecunda, Tractatus ipſi Sohariſtici: & tertia eſt Appendix. In parte prima duos propono Tractatus, primum ad præguſtum dogmatum exotericorum ſive vulgatiorum; & alterum ad præguſtum dogmatum acroamaticorum Libri Sohar. In primo igitur Synopſin habebis doctrinæ Sohariſticæ de Lege; de Precibus: de Eleemoſynis; de Pœnitentia; de pœnis divinitus immiſſis; & judiciis humanis: de caſtitate intra & extra matrimonium; item de matrimonio & circumciſione: de iis quæ ad menſam ſpectant: de feſtis & Sabbatho: de bonis operibus & virtutibus variis: de Paradiſo & inferno; item de Meſſia: de bona & prava Concupiſcentia; de anima & ſpiritibus malignis & bonis; de Terra Jiſraëlitica & Judæorum exilio; de Patriarchis; de morte; de ſanctuario ejusque requiſitis: & ſimilibus aliis. Tractatus ipſe quem hic latinitate donatum exhibeo vocatur מראה כהן ſeu viſio ſacerdotis, compoſitus à R. Jiſaſchar ben Naphthali; & impreſſus eſt Cracoviæ ann. 349. & Chriſti 1589. ſub Sigismundo III. Adjunxi autem, in gratiam illorum quibus allegare dicta Soharis voluptas erit, ſive in Concionibus ſive in ſcriptis aliis, paralleliſmum aliqualem dictorum quorundam Novi Teſtamenti, cujus uſum alio tempore, Deo favente, exhibebo uberiorem. Pars altera introductoria continet Excerpta potiora ex illuſtri illo Libro Cabbaliſtico, quod ſpeculum eſt Cabbalæ recentioris, vocaturque עמק המלך ſive vallis Regia: de quo cum in multorum verſetur manibus, plura hic addere ſupersedeo.

16. Textus ipſos Sohariſticos ita propono, ut tres Tractatus principales de quibus ſupra mentionem feci, legi poſſint cum Textu originario & quidem punctato, non quidem ad ultimam apicum Grammaticalium ἀκρίβειαν, ſed prout id facere ſolent Rabbini noſtrates, ita ut converſanti cum Judæis ipſis familiaris fiat illorum idiotiſmus. Inſuper etiam tertiò addidi verſionem; non quidem cum elegantia ſtyli latini, prout id deſideratur à delicatioribus; ſed ut tyrones etiam aſſueſcere queant ſtylo Sohariſtico: cum in communem hæc omnia faciam utilitatem, & neutiquam è ſtudio vanæ gloriæ, quod à me abſit quam longiſſimè! Tractatus autem poſteriores in Editione Mantuana initiales, non punctavi; ut alium habeant exercitii gradum tyrones iſtorum ſtudiorum: verſionem tamen addidi. Omnibus autem in locis loca Scripturæ Sacræ allegavi cum verſiculis, qui non minimus eſt laborum iſtorum; eorumque verſionem aliquando mutare coactus fui ut cum ſenſu Cabbaliſtico congruerent; ubi tamen reliquis verſionibus nihil velim præjudicatum. Porrò Commentarios adjunxi; & primò quidem ſpecialem è Manuſcripto meo in Librum Zeniutha translatum: Deinde & generaliorem è libro Emek ham Melech excerptum. In omnibus enim id ſtudui ut ipſorum Hebræorum tradita tibi exponerem, & non mea: ne Judæi dicere queant, hæc à nobis falsò eſſe conficta. Ubi inter cætera veniam & in hoc rogo, quod Lectorem non in ſingulis Textuum difficultatibus, ad certum quendam paragraphum Commentarii remiſi, prout ab

initio conſtitueram: non enim admiſit hoc Nundinarum memet obruens terminus; idque vel reſarciet, quicunque erit Indicis compilator, vel ipſa pervolventis diligentia. Commentarii in Tractatus initiales ultimò à me propoſitos, partim deſumti ſunt è libro Sohare Chammah, partim è Manuſcriptis meis, quorum ſphalmata, quæ in omnibus hiſce Manuſcriptis ſunt innumera, in verſione omnia correxi, ſuperatis & hiſce difficultatibus, per Dei gratiam.

§. 17. Appendicis autem loco Pneumaticam Cabbaliſticam adjungo, cujus pars prior quæ agit de Angelis bonis & malis deque anima in genere: excerpta eſt è libro בית אלהים cujus autor eſt R. Abraham Cohen Irirah Hiſpanus: pars altera autem, quæ agit de Anima in ſpecie, ejusque revolutionibus juxta mentem Hebræorum; traducta eſt è Manuſcripto meo, quod in ſpecie multò mihi conſtitit; & alias ad Opera Lorjenſia pertinet, non tamen ſimul venditur. Hæc omnia enim ignorari non poſſunt ab iis, qui quomodocunque de converſione Judæorum cogitant.

§. 18. Et quia Editiones veteres Libri Sohar jam vix amplius proſtant præter Lublinenſem, quæ vitioſiſſima eſt: imò etſi obtineantur, una tamen ſine altera exiguum habet uſum, præſertim propter allegationes ab aliis autoribus factas; quorum quidam allegant Editionem minorem Mantuanam, prout facit R. Jizchak Lorja in omnibus Scriptis ſuis, ſic liber Sohare Chammah; eodemque modo & Pardes meus correctus & alii antiquiores: alii autem Editionem majorem Cremonenſem & Lublinenſem, ut faciunt Poloni plerique inter quos magno fervore tractatur ſtudium iſtud Cabbaliſticum & Soharis, & recentiores alii plerique. Hinc editionem nunc paro totius Libri Sohar in uſum vulgatiorem, in qua

primò utraque editio conciliatur, ita ut utriusque folia ſuis locis invèniri queant, quod magno labore in meo Exemplari primum effeci, nunc autem communi Uſui dedico.

ſecundò Editio inſtituitur ſecundum Exemplar Mantuanum induſtria ſingulari Cabbaliſtæ cujusdam maximi correctum & multis millibus additionum auctum. Additis tertio Variis lectionibus totius libri Derech Emeth de quo ſupra.

quartò adduntur explicationes locorum difficiliorum libri Imre Binah.

quintò adjicietur Index materiarum è libro Ser Sahab, & fortè locorum Scripturæ.

ſextò retinentur folia Editionis majoris Cremonenſis.

ſeptimò Correctio ipſa hujus Editionis quam accuratiſſimè inſtituitur operâ trium Rabbinorum ſingulariter in id incumbentium; quorum duo ſunt Cabbaliſtæ: ſuperadditâ tandem & mea reviſione propria. Ut ita & hoc bono gaudere queat ſtudioſus, quod multa pecunia inter ſeſe coëmunt Judæi accuratiores.

§. 19. Quod ſi igitur iſta tibi arriſerint, amice Lector, non tantum in Verſione ipſius textus Soharistici lubens pergam; ſed etiam Manuſcripta mea quandoque publici juris faciam. Unde cognoſcere poteris quanto ſtudio, in te ferar, imò cum periculo propriæ ſanitatis & vitæ meæ: ut de bonis & ſumtibus nihil dicam. Nec deterreri me paſſus

ſum

ſum cum circa initia Magiſtro meo jam ſeni, cujus nomen ob odium contribulium ejus reticeo, aliàs ſua laude haud privandum, duo morerentur liberi; & mox totidem & mihi, quod ille in pœnam publicatæ hujus doctrinæ fieri interpretabatur. Nec deterreor tot non minùs domeſticorum meorum, quam Amicorum undiquaque omnium monitis; hoc ſolo fine ut tibi inſerviam: ut nimirum rerum Hebraicarum cognitio non amplius verſetur circa nuda Ritualia; nedum Grammaticalia: ſed ut ad res ipſas accedatur, earumque cum phraſi & doctrina Novi fœderis fiat collatio; ſi fortè hoc etiam medio facilitari queat Judaicæ gentis ad fidem Jeſu Meſſiæ converſio. In quem finem hic inſerere volui Hypotheſin aliquam, proponendorum Judæis convertendis: hypotheſin inquam, qualem & Aſtronomi & Phyſici ſupponunt; quamque tum demum admitti jubent, ſi omnia phænomena per illam explicari queant; ſic & hic. Sed cohibeor! Et profectò Ego quidem tenuitatis meæ quàm maximè mihi ſum conſcius, ut neutiquam comparari velim, cum magnis illis in his ſtudiis Luminibus, quibus Academiæ noſtrates hactenus ſingulari Dei beneficio adhuc effulſerunt: Ego ſcilicet umbratilis, mei nominis non ſtudioſus, nec pro decoro rem agens & prout illis enitendum eſt circa minima, qui minimorum horologiorum ſunt fabri automatarii: multa enim negligo; non elimo, non expolio; ſed rudi craſſaque opera luci exponere non vereor. Revera autem ad hoc opus adactus ſum, illudque quaſi extorſum mihi eſt ab Editore. Unde veniam rogo, ſi ut canis feſtinans cæcos peperi catulos: videbunt enim fortè, & oculos, ut ſpero, multis ſatis pandent. Sed illis potiſſimum, qui non illotis manibus huc accedent, i. e. qui citra præmiſſum ſtudium vitæ purioris ad contemplativum hoc ſtudiorum genus non aſpirabunt. Fruſtra enim, eheù fruſtra ad ſummum iſtius montis culmen aſcendere nituntur, qui cùm ſiſypheo affectuum pravorum ſaxo mox iterum retrovoluti ad ima relabuntur. Fruſtra etiam ad lumen iſtud advolant, quibus Theoremata Scholarum gentilium adhuc occæcant oculos; cujuscunque illa ſint generis, ſive recentiorum induſtria prodita, [quæ ob ſolius naturæ ductum ab ethniciſmi cæcitate ſeſe excuſare non poſſunt, quamvis omnium ſeſe glorientur eſſe perſpicaciſſimos;] ſive ex antiquorum ſcriptis eruta. Et fortè non ſine omine factum, quod ſignum illud cæleſte, in quo Conſtantinus Magnus jubebatur gentiliſmum ſuperare, quatuor literas initiales Nominis mei expreſsè contineat. Fortè inquam labarum nunc erigitur idem; non quidem à me, cui etſi animus non deſit, vires tamen non largitus eſt ſufficientes iſtarum rerum arbiter: ſed à Te, ô lector ſtrenue, cui via me ſaltem panditur ruricolâ. Agedum igitur, non noſtrum eſt opus, purgare aream, ſed illius, qui manu ſuâ ventilabrum tenet: ventilemus ſaltem ut ventilabra; probantes omnia; retinentes quod bonum eſt. Ego ut vides, hæc muſſito ſaltem; tu eloquere; in ſolius Dei noſtri gloriam! Unum adhuc ſuperaddo. Omnes quærunt quæ ſit mea ſententia? Ego hîc iterum repeto, quod Tomo priore jam dixeram: me translatorem eſſe, non theticè rem proponere: ſed zeteticè. Prout enim qui Philoſophorum ſcripta & qui Alcorani ediderunt, non eò ipſo profeſſi ſunt Ethniciſmum vel Muhammediſmum; ita nec Ego totum Cabbaliſmum, ſed quatenus à Chriſto & Apoſtolis correctus eſt; multò minùs Judaismum.

§. 20. Hunc in finem & Apologiæ loco hic ſubnecto Diſſertationem meam de Toleratione Judæorum inter Chriſtianos; quam haud ita pridem conſcribere juſſus ſum ex certa quadam, tùm temporis enata occaſione: Nam quamvis de populo Judaico ejusque ſuſceptione in Republica Chriſtianorum, nec non converſione tot jam tum extent ſcripta, ut is, qui plura de his in lucem edere conetur, videri queat mari aquam & ipſi ſoli lucem lucrari velle; videmus tamen hôc locô id uſu venire, quod in cæteris non ſolum rebus Politicis; ſed & viciſſitudinibus naturalibus, ceu Cometis, & id genus aliis; fieri ſolet. Hi enim licet non primâ vice appareant, ſed jam pridem disquiſitionem paſſi ſint; attamen adhuc & quaſi de novo aſpiciuntur & à variis variè dijudicantur. Ut igitur nationem hanc ſingularem paulo contemplemur accuratius, quàm hactenus factum, iſtam hîc breviter diducemus quæſtionem. Num Judæi inter Chriſtianos tolerandi ſint, nec ne? Antequam autem id fiat, pium ac benevolum rogamus Lectorem, ut in perlegendo callidum imitetur ſerpentem, qui aquam ex fonte hauſturus venenum prius exſpuere dicitur, præconceptisque opinionibus pauliſper carere velit, quò eò melius atque tranquillius veritatem diſcernere poſſit, in Dei gloriam & proximi ſalutem. Omnibus itaque hanc quæſtionem circumſtantiis rite atque exactè ponderatis, nemo non affirmativam amplectetur: cui noſtræ theſi brevibus jam ſubnectemus argumenta in utramque partem quàm diligentiſſimè conquiſita; quæque tum ad ſtatuminandam eam facere, tum ad confutandam ab adverſa parte objici quovis modo poterunt.

§. 21. Primum Argumentum, quod Theſin noſtram confirmat, Judæos nempe inter Chriſtianos eſſe tolerandos, deſumtum eſt ab adhortatione DOMINI noſtri Matth. 5. v. 43. ſeq. quæ ita ſe habet: *Audiviſtis quod dictum eſt: Diliges proximum tuum: & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro ladentibus & perſequentibus vos, ut ſitis filii Patris veſtri, qui in cœlis eſt: quia ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & pluit ſuper juſtos & injuſtos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et ſi complexi fueritis fratres veſtros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter, qui in cœlis eſt, perfectus eſt.* Quod mandatum primo omnes concernit, doctrinæ Chriſti ejusque imitationi addictos, id quod non epilogus ſolùm hujus orationis comprobat Matth. 7. v. 24, 26. ubi Dominus: *Omnis, qui audit hæc mea verba &c.* ſimilesque doctrinæ in illa oratione contentæ: ſed & Lucas Evangeliſta c. 6. v. 27. qui ita Dominum introducit loquentem: *Sed vobis dico, qui hæc auditis: Diligite inimicos veſtros &c.* Cui aſſentitur Apoſt. *Paulus Rom. 12. v. 14, 20. Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere: Si igitur eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: Hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus:* juxta Prov. 25, 21. Et Petrus 1. c. 3, 9. *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto; ſed è contrario benedicentes; ſcientes: quia in hoc vocati eſtis, ut benedictionem hæreditate poſſideatis.* Secundo mandatum iſtud complectitur omne genus proximi noſtri, quôvis modô damnum nobis inferentis: quod ipſum non ſaltem Parabola de Samaritano, hoſti ſuo Judæo miſericordiam exhibente,

Luc.

Luc.10.v.10,33,34. ſeq. ſed & ſuo ipſius exemplo nos edocet Dominus pro *crucifigentibus* orans, Luc.23.v.34. Id quod pari modo & fecit Stephanus Actor.7. v.60. & Paulus 2.Cor.4.v.12,13. dicens: *Maledicimur & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus: blaſphemamur & obſecramus.* Tertiò Dictum hoc reſpicit cunctos benefaciendi modos, à quibus beneficium iſtud, quod miſer ille diſſipatusque cœtus Judaicus à Chriſtianis exigit, ne ſcilicet habitaculum ipſis denegetur, haut eximi poteſt. Sarcaſticè hic quidem nonnulli objicient; hunc actum heroicum ſaltem eſſe, ſi quis inimicos ſuos amore proſequatur, ad hunc tamen non æquè omnes adſtringi. Quibus hoc damus reſponſi: primò non ſequi: Actus eſt heroicus. Ergò non quilibet ad eum obligatur: Totus namque Chriſtianiſmus in meris ejusmodi actibus heroicis conſiſtit, qui zelo quodam ferventiſſimo, cum vera ſuarum virium abnegatione veterisque hominis mortificatione per ſolum Spiritûs S. auxilium, ê vera fide fulis ad Patrem precibus propter Chriſtum impetratum, ſunt peragendi: [quare & in Reges nos unxit Servator noſter Apoc. 1.v.6.] Et nihilominus quilibet iſtos adimplere tenetur ſub pœna inobedientiæ. Secundo; poſitô, non autem conceſſo, aliquem ibi exemtum eſſe; talis tamen actus laudabilis omninò eſt, & præmio non carituras; unde præ cæteris quilibet Magiſtratus Chriſtianus operam dare deberet, ut illum obſervet. Si quis porrò objecerit, cavendum ne amor erga inimicos eousque extendatur, ut ſub hoc prætextu Jndæorum conniveatur blaſphemiis: Is ſciat (1) Judæos in cultu ſuo formalis cujusdam blaſphemiæ nunquam eſſe convictos, uti ex ſequentibus patebit, (2) Demus, hunc vel illum Judæorum adverſus Chriſtum ejusque Eccleſiam blaſphemias evomere, hi tamen hoc Chriſtianorum beneficio emendari, atque ut illis benedicant, induci poterunt, etiam à Propheta ſic moniti. Magiſtratus inſuper (3) Chriſtianus poteſtatem habet, in delinquentes ac blaſphemantes juſtâ pœnâ animadvertendi, nec opus eſt ut inſons ſontis culpam ferat. Cum præſertim (4) tolerandi & modeſtâ inſtructione, quoad ejus fieri poteſt, corrigendi eſſent, licet univerſi blaſphemarent, id quod Paulus ſibi ac Apoſtolis attribuit, dicens 1.Cor. 4,13. *Blaſphemantibus illis, precibus ac obſecrationibus nos inhæremus.* Ex quibus omnibus clariſſimè elucet, quod ob generale præceptum Chriſti Domini noſtri, Judæi & poſſint & debeant tolerari.

§. 22. Ratio ſecunda cur Magiſtratus Chriſtianus populum Judaicum tolerare debeat, innititur præcepto Paulino Gal.6.v.9,10. *Bonum autem facientes non defatigemur: tempore enim ſuo metemus non delaſſati. Ergò dum tempus habemus; operemur bonum ad omnes; maximè autem ad domeſticos fidei.* Quod mandatum Dei tàm manifeſtum eſt, ut nihil ipſi objici poſſit. Quoniam ſcilicet obſtricti ſumus, ut benefaciamus omnibus, etiam infidelibus, & à noſtra fide alienis.

§. 23. Expreſſis hiſce mandatis accedit tertiò, quod in Novo Teſtamento nullibi ſit interdictum, ne Judæos ſuſcipiamus, illique nobis cohabitent. Unde hunc in modum argumentamur: Quod nec à Chriſto nec Apoſtolis uſpiam, ſive diſertè ſive illativè vetitum legimus, id in Chriſtiani Magiſtratus libertate meritò poſitum eſt, citraque

conſcientiæ læſionem agere licet. Minorem facilè quis ſubſumet. Objectiones quoque, quæ hic opponi queant, infrà ſuo loco conſtanter elidemus.

§. 24. Ex Veteri quoque Teſtamento quartum nunc argumentum nobis ſeſe offert, & quidem è v. 12. Pſ. 59. qui vaticinium eſt de Meſſia, ſub cujus perſona David hunc pſalmum in perſecutores ſuos Judæos compoſuit; prout communis omnium interpretum fert ſententia: Verba à Propheta expreſſa hæc ſunt: *Ne occidas eos, ne quando obliviſcatur populus meus. Diſperge illos in virtute tua.* Hic ſi quis excipiat, non neceſſariò hoc pro vaticinio habendum, ſtatimque in hodiernos Judæos applicandum: ejusdem tamen impletionem hodie in diſperſis miſerè & ſub graviſſima Dei pœna gementibus Judæis tàm clarè cernere licet, ut ſicut alia Scripturæ vaticinia ex impletione dijudicantur: ita & hîc jure meritoque colligi poſſit, id quod nunc contingit, eô locô prædictum & quaſi ob oculos nobis poſitum eſſe. Quod ipſum egregiè confirmat Auguſtinus in hunc Pſalmum; qui ſuô locô evolvi poteſt. Et quamvis ſecundò hîc, quidam regerere velit: Exinde, quod Judæi non ſint trucidandi, non ſtatim probari, illis habitacula eſſe concedenda: dari quippe tertium, videlicet ut agantur in exilium: Reſponſio tamen eſt: illos jam tum in exilio degere è patria ſua excluſos, preſſos, afflictos atque in ſervitutem redactos; inter Chriſtianos licet habitent; id quod & ipſi pro exilio habent, ſeque exules eſſe lamentantur, quamdiu ſuæ non reſtituti ſunt patriæ, inque libertatem aſſerti & ſub proprio habitantes magiſtratu. Et quònam quæſo, eſſent pellendi, ubi majorem ſuſtineant calamitatem; eò quod loca inculta vix reperiantur amplius, quæ coli queant niſi forſan mittantur in Indiam occidentalem; quò tamen etiam jamjam dicuntur commigraſſe: vel planè in loca inculta atque deſerta relegentur, quod tamen idem eſſet ac ſi interficerentur. Et quamvis (3) 14. verſus hujus Pſalmi dicat: *Conſume eos in ira, conſume & non ſint amplius.* Hæc tamen ita ſunt intelligenda, ne ſuperioribus antecedentibus contrarientur; unde id ab interpretibus haud immeritò ad conditionis dignitatisque ſuæ abolitionem reſtringitur.

§. 25. Quintum nobis argumentum erit, quod & in Veteri Teſtamento Iſraelitis à Deo fuerit permiſſum, extraneos nec ſuæ religioni addictos tolerare atque commercia cum illis inſtituere; quò faciunt dicta quædam, ut Deut. 14, 21. *Quicquid morticinium eſt, ne veſcamini ex eo: peregrino qui intra portas tuas eſt, da, ut comedat, aut vende alienigenæ, quia tu populus ſanctus DOMINI Dei tui es.* Deut. 15. v. 2, 3. *Cui debetur aliquid ab amico vel proximo, ac fratre ſuo, repetere non poterit: quia annus remiſſionis eſt DOMINI. A peregrino & advena exiges, à fratre verò repetendi non habetis poteſtatem.* Deut. 23. v. 19, 20. *Non fœnerabis fratri tuo ad uſuram pecuniam, nec fruges nec quamlibet aliam rem, qua fœnus exerceri ſolet: ſed alieno: fratri autem tuo abſque uſura id, quod indiget, commodabis.* Deut. 28, 43. Verba maledictionis hæc continent. *Advena* qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te: eritque ſublimior, ſuprà, ſuprà, tu autem deſcendes, & eris inferior, infrà, infrà. Exod. 22. v. 21. Advenam non contriſtabis neque opprimes eum: advenæ enim

enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti. Exod. 23. v. 9. *Peregino moleſtus non eris. Scitis enim advenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti*, Lev. 19. v. 10. *Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia, congregabis: ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. Ego DOMINUS Deus veſter.* Ut ſicco jam pede prætereamus plura ejus generis dicta, nimirum: Jerem. 7. v. 5. 6. cap. 22. v. 3. Zach. 7. v. 10. Mal. 3. v. 5. Deut. 10. v. 18. cap. 21. v. 14. 17. 18. 19. 20. 21. Ex quibus omnibus ſic concludimus. Si Lex ipſa in Veteri Teſtamento non prohibuit tolerare à religione ſua alienos; utique & Chriſtianis hodienum liberum eſt tolerare homines Chriſtianam Religionem haud amplexos. Cætera per ſe ſubſumi poſſunt.

§. 26. Sextum argumentum exemplis fidelium Veteris Teſtamenti, qui partim fœdus cum præputiatis inierunt, partim habitandi locum iis conceſſerunt ceu ſubjugatis. De Iſaaco memoriæ proditum eſt Gen. 26. v. 31. quod cum Abimelecho Rege Philiſtæorum fœdus pepigerit, in ejusdemque regione aliquandiu commoratus fuerit. De Joſua quoque & Principibus populi Jiſraëlitici Joſ. 9. v. 15-17. perhibetur, eos Gibeonitis licet paganis & incircumciſis domicilia penes ſe non denegaſſe, eosque ad findendum lingua, aquamque portandam tam domi quàm in æde ſacra adhibuiſſe, 1. Chron. 19. v. 6-13. traditur: Davidem in Gentilium urbibus Syriæ ac Idumææ præſidia collocaſſe, easque ſibi ſubditas ad circumciſionem nullatenus compuliſſe. Salomo quoque 1. Reg. 5. v. 2. 6. 12. fertur cum Hiramo incircumciſo Tyriorum Rege fœdus pepigiſſe, atque Sidonios allophylos pariter ſervis ſuis in Templo extruendo adjunxiſſe; ſubque eo etiam utriusque nationis naves in terram Ophir ſimul navigarunt, 1. Reg. 9. v. 25. Quod ſi iſti ſalva hoc fecere conſcientia: Chriſtiano quis exprobraret magiſtratui, ſi Judæos ſibi habeat ſubjectos, & incolas; mentemque ipſorum incredulam in melius dirigat?

§. 27. Ut autem ad novi quoque Teſtamenti exempla deſcendamus, quæ nobis ſeptimum ſuppeditant argumentum; ſileamus jam, primos Chriſtianos haud exiguo temporis intervallo Judaicis uſos fuiſſe ritibus, ita ut Templum frequentarent, Actor. 2. v. 46. cap. 3. v. 1. Sanguinis atque ſuffocatorum eſum interdicerent, Actor. 15. v. 29. Circumciſionem obſervarent cap. 16. v. 3. vota perſolverent & ſeſe purificarent oblatis hoſtiis ac capillis abraſis, cap. 21. v. 20-26. Quin etiam quod DEUS ipſe ter maximus Johanni Theologo in Theatro omni ex parte juxta veteres ritus Judaicos inſtructo Apocalypſin viſionesque repræſentarit, Apoc. 5. v. 8. cap. 8. v. 3. cap. 15. v. 2. 5. 6. ſolumque nobis præponamus Apoſtoli Pauli exemplum; conſiderantes, quid ipſe de Judæis ſenſerit, de illisque ſentire præceperit in Epiſt. ad Rom. c. 9. v. 1-5. Ubi verba ſunt: *Veritatem dico in Chriſto Jeſu, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ mea in Spiritu Sancto: quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema* (ita ut viliſſimus omnium atque repudiatiſſimus ſim, æque ac miſeri illi abjectique peccatores, qui ſegregati ſunt,) *à Chriſto* (ejusque Eccleſia) *pro fratribus meis* (Judæis adhuc infidelibus,) *qui ſunt cognati mei ſecundum carnem* (& proſapiam) ſi ſci-

ſi ſcilicet hac ratione Chriſto adduci poſſent;) *qui ſunt Iſraëlitæ*, (ex Iſraële ſancto illo & à Deo ſingulariter dilecto viro oriundi:) *quorum adoptio eſt* (filii quippe Dei vocantur Deut.14.v.1. Exod.4.v.22. Jerem.31.v.20.) *& gloria* (Hebræis Schechicah quæ in arca fœderis ſuper Cherubim ſeſe manifeſtabat, 1.Sam.4.v.21,22. Pſal.26.v.8.Hebr.9.v.5.) *& fœdera* (circumciſionis Gen.17.v.10. & ſanguinis aſperſionis Exod.24,8.) *& legis latio* (à DEO ipſo in monte Sinai facta Exod.19,20. c.20,1. Deut.4,32.) *& cultus* (eò planè modo ac ritu, quem DEUS ipſe præſcripſerat;) & promiſſa, (tam variæ benedictionis Lev.26.v.3-12. Deut.28.v.1-14.) *quorum* (etiam) *patres ſunt* (nempe Abraham, Iſaac & Jacob Exod.3.v.13,16.cap.4,5.c.13,5.&c.) *& ex quibus* (modo deſcriptis Iſraëlitis etiam) *CHRISTUS* (exortus eſt atque prognatus;) *ſecundum carnem, qui eſt* (juxta Divinam ſuam naturam) *ſuper omnia DEUS benedictus in ſecula ſeculorum, Amen!* Quæ verba ſequenti ſcitè includi poſſunt Syllogiſmo: Iſte populus, cujus dolore Apoſtolus tàm alte tangitur, quemque adeo effert, & ob cujus converſionem tanta ſuſtinere ſpondet, inter Chriſtianos meritò eſt tolerandus. Hi autem Judæi infideles ac nondum converſi, tùm temporis hiſce noſtris multò pejores, Evangelium quippe non odio tantùm habentes, ſed & perſequentes. Ergo &c.

§. 28. Et de hiſce porrò loquitur Paulus Rom.10.v.1,2. *Fratres, beneplacitum cordis mei, & obſecratio ad DEUM pro Iſraël eſt in ſalutem. Teſtimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem DEI habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* Hæc octavi argumenti loco eſſe poſſunt: Illi enim, quorum ſalus exoptatur, & pro quibus oramus, quin penes quoque habitent, quid obſtat?

§. 29. Ut autem Apoſtolico huic argumento & ulteriùs inſiſtamus, ad ea quoque accedimus, quæ cap.10.v.18,19,20. ſibimetipſi ad objectionem illam reſpondet, quomodo nempe Judæi in univerſum omnes ſint convertendi, cùm tamen non ubivis terrarum, quâ habitant Judæi, Evangelium ſit prædicatum. *Sed dico:* inquit: *Nunquid non audiverunt? Equidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Dico autem: Nunquid Iſraël non cognovit?* (Contrarium docebit experientia, cùm & DEUS in veteri jam tum Inſtrumento vaticinatus ſit eos hæc cognituros. Nam) *primus* (omnium Prophetarum) *Moſes dixit:* (Deut.32.v.21.) *Ego in æmulationem vos adducam in non* (à me ſelecta) *gente: in gente* (olim) *inſipiente in æmulationem vos mittam,* (quò ad parem veſtri amorem ac benedictionem annitamini.) Ex quibus verbis ſequens fluit argumentum. Illos, quos DEUS vult in æmulationem abduci, inter Chriſtianos habitare, eorumque exempla ob oculos habere oportet, ut Prophetia Divina adimpleri queat. Pluribus id ipſum corroborat cap.11.v.11.ſeq. *Dico ergo: Nunquid* (ideo) *offenderunt, ut caderent* (& in caſu perſiſterent)? *Abſit. Sed illorum lapſu ſalus eſt gentibus* (illis nimirum verbum ſpernentibus hoc inter Ethnicos percrebuit ac divulgatum eſt. Cui accedit, quod illi forte ſi numerus ex ipſis converſorum nimium excreviſſet, Ethnicos ad communionem ſuam haud admiſiſſent, niſi circumciſioni ac legi ſeſe ſubjeciſſent; à quo tamen non pauci Ethnicorum valdè abhorrebant: unde Providentiâ Divinâ ita proſpectum eſt, ut iſtorum numerus Judæos ſuperaverit, ut illi (Judæi) hos æmula-

æmularentur. *Quod ſi ergò lapſus illorum mundi* (ac Ethnicorum) *ſunt divitiæ* (& cauſa, ut tot Chriſtiani inter ipſos ſint,) *& eorum diminutio* (inter converſos Chriſtianos) *divitiæ* (ac multitudo) *gentium*; *quantò magis plenitudo eorum*? (Et quot Ethnici Judæorum doctrinâ ac vitâ ad Chriſtianiſimum informari ac commoveri poſſent?) *Vobis enim dico gentibus: quamdiu quidē ego ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meū honorificabo,* (meritoq; deprædicabo, quam plurimos Gentilium meâ induſtriâ ad Chriſtianam vitam eſſe pronotos:) *ſi quomodo ad æmulandum provocem carnem meam* (Judæos ſecundùm eam mihi cognatos): *& ſalvos faciam aliquos ex illis.* Hæc ſunt ipſiſſima Apoſtoli verba, Quæ quilibet Chriſtianus in vita ſua imitanda ſibi proponere, & zelô quodam divino; tum demum Judæos auxiliante Spiritu Sanctô ad æmulandum provocare poterit, cum juxta ſe habitent, ſuaque bona opera adſpiciant, de quibus Pater cœleſtis glorificari queat.

§. 30. Pergit autem Apoſtolus & Rom. 11. v. 15. quæ verba decimum nobis faciant Argumentum: *Si enim eorum* (Judæorum ſcilicet ob ſuam ipſorum culpam facta) *rejectio mundi* (& Ethnicorum) *reconciliatio eſt,* (dum iſta Judæorum rejectio occaſionem dedit, ut gentes cum Deo fuerint reconciliatæ,) *quid erit aſſumptio* (illorum repudiatorum hominum); *niſi vita ex mortuis?* (quod ineffabile parit gaudium, æque ac ſi mortuus reviviſcat.) Exinde hic nobis naſcitur Syllogiſmus: Illi quorum aſſumptio ejusmodi incomparabile affert gaudium, ad eandem aſſumtionem omni ſtudiô promovendi, eâque de causâ ipſis domicilia penes ſe deneganda non ſunt: Tales autem ſunt Judæi nondum converſi; qui obinde utique tolerandi, quemadmodum eosdem Deus tolerat, pro quibus etiam ſeriæ nobis fundendæ ſunt preces.

§. 31. Exuberrimo iſto textûs hujus Apoſtolici fonte, noſtræ huic materiæ accommodatiſſimo, undecimum quoque hauriamus argumentum: quod in ſequentibus conſiſtit verbis. Rom. 11. v. 16. ſeqq. *Quod ſi primitiæ* (i. e. illa de ſingulis Judæorum panificiis juxta Dei mandata Num. 15. v. 20. ſeparanda placenta;) *ſanctæ ſunt* (nullaque impuritate adſperſæ, & ad eſcam aptæ) *& maſſa:* (reliquum ſcil. demtâ placentâ purum eſſe poterit.) Quibus verbis Apoſtolus id indicaturus eſt, quoniam primi Judæorum ſub auſpicium novi Teſtamenti Deo placuere, ut ſanctificentur; nec reliquos ceu anathema rejiciendos, ſed bono uſui deſtinandos eſſe: quod minime fieri poterit, ſi de loco in locum pellantur.

§. 32. Subjicitque Apoſtolus Rom. 11. v. 16. *Et ſi radix ſancta, & rami.* (i. e. Cum Deus radicem Judaicæ ſtirpis Abrahamum ex gentibus & ab idololatria avocare, ſuoque officio apparare potuerit, extremos etiam ramos, videlicet ſub finem viventes infideles Judæos ab infidelitate ſua convertere, in ſuumque cultum quem novum præcipit fœdus, ſanctificare poterit. Quæ cùm ſe ita habeant; æquum utique eſt, ut ejusmodi hominibus domicilia inter nos concedantur, nihilque non tentetur, quò ad finem iſtum perduci queant. Hoc duodecimum noſtrum eſt argumentum.

§. 33. Decimum tertium nobis ſubminiſtrant ſubſequentia hujus capitis verba verſ. 17-24. ubi Apoſtolus hanc materiam prolixiùs diducit, dicendo: *Quod ſi aliqui ex ra-*

mis fracti ſunt, (hoc eſt, ſi quidam Judæorum à fide Abrahami abiere): *tu autem* (ô ethnice) *cùm oleaſter eſſes* (ac propè bonam oleam, fideles nempe Veteris Teſtamenti progerminaſſes,) *inſertus es in illis* (æque ac ſi ſurculi quidam oleaſtri, penes oleam poſiti, in bonam iſtam inflectantur, inflexôque modô eidem inſerantur, & cerâ illitâ, coaleſcentes foliaque ſua emittentes ab oleaſtro demum reſecentur, bonæ oleæ ſoli relicti. Ita enim ethnici inſiti ſunt ſtirpi fidei Abraham:) *& particeps radicis* (fidei toties in Abrahamo deprædicatæ, atque ad imitationem omnibus ſanctis propoſitæ,) *& pinguedinis oleæ factus es*, (Spiritus ſcilicet unctionis:) *noli gloriari adverſus ramos* (& ſpernere, expellere, ejicere confractos, punitos illos peregrinos noli.) *Quod ſi gloriaris* (& ſuperbias dominio tuo in illos, ſcias,) *non tu radicem portas, ſed radix te*, (id eſt, Patriarchas nihil tibi acceptum referre, te autem illis illoruinque poſteris multum.) *Dicis ergò: Fracti ſunt rami, ut ego inſerar. Benè: propter* (ſuam) *incredulitatem fracti ſunt; tu autem* (hactenus) *fide* (in arbore) *ſtas: noli ſuperbè de te ſentire*, (nec vim inferas confractis:) *ſed time: Si enim DEUS naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat*, (ſi confractis ramis arroganter inſultares, & ita in infidelitatem prolabereris.) *Vide ergò bonitatem & ſeveritatem DEI: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate*, (& eandem, quam Pater cœleſtis bonitatem erga lapſos peccatores fide tuâ exercueris) *Alioquin & tu excideris. Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. Potens eſt enim DEUS iterum inſerere illos. Nam ſi & tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oleam: quantò magis hi* (rami) *qui ſecundùm naturam inſerentur ſuæ oleæ?* Quæ verba Apoſtoli adeò clara ſunt, ut non opus ſit, Syllogiſmum ex illis formare; & ſpes eſt, quemlibet Magiſtratum Chriſtianum verbô hocce Divino commotum iri, quò debitâ humilitate id curet, ne naturales illi rami ab oleâ penitùs abjiciantur, ſed propiùs admoveantur; imò tandem omninò reinſerantur.

§. 34. Apoſtolicam hanc doctrinam primitiva Eccleſia omni ſtudio obſervavit, & quamvis Judæi adverſus Chriſtianos magnam ſæpe excitarint perſecutioem; hi tamen illis apud Magiſtratus nequaquam propterea detraxerunt, neque odium ipſis conſciverunt; ſed illos cohabitantes (unde binæ iſtæ religiones à perſecutionibus pro una eademque habitæ eandem ſæpe ſuſtinuere perſecutionem) circa Religionem placidiſſimam illis dedere informationem, ſatis ſuperque id comprobante colloquiô Juſtini Martyris cum Judæo Tryphone. Qui modus primitivæ Eccleſiæ decimum quartum nobis argumentum exhibet.

§. 35. Nunc ex Verbo DEI atque Sanctorum exemplis circa hanc rem ſatis inſtructis, pergendum quoque eſt ad jus primò naturæ, quod noſtræ etiam parti adſtipulatur; [unde decimum quintum ducimus argumentum,] cùm jubet, ut id, quod nobis fieri velimus, aliis quoque faciamus; ſive ut, quod benè alii nobis fecerint, illis retaliemus. Meritò igitur memoriâ recolamus, multa millia Chriſtianorum primis Chriſtianæ Eccleſiæ ſeculis inter Judæos, & præter illos inter ethnicos degiſſe;

non

non attento, quod multæ DEO ita permittente, interea perſecutiones ſubrepſerint. Conſiderandum etiam, quod fortè & nos vel alii Chriſtiani à DEO captivitate Turcicâ ſive Tartaricâ propter peccata noſtra plecti poſſimus: adeoque vel ex hoc miſerrimam peregrinorum exulum conditionem expendere, ſolatiique expertes ejusmodi homines in calamitate ſua mitius tractare diſcamus. Ipſo quoque lumine naturæ edocemur, cœcis hominibus, quales Judæos jure vocamus, in cœcitate ſua majorem afflictionem haud addendam, ſed illos benignè in viam rectam ducendos eſſe. Imò quamvis poneremus illos mente captos; lege tamen naturæ juberemur, ejusmodi homines ex commiſeratione non in durum ejicere exilium, ſed eorum curam ſub proba inſpectione gerere, illisque occaſionem nocendi demere. Quod ipſum jure Gentium quoque confirmari exemplisque comprobari poſſet, alienigenas ubivis ferè locorum ſuſceptos & pacem colentes toleratos fuiſſe.

§. 36. Decimum ſextum hinc damus argumentum, quod nec jus Civile commune ullibi eos ejicere jubeat, ſive ſuſceptionem eorum prohibeat; quin potiùs in commodum illorum nonnulla paſſim conſtituat. Exempli gratia, quod (1.) Arcadius & Honorius illis concedant, ut diebus Sabbathi aliorumque feſtorum, quo cultus ſui reverentiam ſervant, nemo ex illis vel facere aliquid cogatur, vel ulla ex parte conveniatur. l. 13. C. de Judæis & Cœlicolis. Similiter (2.) quod Honorius & Theodoſius ipſis permittant, cunctos ſuos retinere ritus, modo id fiat citra contemtum Chriſtianæ Legis. L. 11. C. eod. (3.) Quod Valentinianus & Valens militibus in ipſorum Synagogas ceu religioſarum loca habitationum veluti hoſpitii merito irruere interdicant. l. 4. ibid. (4.) Quod Arcadius & Honorius ipſis proprio jure ſuo ſub certis quibusdam arbitris uti permittant, & judicibus Chriſtianis, caſu dato, eorum ſententias, exequi mandent. l. 8. ibid. Nec minus (5.) mercium ſuarum æſtimationem illis relinquant. l. 9. ib. Publicum quoque (6.) ediderint mandatum, ut nullus tanquam Judæus, cum ſit innocens obteratur, nec contumeliæ exponatur, multò minus eorum Synagogæ vel habitacula concrementur vel perperam ſine ulla ratione lædantur: & ut ſi quis ſceleribus implicitus ſit, idcircò tamen judiciorum vigor jurisque publici tutela obſervetur, ne quisquam ſibi ipſi permittat ultionem. l. 14. ibid. (7.) Quod Theodoſius & Valentinianus Primates illis cedant, qui in utriusquæ Palæſtinæ Synedriis, aliisque provinciis ipſis præeſſent. l. 17. ibid. (8.) Quod Conſtitutio quoque Honorii ac Theodoſii extet, ne ullus Chriſtianorum Judæis quietè degentibus nihilque tentantibus turbulentum legibus contrarium audeat manus inferre religionis auctoritate abuſus, ſub pœna ſatis ſevera. l. 6. Cod. de paganis. (8.) Quod Imperator Juſtinianus illis Scripturam ſacram quavis lingua legendam conceſſerit, modò in lingua Græca verſione ne uterentur alia quam LXX. Interpretum & Aquilæ, Novell. 146. c. 1.

§. 36. Decimum ſeptimum Argumentum è Jure Canonico petitur, quo Judæi à communi inter nos vita nullatenus excluduntur, ſed potius ad eandem recipiuntur: quem in finem Gregorius l. 11. ep. 15. c. 3. qui ſincera diſt. 45. expreſsè pronunciat, Judæi omnes feſtivitates ſuas, ſicut hactenus ipſi & patres ipſorum per longa colentes retrò

tempora tenuerunt, liberam habeant obſervandi, celebrandique licentiam. Conferantur &c. etſi Judæos, 13. extra de Judæis pr. & c. Judæis Extra de Teſtibus. f. Unde in nullo unquam Concilio concluſum legimus, Judæos eſſe exterminandos, aut à ſocietate excludendos; ſed potius in Concilio Meldenſi ſub Sergio II. Anno 845. communis omnium ſententia fuit, ut erga Judæos à Chriſtianis Principibus ac cæteris omnibus DEI fidelibus, tam clericis quam laicis, viris ſive fœminis ſacrorum Canonum & antiquorum Regum atque legum jura ſerventur. Eodem modo in Concilio Lateranenſi III. Oecumenico Anno 1179. imperante Fridericô I. ſub Alexandro III. celebrato, Canon extat: Judæi ad baptiſmum non ſunt compellendi, ſed ſi voluerint, abſque calumnia Chriſtiani efficiantur. Nullus etiam eos ſine judicio vulnerare vel occidere, vel eis res ſuas auferre, vel eorum ſolennitates perturbare præſumat. Similisque Canon reperitur in Concilio Turonenſi ap. Bochell. Decret. Eccleſ. Gall. l. 1. t. 13.

§. 37. Ne autem quis exiſtimet ejusmodi jura publicis poſtmodum conſtitutionibus Imperialibus eſſe antiquata; decimum octavum jam argumentum proferamus ex Jure Publico, ubi à Doctoribus unanimiter ſtatuitur, Judæos cives eſſe Romanos. Reinking. de regim. ſecul. lib. 2. cl. 2. c. 3. &, ſi Imperium quid ſtatuat pro ſubditis ſuis, ſubditorum nomine Judæos quoque comprehendi Schvvan. obſ. Cam. 67. in f. Mynſ. 5. obſ. 6. Schütz de ſtatu Rei Rom. Vol. 2. d. 1. th. 18. c. Hinc Imperator Carolus IV. in Aurea Bulla c. 9. §. 2. Electoribus poteſtatem tradit, Judæos ſuſcipiendi; quod jus tamen non Electoribus ſolùm, ſed omnibus Regalia poſſidentibus, hodiè competit. Id quod ordinatione Politica de an. 1548. Tit. de Judæis diſertè ſancitur. Cui omninò ſimilis eſt Conſtitutio Politica de anno 1577. tit. 20. Et quia Judæi in Romano Imperio haud habentur pro peregrinis, ſed pro ſubditis ejusdem; hinc à Jurisperitis communiter ſtatuitur, iniquum eſſe, ſi illi ex urbibus ac regionibus, ubi habitandi jus ſemel adepti ſunt, & quietè atque legibus conformiter vivunt, proſcribantur. Natta Conſil. 620. n. 22. Becht. in tract. de ſecuritat. & ſalv. cond. à th. 292. uſque ad 103. Alexand. Conſ. 99. n. 14. vol. 6. & conſil. 13. n. 23. vol. 7. Daniel Otton. in Diſcurſ. de Jure publ. c. 19. p. 666. ſeqq. Thom. Michaël de Jurisdict. concl. 49. in f. Franc. Becc. Conſ. 84. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Ubi pluribus docetur, Magiſtratum quendam absque peccato Judæos ejicere non poſſe, ſi nempe pacem & tranquillitatem loci non turbent; verùm obſtringi ut eos amet, ad minimum in quantum homines ſunt; imò ut eleemoſynas illis in indigentia ſua eroget. Huc pertinet mandatum quoddam Cameræ Imperialis de 28. Sept. 1551. contra Senatum Neuhuſienſem, cum Judæum quendam Joachimum Færber antea in clientelam ſuſceptum, urbe ſuâ excedere juſſiſſet. Ruland. part. 3. de Commiſſar. l. 7. c. 3: n. 5. Videatur Rumelin. ad Auream Bull. part. I. diſſert. 8. th. 18. p. 187.

§. 38. Decimum nonum argumentum ſuperſtruere poſſumus authoritati plurium eximiorum Theologorum omnium Religionum: inter quos ſunt Thom. 2. 2. quæſt. 10. art. 11. Alexand. Alenſ. Summæ par. 2. 179. 180. Vincent. Beluacenſ. ſpecul. doctr. l. 10.

l.10.c.38. Lombard p.38-56. Becanus Manual.l.5.c.18.p.729.n.2.3.ſeq. Lutherus quoque Tom.2.Jenenſ.in lib. Jeſum Chriſtum Judæum eſſe natum. Et quamvis Tomo octavo Jenenſi ferè contrarium aſſerere videatur; tamen ſi ſcopum Lutheri ibidem intimius contemplemur, ſenſus hoc locô ita reſtringendus eſt: quod nimirum, ſi deteſtandæ Judæorum blasphemiæ ac uſuræ intolerabiles cohiberi non poſſint, melius ſit ſi penitus exterminentur. Vid.Bidenbach. Conſ.Theolog.Tom.1.p.2.p.410. Luc. Oſiander in cap. 11.Rom. Geſnerus in Pſal.59. Mylius in cap.11.Rom. Arcularius Tom.1.Diſput.Marpurg.diſp.51.theſ.34. Frid.Balduinus in Examine Apolog. Caſparis Schoppii c.7. Helvicus Syſtemat. Controverſ.Judaic.Elencho Judæor.8. Hutterus L.C.ar.32.q.6.p.1037. Gerhard.Tom.6.th.223. Loc.Com.ar.de Magiſtr. Polit.p.890.ſeq. Academiæ Jenenſis Theologi in Conſilio de anno 1611. Facultas Theolog. Academ. Francof. ad Oderam in Conſ. de anno 1613. ap. Dedekennum vol. 2. part. 2. p.139. ſeqq. Müllerus in Rabbinism. p.1385. ſeqq. & alii plures; & inter Autores Reformatæ Religionis, Peter Cunæus de Republ. Hebr. l.1. c.18. Altingius Probl. Practic. probl.21. Hottinger. Theſauri Philol. l.1.c.1.ſ.2.q.1.p.9. Hornbek. de convinc. & convertend. Judæis prolegom. §.15.17. Hiſce Theologis adjungantur Juriſconſulti, Baldus vol.1.conſ.315 316. Rolandus à Valle vol.3. Conſ.25. Georgius Theodorus integro Tractatu de jure & ſtatu Judæorum in Republ. Chriſtianorum, & plures alii, quorum mentionem partim ſupra jam fecimus.

§. 39. Quibus omnibus non pauci hacce noſtra ætate Magiſtratus Chriſtiani morem gerunt, apud quos hic populus receptus eſt; & notatu inſuper dignum eſt, Romanum Pontificem ipſum in urbe ſua primaria Roma libertatem habitandi ac ſecuritatem, in hunc usque diem illis indulgere. Videatur Pontificale Romanum fol.47. & L'auth. du Diſcours Politique de l'eſtat de Rome fol. 119. Eandem ſemper invenere protectionem Judæi ſub Imperatorib.S.Rom.Imperii, Regibusque Bohemiæ ac Poloniæ; ut & plurimis Electoribus atque Principibus S. R. Imperii; nec non ſub Republica Venetorum, atque locis quibusdam confœderatis Provinciarum, quibus accedunt Urbes quædam celebres, Hamburgum, Francofurtum, Wormatia. Quæ Exempla vigeſimum præbent argumentum, quod nempe conſcientiam aut Chriſtianiſmum id non lædat, ſi Judæi excipiantur aut tolerentur.

§. 40. Vigeſimum primum argumentum deſumimus ab inconvenientibus ac abſurditatibus, quæ ex proſcriptione eorum, & ſi prorſus excluderentur pronaſcuntur. Etenim (1) vaticinia de eorum converſione quomodocunque illa explicentur, ceſſarent omnia; ſiquidem à Turcis ac Ethnicis nullam de Chriſto informationem expectare poſſunt: quî enim in Chriſtum crederent, de quo nihil audirent, & quomodo audirent abſque prædicatione? juxta Paulum Rom.10,14. (2) Si à Chriſtianis planè non perferrentur, major illis quaſi porrigeretur occaſio hac ratione ſub infidelibus atrociora in

Chriſtum ejúsque confeſſores emittendi convicia; à quibus tamen ſub Chriſtianis vel abſterrentur, vel ſaltem propterea puniuntur. (3) Captivitas illorum hac profligatione in incredulorum loca non exaſperaretur, ſed mitigaretur, ſiquidem à Saracenis liberè excipiuntur, nec perinde ut à Chriſtianis onerantur: unde pœnam incredulitatis ſuæ ibidem quaſi planè non ſentiunt, & multò minùs per eandem ad veram commoventur fidem; quæ tamen à Chriſtianis haud absque fructu ipſis proponi, illique incredulitatis ſuæ hoc modo ad minimùm convinci, ſi non omninò ad converſionem perduci poſſunt. (4) Si Judæi prorſus inter Chriſtianos non eſſent tolerandi, dicendum, illos aut in univerſum omnes manifeſtos atque criminoſos eſſe maleficos vitâque indignos; aut à Deo totaliter ac finaliter repudiatos. Neutrum tamen dici poteſt; reperiuntur enim & inter illos quàm plurimi quoad externa honeſtam ducentes vitam, quæ à Magiſtratu Politico criminaliter plecti nequit; Nec Deus illos prorſus repudiavit, teſte Paulo Rom. II. v. 1. *Nunquid DEUS repudiavit populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraëlita ſum, ex ſemine Abraham, de tribu Benjamin; non repulit DEUS plebem ſuam, quam præſcivit.* Si itaque à DEO non planè ſint repulſi, licet ob deteſtandum in Chriſtum facinus temporali (prout quatenus infideles quoque æternâ) pœnâ ſeverè ſatis multentur; cur igitur nos Chriſtiani adeo ſimus inclementes, qui illos planè proſcribant? (5) Inter infideles citiùs, quàm apud Chriſtianos imperitiores quosdam ad ſuam ſeducere poſſent fidem, eosque ſic ad converſionem ineptiores reddere. (6.) Cum certum ſit, Judæos profligatione non emendari, imprudenter fieret, ſi quod iſti committunt, potius illo loco quàm hoc permittere velint: imitati ruſticos nonnullos, qui rabidum canem, quem includere ac curare debuiſſent, ex pago ſuo abigunt, inque vicinia quàm apud ſe videre malunt.

§. 41. Tandem uſus quoque ſpectandus eſt, quem Chriſtiani à populo Judaico hauſerunt hactenus, quique etiamnum ab illis oritur inter Chriſtianos degentibus; & haſce utilitates, Religionem propriè concernentes, tanquam vigeſimum ſecundum pro nobis argumentum allegabimus: (1) autem perpetuum hi vivumque exemplum rigoroſiſſimæ juſtitiæ divinæ præbent, ad emendationem vitæ longè utiliſſimum, ut ita præ metu, ne in parem incidamus pœnam, ad veram pietatem, quæ proh pudor! admodum rara eſt, eò magis inſtigemur. Quemadmodum enim DEUS Sanctiſſimus inter alia & hanc ob cauſam ethnicos ſub populo Jiſraëlitico in terra Canaan ſuperſtites eſſe voluit, qui nimirum propter Idololatriam ſuam Jiſraëlitis ſubjecti eſſent, ut hi ob ſeveram hanc ſervitutis pœnam de Idololatris ſumtam, Idololatriam eò magis abominarentur: ſic procul dubio Deus juſtiſſimus judæos relinquit inter Chriſtianos, quò illorum exemplô ſapere diſcant. (2) Nobis Chriſtianis Scriptura S. Veteris Teſtamenti, in lingua originali Hebraica, unà cum Paraphraſi Chaldaica, quæ pluribus in locis vaticinia de MESSIA egregiè explanat, ſummâ judaici iſtius cœtus induſtriâ in hunc usque diem immutilata ac illibata ſervata eſt. Ipſis enim eloquia

DEI

DEI fuêre concredita, teſtante Paulo Rom. 3, 2. Quantô autem labore, quantâve curâ illorum id factum ſit, Maſoræ beneficiô exponit Joh. Buxtorffius in Tiberiade ſua ſ. Commentario Maſoretico per totum. Quod beneficium ſanè tantum eſt, ut vel propter illud ſolum ſuſtentatio neceſſaria, ni ingrati eſſe velimus, illis debeatur: perinde ut & Ptolomæus Philadelphus Ægypti Rex; cùm Veteris Teſtamenti Codicem in Linguam Græcam eidem transferri curaſſet Judaica Natio, non libertatem modo in terra Ægyptiaca habitandi atque mercaturam exercendi, verùm multas inſuper immunitates eidem conceſſit quondam. Quod beneficium etiam Patres agnovere, adverſus ethnicos id allegando, quo hi convincerentur Libros Scripturæ à Chriſtianis haud eſſe confictos. Deque his videri poteſt Auguſtin. in lib. de doctr. Chriſt. & in Pſal. 59. Imò huc etiam ſpectat & probè notandum eſt, quod omnia fermè munia Eccleſiaſtica nec non forma divini cultus univerſa ex Eccleſia Judaica originem ſuam habeant, uti id prolixiùs demonſtrari poſſet. (3) Quæ inde emanat utilitas hæc eſt, quod lingua Chaldaica ut & Hebraica minori ab illis negotio quàm in Academis noſtratibus addiſci queat, cujus beneficiô non ſacra ſolum oracula utilius pervolvi, ſed & libri illorum proprii perluſtrari, & ex illis argumenta ad illorum converſionem maximè proficua colligi poſſunt: ut nihil jam dicam de variis temporum, locorum, rituum, cæterarumque antiquitatum circumſtantiis ad meliorem ipſius quoque Novi Teſtamenti intellectum uſumque facientibus, quæ omnes aliunde addiſci nequeunt. Et hâc ipſa lingua viri tot inſignes, utpote Origenes, Hieronymus, Raymundus, Martinius, Petrus Galatinus, Reuchlinus, Riccius, Picus Mirandulanus, Scaligeri, Druſius, Münſterus, Buxtorffii, Fagius, Hutterus, Arias Montanus, Hottingerus, L'Empereur, Voiſin, Cunæus, Bortram, Sheringamius, Lightfootius atque alii non ſibi modo ipſis famam comparavere immortalem; ſed & Eccleſiæ Chriſtianæ hanc accenderunt lucem, qua nobis adhuc, hac quidem in parte, frui conceſſum eſt. Nec prætermittenda cenſemus verba illa Clariſſimi Buxtorffii, cùm in præfatione Lexici ſui Talmudici circa hanc rem ſic inquit: Nequaquam, quod multi ſomniant, ita jam à Chriſtianis interpretibus exhauſti ſunt illi fontes, ut nil ſit poſterorum diligentiæ & ſolertiæ relictum. Plura certè adhuc reſtant quàm proſtant, ſint modo, qui eos adire velint & poſſint. (4) Et hanc nobis præbent utilitatem Judæi, quod illi non intermoriturum nobis ſint mnemoſynon ſanctiſſimi DEI conſilii de noſtra redemtione, prout & de vita, morte ac paſſione DOMINI ac Servatoris noſtri JESU CHRISTI. Hinc Bernhardus: Non ſunt perſequendi Judæi, non ſunt trucidandi, ſed non effugandi quidem, vivi quidam apices ſunt, repræſentantes Dominicam paſſionem, &c. Propter hoc diſperſi ſunt in omnes regiones, ut dum juſtas tanti facinoris pœnas luunt, teſtes ſint noſtræ redemptionis epiſt. 322. (5) diceremus utilitatem hanc, ut Doctores Chriſtiani à multis non neceſſariis, arrogantibus, atque rixoſis inter ſemetipſos altercationibus ac ſcriptis deſiſtere, manusque invicem conferre, atque ſic unita vi legitimâque & appropriatâ methodo converſionem miſerorum iſtorum

rum hominum aggredi & possint & debeant: de quo inferius plura. (6) Et in hoc ostenditur utilitas, ut Christiani, cum certissimum sit pietatem suam, scandalosamque vitam omnem offendiculum Judæis convertendis ponere maximum, in id incumbant sedulò, quò vestigiis Christi eò pressius insistant, veraque & sincera pietate testificentur, doctrinam reperiri nullam, quæ perinde ac Christiana veram doceat Sanctitatem, neque ullam aliam esse viam, qua ad unionem cum DEO perducamur, nec in ulla alia Religione tam certa & efficacia extare auxilia gratiæ, per continuata ardentissimis precibus fidei exercitia à Patre propter Christum impetranda, quàm in Christiana: quod ipsum profectò longè certius atque efficacius esset medium Judæos convertendi, quàm conciones ac disputationes alioquin omnes. Æquè ut sanctissima Christianorum vita in primitivâ Ecclesia adeò ad convertendos Ethnicos fuit proficua, ut Imperator Julianus Apostata non efficaciore methodo Ethnicos à Christianismo, avocari posse existimaverit, quàm si eosdem ad talem, vel moraliter saltem perducere posset vitam, qualem Christiani præ se ferrent; quò id, quod in aliis admirarentur, familiare fieret sibimet ipsis.

§. 42. Vigesimum tertium subministrabunt argumentum utilitates quædam Politicæ, rem publicam saltem ejusque incrementum spectantes; quamvis in istas vel minima fieri debeat reflexio. Primo enim haud ignotum est Politicis, crescentibus subditis, crescere quoque commoda Reipublicæ, quod satis testantur loca quævis Italiæ, Belgii, ac Germaniæ populosiora: eò quod hoc ipso non collectæ solum tàm ordinariæ quam extraordinariæ; prout & tributa, vectigalia, aliique reditus magistratuum augeantur, sed & opificia atque mercaturæ in universum, prout experientia docet satis, floreant, imò omnium quasi statuum conditio ob majorem consumtionem per importanda & exportanda melior reddatur. Secundo in specie per exemplum Judæorum, qui ob paupertatem suam ut plurimum industrii ac laborioſi sunt, quique in pane lucrando sedulitate sua formicas referunt, & ne unicum quidem nummum inutiliter profundendo omnemque vestimentorum luxum vitando, parsimoniæ ac sobrietati studeant, & inde magnas sæpè divitias corradunt, cæteri quoque subditi ad similem diligentiam, parsimoniam & sobrietatem excitari possunt, ne quemlibet teruncium, quem lucrantur, gulæ statim litent, aut ignaviæ, ut sæpiùs fieri solet, totos sese dedant. Satis etenim præprimis in urbibus celebrioribus, ubi major est civium frequentia, quotidie per experientiam edocemur, quâ ratione inter artifices, opificesque ac mercatores alter alteri calcar addat, quo ipso inter ingenuos alter alterum in statu suo sanè magis promovet quàm impedit. Ut siccô jam pede prætereamus specialia illa pseudopoliticorum quorundam commoda, quod scil. necessitate exigente magnam sæpe pecuniæ summam subministrent Judæi; quod & Judæus si criminis cujusdam reus sit, mulctâ puniri queat majori; quod hi plura etiam offerant munera, & quæ sunt alia similia, quæ à Magistratu Christiano cui timor Domini summa lex est, meritò ceu sordidiora omninò negliguntur.

§. 43.

§. 43. Unde ad ultimum jam accingimur argumentum: quod (24) est spes nempe conversionis hujus populi, certissimis sanè & clarissimis S. Scripturæ nixa vaticiniis. Et quia conversio hæc vel est specialis, nimirum hujus vel illius saltem individui, adeoque pauciorum quorundam; vel generalior, quæ universalis dici posset: de illa primò sciendum est, fœdus illud, quod DEUS pepigit cum Abrahamo non prorsus esse abrogatum, de quo Genes. 17. v. 7. *Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus & seminis tui post te.* Quo cum consentit Petrus Actor. 2. v. 39. dicens: *Vobis enim facta est promissio & filiis vestris:* atque David Psal. 89. v. 21, 29, 30, 36. *Inveni David servum meum. In æternum servabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi: & ponam in seculum seculi semen ejus, & thronum ejus sicut dies cœli. Semel juravi per sanctitatem meam, si Davidi mentiar: semen ejus in æternum manebit. Et thronus ejus, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna firmabitur in æternum: & testis in nubibus fidelis.* Ex quibus dictis Doctores Ecclesiæ semper id collegere, Judæos non penitus esse repudiatos, sed nullo non tempore ad finem usque mundi quosdam conversum iri. Quæ cùm ita sint, nec DEUS Ipse ter maximus illos simul omnes à regno cœlorum vitâque æterna penitus excluserit, quî nos igitur eosdem à cohabitatione Christianorum omnimodo separare velimus ac possimus? Porrò si aliqui semper ex Judæis sive hoc sive illo tempore converti debent, necesse omnino est, ut id fiat per media vel consueta & ordinaria, vel per inconsueta & extraordinaria. Si hoc quemadmodum nimirum Paulus est conversus; tunc sanè admodum conduceret, ut Judæi tùm temporis inter Christianos habitarent, quo per eximium hoc miraculum tot etiam horum converterentur, quot per miraculosas quasdam olim factas conversiones in primitiva Ecclesia ex Judæis convertebantur. Sin verò per media ordinaria, qualia sunt prædicatio verbi Divini, exempla piorum & similia institui debet illorum conversio, tunc utique etiam requiritur, ut inter Christianos tolerentur Judæi. Quare cùm incertum sit, quos DEUS hîc vel illîc tunc vel nunc, quod ipsius est beneplacitum, converti velit, eò sane magis patienter ferendi, & ad conversionem præparandi sunt; præsertim quod Christi sit voluntas, ut Zizania una cum tritico ad tempus messis usque crescere sinamus. Matth. 13, 30. Restant autem vaticinia adhuc alia, majorem longè ac illustriorem promittentia conversionem; ut Hos. 3, 4. *Quia dies multos sedebunt filii Israël sine Rege, & sine Principe & sine sacrificio, & sine statua, & sine ephod, & sine theraphim; & posthac revertentur filii Israël & quærent Dominum Deum suum & David Regem suum* (i. e. Messiam juxta interpretem Chaldæum,) *& reverenter colent Dominum & bonitatem ejus, in novissimo dierum.* Item Lev. 26. v. 44, 45. *Attamen etiam cum erunt in terra hostili, non penitus abjiciam eos, neque sic abominabor, ut consumantur & irritum faciam pactum meum cum eis: ego enim sum DOMINUS DEUS eorum, & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti, in conspectu gentium, ut essem DEUS*

eorum; Ego DOMINUS DEUS. Et Deut. 4, 31. *Quia DEUS misericors DOMINUS DEUS tuus est; non deseret te, nec omnino delebit te, neque obliviscetur pacti, in quo juravit patribus tuis.* Deindè & Jerem. 30. v. 9. vaticinium extat de extremo tempore, cum dicitur: *Sed servient DOMINO DEO suo & David Regi suo, quem suscitabo eis.* Idem c. 31. v. 1. quod ad novissima tempora applicant tùm Christiani tùm Judæi, ubi dicitur: *In tempore illo, dicit DOMINUS, ero DEUS universis cognationibus Israël, & ipsi erunt mihi in populum.* Et v. 10: *Audite verbum DOMINI gentes*, & annunciate *in insulis, quæ procul sunt, & dicite: Qui dispersit Israël, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum.* Ezech. 37, 21. seqq. *Hæc dicit DOMINUS DEUS: Ecce ego assumam filios Israël de medio gentium, ad quas abierunt, & congregabo eos undique, & adducam eos in terram suam. Et faciam eos in gentem unam: in terra in montibus Israël, & Rex unus erit omnibus imperans: & non erunt ultrà duæ gentes, nec dividentur amplius in duo Regna. Neque polluentur ultrà Idolis suis & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt, & emundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis DEUS. Et servus meus David Rex super eos, & pastor unus erit omnium eorum: In judiciis meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea.* Præcipuus autem ac clarissimus locus circa hanc materiam continetur Rom. 11. v. 25. seqq. *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc,* (quod si igitur mysterium est, prophetiam sanè denotat specialiorem, nec de vulgari quadam conversione intelligi potest;) [*ne sitis intra vos ipsos elato animo,*] *quia cæcitas ex parte contigit in Israël* (populo Jisraëlitico,) *donec plenitudo gentium intraret, & sic* (tum demum) *omnis Israel salvus fieret. Sicut scriptum est:* (Esa. 59, 20.) *Veniet ex Sion, qui eripiat & avertat impietatem à Jacob.* (Esa. 27, 9.) *Et hoc illis à me fœdus est, quod ablaturus sim peccata eorum. Secundum Evangelium quidem (nostri sunt) inimici propter vos:* (ut citra circumcisionem vos in fœdus DEI recipiamini:) *secundum electionem autem,* (quod DEUS hunc præ cæteris sibi populum selegerit, sunt illi) *charissimi, propter Patres. Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio DEI* (quod absque conditione absolutè illos in populum assumserit, hâc additâ promissione, illos nunquam prorsus deletum iri Jerem. 4, 27. cap. 5. v. 18. cap. 15. v. 11. cap. 30. v. 11. cap. 46. v. 28. Ezech. 20. v. 17. quamvis præcepta sua transgrediantur; quæ incomparabilia sunt charismata, & vocatio in populum specialem, qualis nulli contigit populo amplius. Si autem certis sub conditionibus illos suscepisset, tantisper scil. eritis populus meus, quamdiu præcepta mea non transgrediamini; tunc pactum hoc semel initum conditione ab illis neglectâ posset antiquare: sub qua conditione ethnici in fœdus novum vocati fuere, ad quod in Oriente etiam frequentissimus fuit accessus, ubi tamen integræ jam nationes sunt deletæ, earumque locum infideles occuparunt.) *Sicut enim aliquando & vos non credidistis DEO: nunc autem misericordiam consecuti estis* (per) *& propter incredulitatem illorum: ita & isti nunc non credunt* (per) *& propter vestram misericordiam; ita tamen ut & ipsi aliquando misericordiam consecuti sint,* (quæ est alternatio DEI.) *DEUS enim omnes in incredulitatem concludi* (permisit; primò quidem

Ethni-

Ethnicos, nunc & Judæos,) *ut omnium misereatur. O altitudo divitiarum Sapientiæ & Scientiæ DEI! quam incomprehensibilia sunt judicia* (pœnarum) *ejus*, & investigabiles viæ ejus (commiserandi?)

Et certe, si gesta hujus populi singularemque ejus indolem examinemus, ultrò patet, DEUM, utpote qui singulari illos modo semper tractavit, singulare quid & illis adhuc reservasse. Nunquam enim legimus populum quendam toties ac tam procul per terras dissipatum, & suam tamen distinctè semper asservasse nationem atque cultum divinum, nec aliis sese immiscuisse. *Est populus per omnes provincias regni tui dispersus, & inter populos divisus, & leges eorum aliæ sunt, quam omnium populorum: dixit Haman Regi Assuero.* Esth. 3, 8. *Populus solus habitabit & inter gentes non reputabitur, vaticinante Bileamo.* Num. 23, 9. Quæ cuncta Patres meritò solicitos effecere; ut Bernhardus Epist. 322. dicat: Convertentur tamen ad vesperam, & in tempore erit respectus eorum.

Ad quam conversionem multum conferre possent Christiani, si (1) quilibet ab omni scandalo tàm verbis quàm factis dato sibi studiosè caveret; maledictionemque illam DOMINI accuratiùs perpenderet, dicentis: *Va mundo à scandalis.* Matth. 18, 7. Nec non verba S. Apostoli 1. Cor. 9. v. 19. *Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Et factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrarer. His, qui sub lege sunt* (proselytis) *quasi sub lege essem, cùm ipse non essem sub lege, ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem.* (2) Si non fere ubivis adeò vexarentur & exagitarentur, tesseras lusorias ab ipsis petendo, lardum illis affigendo, eosdem subsanniendo, aliisque injuriis afficiendo. (3) Si tùm publicè tùm privatim preces pro istis fierent crebriores ac efficaciores. (4) Si doctiores id potissimum studii genus excolerent, quomodo Judæi tractandi sint, (perinde ut olim religiosi Ordinis prædicatorum, qualis fuit Raymundus à penna forti, ejusque successores, inter quos & Raymundus Martini in Arragonia ac Castilia negotium hoc haud infelici sanè successu aggressi fuere,) quod fieri posset, si (5) vulgatam illorum linguam Germano-Hebræo-Chaldæam discerent; (6) eorum religionem totam atque antiquitates omnes examussim scirent; (7) deinde è propriis ipsorum fundamentis ac principiis cum illis colloquia instituerent; facultatem Judæis dantes interrogandi, suaque dubia movendi: quæ dehinc modestè, sobriè ac solidè essent solvenda. (8.) Si docti isti viri præ cæteris sanctiorem ducerent vitam, illisque discrimen inter verum atque internum, & inter externum falsumque & debitis fructibus carentem Christianismum dextrè proponerent; ut & (9) in conventibus eorum illo ipso Judæis usitatô idiomate crebrò concionarentur; (10) Si libros ederent Hebraico aut mixto isto vulgatô idiomate, pro captu Judæorum: (11) Si novi Testamenti libri vel saltem Historici in dictum verterentur idioma, & typis Hebraicis imprimerentur, quò ad legendum ea commoveri possent. (12) Si adigerentur ut liberos suos saltem legendi scribendique causa mitterent in Scholas nostras

ſtras Germanicas & Latinas, quò poſtmodum utiles Chriſtianorum libros, vel curioſitatis ergò, legerent. Et quæ plura his ſimilia media excogitari poſſent. Hæc itaque ſunt argumenta ac rationes, quæ quemlibet Magiſtratum Chriſtianum commovere poſſunt, ad receptandos tutandosque Judæos.

§. 44. Quibus nunc expenſis, deſcendendum quoque eſt ad objectiones, quæ hîc produci poſſunt, ut appareat, an illæ tanti ſint ponderis, prout à quibusdam exaggerari ſolent. Primò etenim Judæi in Chriſtum ejusque doctrinam, regnum atque populum varias eructare dicuntur blaſphemias & convitia, quo ipſo proinde indignos ſe omninò reddant, conceſsâ alioquin libertate. Cui reſpondendum. (1) Non omnia blasphemias eſſe, quæ ipſis imputantur; imò omnia nec illa, quæ ipſis ab adverſariis ſuis objiciuntur, legitimè eſſe probata; cùm non contemnendas etiam Apologias in medium proferant, adde quodcauſa tota in foro legitimo ſecundum rigorem proceſſus nunquam examinata, multo minus ſententia contra illos lata ſit, quod tamen ante relegationis eorum omnimodæque expulſionis pœnam utique fieri debuiſſet. (2) Blasphemias non ab omnibus publicè, ſed forte clam à nonnullis proferri, qui idcircò puniendi. (3) & inter Chriſtianos reperiri blasphemos, imò & atheos, qui tamen omnes extirpari nequeant: (4) illos per indignam illam, quam à Chriſtianis patiuntur tractationem, ad easdem adigi; cùm cæteroquin religio ſua obſtringat ad obſervandum mandatum illud divinum Jerem. 29, 7. *Quærite pacem civitatis, ad quam transmigrare vos feci: & orate pro ea ad DOMINUM: quia in pace illius erit pax vobis.* (5) Maledicta eorum privata ac clandeſtina, jam nihil eſſe novi, ſed eadem quamdiu Chriſtianiſſimus eſt, jam duraſſe; & populum tamen hunc ad exemplum DEI, qui eos tolerat, ſemper eſſe toleratum. (6) Cœcitati eorum atque ignorantiæ, zeloque pro Gloria Divina hæc omnia eſſe aſcribenda, pro illisque orandum, æque ac Chriſtus fecit dicens: Luc. 23. v. 34. *Pater dimitte illis: non enim ſciunt, quid faciunt.* Atque Stephanus Act. 7. v. 60. *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Nec non Petrus Actor. 3. v. 17. *Et nunc fratres ſcio, quia per ignorantiam feciſtis, ſicut & principes veſtri. Pœnitemini igitur & convertimini.* (7) Velamen iſtud remotum iri, cùm ad D E U M fuerint converſi. 2. Cor. 3. v. 16.

§. 45. Secundò adducitur dictum Pauli 2. Cor. 6. v. 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Et Johannis 2. epiſt. 10. *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis.* Ad quod &c. (1) utrumque dictum illud velle, ne ejusmodi homines ſequamur, aut pravæ eorum vitæ ac doctrinæ participes eſſe debeamus. (2) Seipſum explicat Apoſtolus 1. Cor. 5, 9. *Ne commiſceamini fornicariis. Non utique de fornicariis hujus mundi* (extra Eccleſiam conſtitutis) *accipi volo, aut avaris aut rapacibus aut idolis ſervientibus, alioquin debuiſſet is de hoc mundo exiiſſe.* Unde (3) conceſſum omninò eſt cum illis quoad vitam externam ac negotia communia converſari.

§. 46.

§. 46. Tertio opponunt; Christianos undique, ubi hi illis cohabitant, maxima à Judæis pati damna, dum (1.) imprudentiores seducant, (2.) in proditionem, infidelitatem atque perjuria proni sint; (3.) subditos fraude, (4.) usuris, (5.) pignorum retentione, (6.) mercimoniorum suppressione enervent: (7.) furto ablata coëmant vel receptent, & similia his plura. Quæ distinctè sunt perlustranda ac diluenda. Et (1.) quidem, Christianos ad Judaicam commovere fidem, in jure civili illis sub pœna capitali prohibitum est. L. 17. 6. de Jud. quare cum ob metum tantæ pœnæ haud immeritò absterreantur, seductio quidem hoc in casu tantoperè non est metuenda: quin etiam severa inspectione malo huic facilè inveniri potest remedium. (2.) Ob proditionem, furtum, perjurium, cæteraque crimina publica Judæi longè duriùs plectuntur ac Christiani; quæ etiam cuncta autoritate magistratuum publica facilime, prout solet, cohiberi possunt. (3.) Adversus fraudem, à qua tamen & cæteri mercatores Christiani haud sunt alieni, in omnibus constitutionibus Imperialibus & ordinationibus politicis leges sancitæ sunt, quarum transgressio à Magistratu Judæis non condonanda. Ad (4.) (5.) & (7.) contra Judæorum usuras in Recessibus Imperii, & in specie de anno 1530. tit. de Judæis, eorumque usuris. 1548. eod. tit. 1577. ibid. 1576. circa finem Recessus: nec non de pignoribus, rebusque furtivis expressæ extant constitutiones, contra quæ Judæus impunè haud delinquet. Ad (6.) victum subditi quærunt vel agriculturâ, vel manufacturis ac artificiis, vel mercaturâ. In primo genere nulli facilè detrimento sunt, cùm agros ac hortos non possideant; imò quia victu ac amictu interea carere non possunt, è contrario apparet hoc acquirendi genus ob consumtionem ab illis potius promoveri quàm minui. Nec opificia illis ubique conceduntur, & pauci illorum opifices facilè eò adigi possunt, ne aliis nisi Judæis operam locent, unde Christianis nihil decedet, præsertim ubi tribuum sunt statuta inter opifices. Mercaturam non omnes Christiani exercent, quare damnum, si quod inde nasceretur, non multi nec magnum paterentur. Præterea testatur experientia Amstelodami, Hamburgi, Francofurti, Venetiis, &c. quæ urbes præ cæteris commerciis florent, mercaturam à Judæis non detrimentum, sed incrementum potius capere. Mercator enim commercia sua vel stabilita jam habet, vel adhuc stabilienda. Qui prioris generis est, non metuit Judæum, cum certos jam tum habeat suarum mercium sive venditores sive emptores. Incipiens verò si tantam, quam Judæus, diligentiam adhibet, similiter non habet quod metuat; imò si pius est Deoque confidit, benedictionem à Domino præ infideli impetrabit. Atque sic & huic objectioni satisfecimus.

§. 47. Tandem & populum istum à DEO ipso execratum esse (4.) objicitur, Deut. 28. v. 15. Ps. 69. v. 24. Ps. 109. v. 17. Matth. 27. v. 25. c. 23. v. 35. Luc. 13. v. 35. Cui respondemus, (1.) omnes hasce execrationes sub certis factas esse conditionibus, ita scilicet & tamdiu, dum vocem DEI non audiant, relictâ illis apertâ ad conversionem viâ, ad quam quilibet Christianorum illos perducere omni operâ meritò intendat, quò à ma-

ledictione liberentur, ac in ſtatum benedictionis denique reſtituantur. Maledictio enim (2.) hujus populi quidem eſt totalis, ut dici ſolet, omnes nempe ac ſingulos tangens, ſed non finalis ac interminabilis; quod dicta prius allegata ſatis ſuperque demonſtrant.

§. 48. Objectiones reliquæ, quæ forſan adhuc moveri poſſent, ex iis, quæ ſatis prolixè jam tum diſſeruimus, abundè ſolvi ac refutari poſſunt. Nos igitur hîc ſubſiſtimus, connectentes pium hoc atque ſincerum votum, ut nempe DEUS ter O. M. glorioſiſſimè adimplere dignetur vaticinium ſuum Apoc. 3, 9. *Ecce, dabo de ſynagoga Satanæ, qui dicunt ſe Judæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur. Ecce faciam illos, ut veniant & adorent ante pedes tuos: & ſcient, quia ego dilexi te.* Vale, &

errata typographica, quæ ſub prælo ob abſentiam meam irreptura ſunt, æquô animô corrige.

PARS

PARS PRIMA

ejusque Tractatus primus:

quæ est

SYNOPSIS

Celeberrimi illius Codicis Cabbalistici,

qui vulgo dicitur

LIBER SOHAR,

per novendecim titulos generales distributa,

Autore R. Jisaschar F. Naphthali Sacerdote.

INDEX TITULORUM.

I. *Lumen Legis.*
II. *Domus Precum.*
III. *Semita Eleemosynarum.*
IV. *Portæ Pœnitentiæ.*
V. *Ordo Iudicii.*
VI. *Porta Castitatis & Sanctitatis.*
VII. *Opus Mensæ.*
VIII. *Portæ Festorum: sive Convocatio Sanctitatis.*
IX. *De Festo Paschatos & reliquis Festis in specie*
X. *Semita Iustorum.*
XI. *Portæ retributionis futuræ; ubi de Messia.*
XII. *Porta Concupiscentiæ bonæ & Concupiscentiæ pravæ.*
XIII. *Porta Spirituum.*
XIV. *De excellentia Terræ Populique Israelis, & de Exilio illius.*
XV. *Gesta Patrum.*
XVI. *Porta Mortis.*
XVII. *De Sanctuario ejusque requisitis.*
XVIII. *Collectanea.*
XIX. *Historiæ insignes.*

TITULUS PRIMUS.

LUMEN LEGIS.

E Dissertationibus collectaneis

in

GENESIN.

1. SAnctus ille, qui benedictus sit, auscultat & attendit vocem illius, qui occupatus est studio Legis: & è quolibet verbo, quo iste noviter explicat Legem, formatur firmamentum aliquod; & isti sunt cœli novi; de quibus in Prophetis. col. 24. [conf. 2. Petr. 3, 13. *Novos verò cœlos & novam terram, secundum promissa ipsius exspectamus, in quibus justitia habitat.* Ap. 21, 1. *Et vidi cœlum novum & terram novam. Primum enim cœlum & prima terra abiit: & mare jam non est.* Rom. 9, 5. *Quorum Patres, ex quibus est* CHRISTUS *secundum carnem, qui est super omnia* DEUS *benedictus in secula.*

2. De pœna illius gravissima, qui noviter explicat verba Legis, & illa tamen non intimè intelligit: Deque spiritu huic negotio Præfecto, qui vocatur Vir Contorsionum. [conf. 2. Pet. 3, 16. *Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis, de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant (detorquent) sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perditionem.*] qui exinde condat Firmamentum Vanitatis & Inanitatis. col. 25. [confer Jac. 3, 1. *Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis.*

3. Propter pueros studio Legis occupatos mundus permanentiam habet. Et huc applicatur locus Cant. 1, 11. *Ordines aureos faciemus tibi, &c.* col. 17. [conf. Matth. 21, 15. *Videntes autem Principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt.*

4. Neminem debere noviter exponere verba Legis, nisi istud acceperit ab arbore quadam magna (i. e. Doctore quodam excellente.) col. 25.

5. De magna illius dignitate, qui studio Legis incumbit nocte Pentecostes [conf. Act. 2, 1. *Et cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter (unanimiter) in eodem loco.*] ubi subnectitur Historia de R. Schimeone Ben Jochai. col. 30.

6. DEUS sanctus & benedictus quater inspexit Legem, antequam crearet creata sua: ut doceret homines, ne ex præcipitantia errores committant in negotiis suis. Ibidem etiam allegatur dictum illud Sapientum nostrorum b. m! multos propterea occisos

esse, quod Discipulus quidam, qui gradum informandi nondum assecutus esset, tamen informaverit. col. 25.

7. Illis hominibus, qui stipendia largiuntur docentibus Legem, Sanctus ille, qui benedictus sit, istud imputat, ac si ipsi fecissent istos Doctores Legis, quia illis tribuitur factio Psal. 111. v. 10. *Initium sapientiæ timor* DOMINI, *intellectus bonus omnibus facientibus ea.* Doctoribus Legis autē Factio non tribuitur. col. 30. [conf. Matth. 23, 14. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, quia comeditis domus viduārum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium.* Luc. 8, 3. *Iohanna, uxor Chuzæ, procuratoris Herodis, & Susanna & aliæ multæ, quæ ministrabant ei, de facultatibus suis.*]

8. Encomium Legis, quomodo illa consilium det & auxilium studentibus in ea. col. 36.

9. Qui legis studio occupatur, restituitur & perficitur, accipiendo animam aliam sanctam, & sic præparatur in mundum venturum. col. 39. [conf. 2. Cor. 5, 17 *Si quis ergò in Christo, nova est creatura, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia nova.* Ad Eph. 2, 15. *Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem.* c. 4. 24. *Renovamini spiritu mentis vestræ: & induite novum hominem, qui secundum DEUM creatus est in justitia & sanctitate veritatis.*

10. Adhortatio ad studium Legis & ad cultum Divinum. col. 57.

11. Encomium Legis, & excellentia illius, qui studio Legis detinetur, quia idem facit ac si conderet mundos. col. 127.

12. Quia defecerunt, qui aliquid contribuerent pro stipendiis discipulorum Sapientum; Lex ipsa oblivioni tradita est inter Israëlitas, & multæ miseriæ supervenerunt toti populo. col. 391.

13. Liber quidam traditus est Adamo Protoplastæ, de quo dicitur Gen. 5, 1. Iste est liber generationum Adam: quam reliquit filio suo Scheth &c. ad Abrahamum usque: è quo ipsi innotuerunt Arcana summa. Eodemque modo liber quidam traditus est Chanocho, qui dicitur liber Chanochi. col. 178.

14. Qui in Lege studet jugitur, surgitque nocte mediâ, ille semper suam partem habet in mundo venturo. col. 249.

15. Qui semper occupatus est studio Legis, hæres fit ducentorum mundorum. col. 300.

16. Amplissimum & prolixum encomium Legis atque docentium eam, cum increpatione eorum, qui eam deserunt. col. 312. 313. 319.

17. Nemo tam dignus est, qui laudet Sanctum illum benedictum, atque illi, qui surgunt nocte mediâ, ut in Lege studeant. col. 323.

18. Studendum esse in Lege ob solam DEI gloriam. col. 333.

19 Lex divina incedere hominem docet viâ Bonorum: de Impiis autem, qui eandam negligunt, scriptum est Jesch. 46, 12. *quod remoti sint à justitiâ.* col. 221.

20. Adhortatio strenua, ut quis studeat in Verbis divinæ Legis. col. 374.

21. Ille

21. Ille homo, qui divinam Legem negligenter tractat, multos habet accuſatores & adverſarios, tempore tribulationis ſuæ; inter quos eſt ipſa illius Anima. Contrarium autem accidit illi, qui toto robore Legi invigilat. col. 390.

22. Multi Juſti atque pii occiſi ſunt ſub perſecutionibus Gentilium; idque non aliam ob cauſam, quàm in pœnam, quod neglexiſſent Legem, dum adhuc commorarentur in Terra Iiſraël. col. 288.

23. Increpatio manifeſta adverſus eos, qui deriſores ſunt, & ſcommatibus inceſſunt Legem & Hiſtorias ejus. col. 374.

24. Encomium Legis & excellentiæ illius, qui ejus ſtudio delectatur in DEI Legisque gloriam: cujus Mors ipſi non infertur per Angelum Mortis. col. 385. [confer Johan. 5, 24. *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſit à morte in vitam.*]

25. Sapientia Legis non confirmari (vel aſſeri & propagari) poteſt ab homine, niſi conſederit: juxta illud Jeſch. 14, 13. *Et ſedebo in monte, &c.* col. 401. 470. [confer Matth. 23, 2. *Super cathedram Moſis ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia enim quæ &c.* cap. 5, 1. *Videns autem JESUS turbas, aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, &c.* Joh. 8, 2. *Diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos.* &c.]

26. Quantoperè delectetur Sanctus ille, qui benedictus ſit! iis, qui nocte media ſurgunt, & in Lege ſtudent. col. 232.

27. Qui occupatur ſtudio Legis, eidem Sanctus ille, qui benedictus ſit! annnunciat Evangelium, ſeu læta nuncia. Et quæ ſit differentia præmii illius, qui legis ſtudio vacat לשמה ipſius Legis gratia; (& nomine) & illius qui aliam ob cauſam idem præſtat. col. 242. [conf. Matth. 11, 5. *Euntes, renunciate Johanni, quæ audiſtis & vidiſtis: Cæci vident, &c. pauperes evangelizantur.* Matth. 10, 41, 42. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Et qui recipit juſtum, &c. Et quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine diſcipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* cap. 18, 5. 20. *Qui ſuſceperit unum parvulum talem in nomine meo, me ſuſcepit. Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*

28. Hiſtoria de R. Joſe Ben Paſi, qui primùm ad ſtudium Legis ſeſe applicuerat ex aliâ intentione, quàm ob ipſam Legis dignitatem: & deinde propter Legem ipſam hoc faciebat. ibidem. [conf. Act. 8, 18. 19. *Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manûs Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, ut, cuicunque &c.*

29. Dixit Elias ad R. Chija: Futurum eſſe ut Jeruſalem & omnes Academiæ Sapientum devaſtentur: cum hâc admonitione, ut propterea magnam adhiberent in ſtudio Legis induſtriam. col. 352. [conf. Matth. 17, 3. *Et ecce, apparuerunt illis Moſes & Elias, cum eo loquentes.* Matth. 24, 2. *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*

30. De illo, qui ſemper detinetur occupatione divinæ Legis, intelligendus eſt locus Pſ. 106, 3. *Beati cuſtodientes judicium, facientes juſtitiam in omni tempore.* col. 324. 325. ubi etiam agitur de pœnis eorum, qui Legem negligunt.

31. Adhortatio inſignis ad ſtudium Legis; deque præmio ſtudioſorum ejus; qua ratione nimirum gradus aſſequentur ſemper ulteriores in Arbore vitæ col. 431. [confer Apoc. 2. v. 7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in medio paradiſi DEI.*

32. De magno illorum præmio atque inſigni, qui nocturno tempore in legis ſtudio lucubrant. col. 433. [conf. Luc. 18, 7. *DEUS non faceret vindictam electorum ſuorum, clamantium ad ſe die ac nocte, &c.* c. 21, 37. *Noctibus morabatur (CHRISTUS) in monte, qui vocatur Oliveti.* Act. 20, 31. *Per triennium nocte ac die non ceſſavi cum lachrymis monens unumquemque.* Matth. 24, 42. *Vigilate quia neſcitis, qua hora DOMINUS veſter venturus eſt.* Marc. 13, 37. *Quod vobis dico, omnibus dico: Vigilate.* 1. Cor. 16, 13. *Vigilate, ſtate in fide, &c.*

33. Sanctus ille qui benedictus ſit! hominem dignum reddit honore ſibi proprio per Legis ſtudium. col. 441. [conf. Joh. 12, 26. *Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtraverit, honorabit eum Pater meus.*

34. Adhortatio ſedula ad ſtudium Legis: Quodque non comedere debeat homo tempore matutino, donec ſtuduerit in Lege. col. 442.

35. De præmio illorum, qui nocte media ſurgunt, ut in lege ſtudeant. Vide admiranda col. 457. [Conf. 2. Cor. 6, 7. *In omnibus exhibeamus nosmetipſos ſicut DEI miniſtros, in multa patientia, &c. in vigiliis &c.* Epheſ. 6, 18. *Per omnem orationem & obſecrationem, orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo vigilantes, &c.* Col. 4. 2. *Orationi inſtate, vigilantes in ea, &c.* 1. *Theſſ.* 5, 6. *Igitur non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemus, & ſobrii ſimus, &c.* 1. Pet. 5, 8. *Sobrii eſtote & vigilate, quia &c.* Apoc. 3, 3. *Si autem non vigilaveris, veniam ad te, &c.* c. 16, 15. *Ecce, venio ſicut fur. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta, &c.*

36. Quantum ſit præmium illius, qui ſtudium Legis amplectitur, tam in mundo hoc, quam in mundo venturo, & quo præconio illa ante hunc declamet, eumque defendat ab omni genere pœnarum: & quomodo omnia verba Legis, quæ didicit in hoc mundo, ingrediantur in ejus viſcera, ut in mundo venturo in iis ſe exercere queat. Ex adverſo autem ærumnæ plurimæ & mala multa eundem impetunt, qui illius ſtudium negligit. col. 416. & 431.

37. Cum gallus cantat ſub noctem mediam, ſurgere tenetur homo & ſtudere in Lege. col. 222.

38. Mira deſcriptio præmii illius, qui ſemper Legis ſtudio vacat. col. 425.

39. Illum, qui ſemper meditationibus Divinæ Legis detinetur, hæc ipſa liberat à pravis cogitationibus. col. 425. 426. 427.

40. De præmio illius, qui filium ſuum docet Legem ſacram. col. 422.

41. De præmio illorum, qui in Lege ſtudent in ipſius Legis gloriam; vel propter finem alium. col. 425.

42. Qui

42. Qui occupatus eſt ſtudio Legis & obſervatione præceptorum Domini ſui, illius timore percelluntur omnia, ejusque formam omnia extimeſcunt. col. 427. [Conf. Joh. 7,30. *Quærebant eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.* 44. *Quidam ex ipſis volebant apprehendere eum: ſed nemo miſit ſuper illum manus.* Joh. 8,20. *Nemo apprehendit eum, quia nec dum venerat hora ejus.* Joh. 18, 6. *Ut dixit eis: Ego ſum; abierunt retrorſum.* Marc. 6,20. *Herodias inſidiabatur illi (Johanni) & volebat occidere eum, nec poterat.* c. 11,18. *Principes Sacerdotum & Scribæ, quærebant quomodo eum perderent. Timebant enim eum; quoniam &c.*]

43. Nihil proſunt theſauri impio. Et per hos intelliguntur illi, qui non amplectuntur ſtudium Legis. col. 424. [Conf. Matth. 16,26. *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur; animæ verò ſuæ detrimentum patiatur.* Luc. 9,25. *Quid proficit homo, ſi lucretur univerſum mundum, ſeipſum autem perdat, & detrimentum ſui faciat.* Marc. 8,36. *Quid proderit homini, ſi lucretur mundum totum: & detrimentum animæ ſuæ faciat.* Luc. 12,20.21. *Stulte, hâc nocte animam repetunt à te: quæ autem paraſti cujus erunt? Sic eſt, qui ſibi theſaurizat & non eſt dives in DEO.*]

44. Quicunque deſiderat, ut accepta ſit oratio ejus, is in Lege ſtudeat. [Conf. Act. 10, 4. *Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu DEI.* 31. *Corneli, exaudita eſt oratio tua, & eleemoſynæ &c.*]

45. Quicunque Legis ſtudio delectantur, primi erunt in reſurrectione mortuorum. col. 410. [Conf. 1. Theſſ 4,16. *Mortui, qui in CHRISTO ſunt, reſurgent primi.* Apoc. 20, 5.6. *Cæteri mortuorum non revixerunt donec conſummentur mille anni. Hæc eſt reſurrectio prima. Beatus & ſanctus, qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdotes DEI, & CHRISTI: & regnabunt cum illo mille annis.*]

46. Singulis diebus avis quædam (i. e. Angelus alatus) magna voce præconis inſtar exclamat in horto Eden ſive Paradiſo; & creaturas (i. e. homines) admonet ad ſtudium Legis. col. 450. [Conf. Marc. 16, 15. *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.* Apoc. 5, 2. *Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna &c.* c. 14,6.7.8.9. *Et vidi Angelum volantem, per medium cœli habentem Evangelium æternum &c.* c. 15,18. *Et facta ſunt fulgura, & voces & tonitrua &c.*]

47. Lex vocatur nomine Turturis, & Pulli columbini, quia vox ejus eſt dulcis. [Conf. Luc. 2,24. *Ut darent hoſtiam &c. par turturum aut duos pullos columbarum.*] col. 480.

48. Quantum ſit præmium, & quaſi infinitum illius, qui novas proferre ſcit explicationes ſuper verba Legis: & quomodo Sanctus ille qui benedictus ſit! delectetur talib. col. 512. [Conf. Luc. 24,27. *Incipiens à Moſe & omnibus Prophetis interpretabatur illis &c.* Matth. 22,29. *Erratis neſcientes Scripturas &c.* Luc. 4,21. *Hodie impleta eſt hæc Scriptura in auribus veſtris &c.* Joh. 7,15. *Mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit &c.* Act. 17, 2. *Secundum conſuetudinem Paulus introivit ad eos:*

eos: & per Sabbatha tria diſſerebat illis de Scripturis &c. c.18,28. *Vehementer Judæos revincebat, publicè oſtendens per Scripturas eſſe CHRISTUM Jeſum.*

49. Quicunque lectionibus Legis invigilat nocturno tempore, illius vocem attendit Sanctus ille qui benedictus ſit! cum juſtis in Paradiſo degentibus col. 489. & 490.

50. Qui alimoniam præſtat, & in aliis uſui eſt ei, qui in Lege ſtudet, meretur divitias accipere, tàm mundi hujus, quàm mundi venturi. col. 510. [Conf. Marc. 10,30. *Nemo eſt, qui reliquerit &c. qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc, domos & fratres &c. & in ſeculo futuro vitam æternam.*

51. Qui ſtudio Legis incumbit, ſimilis eſt aſino: non verò equo vel bovi: quia aſinus non curat honorem ſuum. col. 511. [Conf. Matth. 21, 2. 5. 7. *Ite in caſtellum &c. & ſtatim invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: ſolvite & adducite mihi &c. Ecce Rex tuus veniet tibi manſuetus, & ſedens ſuper aſinam &c. Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.* Joh. 12,14. 15. *Et invenit JESUS aſellum, & ſedit ſuper eum &c. Ecce Rex tuus venit, ſedens ſuper pullum aſinæ.*] Ubi plura adduntur de excellentia ſtudioſorum Legis, præſertim ſi nocte mediâ ſurgant.

52. Ille qui ſaltem deſiderat ſpeculari & ſtudere in Lege, quamvis actu nequeat, ſuam tamen habet laudem. col. 207. [Conf. Luc. 19,3. *Zacheus quærebat videre JESUM, quis eſſet, & non poterat præ turba &c.* Joh. 12,20. 21. *Erant quidam gentiles Græci &c. rogabant Philippum dicentes: Domine, volumus JESUM videre.*]

53. Verba illa Legis circa quæ verſatur homo in hoc mundo, nec tamen aſſequi poteſt eadem; illa aſſequetur atque intelliget in mundo venturo. col. 416. [Conf. 1. Cor. 13, 9. 10. 12. *Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum eſt, evacuabitur, quod ex parte eſt. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam ſicut & cognitus ſum.*]

54. Quantum futurum ſit præmium illius, & quantô gaudio exhilaret Creatorem ſuum, qui nocte media ſurgit, ut lectionibus Legis vacet. fol. 123. col. 489.

55. Non excitabit Sanctus ille qui benedictus ſit! dexteram ſuam ad liberationem Iſraëlis, donec ipſi Iſraëlitæ exſuſcitent dexteram Dei: quæ eſt Lex. col. 487. [Conf. Apoc. 5,1. 7. *Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, librum ſcriptum intus & foris ſignatum ſigillis ſeptem. Et venit & accepit de dextera ſedentis in throno librum.*]

56. Qui ſtudium Legis exoſculatur in hoc mundo, non citatur ad judicium in mundo venturo. col. 313. [Conf. Joh. 5,24. *Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me miſit, habet vitam æternam & in judicium non venit, ſed tranſiit à morte in vitam.*]

57. Adhortatio ſeria, ut homo ſemper in Lege ſtudeat. Quodque eadem hora, cùm Sanctus ille qui benedictus ſit! creavit mundum, eundem ita ſit allocutus: Munde, ô munde, tu & omnia ſtatuta tua in alio non conſiſtunt, niſi ſuper Lege. col. 319. [Conf. Hebr. 1,3. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ & character ſubſtantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis ſuæ &c.*

58. In

58. In illa hora, cum Jiſrael.tæ incumbunt ſtudio Legis, omne robur idololatratum coram iis confringitur. Col.511. Et in Exodum col.120.

59. Qui filium ſuum manè & veſperi deducit in domum Magiſtri, ille in tanto gradu eſt, ac ſi bis Legem accepiſſet in monte Sinai. [Conf. 2. Tim.3,15. *Quia ab infantiâ ſacras literas noſti &c.*]

60. Loca quædam dantur, ubi proſperè ſuccedit ſtudium Legis; & ubi infelici fato mulctantur qui eam negligunt. col.253. [1.Cor.16,9. *Oſtium mihi apertum eſt magnum & efficax, & adverſarii multi &c.* 2. Cor.2,12. *Cum veniſſem autem Troadem propter Evangelium CHRISTI, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino &c.* Col.4,3. *Orantes ſimul, & pro nobis, ut DEUS aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti &c.* Act.14,27. *Moratiſunt ibi (Antiochiæ) tempus non modicum cum diſcipulis.*]

61. Qui in Lege ſtudere vult, neceſſe habet ut ſeſe præparet, quoad corpus & quoad cogitationes. col.213. [Conf. 1.Cor.9,27. *Caſtigo corpus meum & in ſervitutem redigo, ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar.* Rom.12,1. *Obſecro vos fratres, per miſericordiam DEI, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, DEO placentem, rationalem cultum veſtrum.*]

62. Quanta ſit dignitas illius, qui nocte media ſurgit, ut exerceat ſtudium Legis. col.213.

63. Adhortatio ſevera ad ſtudium Legis, col.415.416.

64. De præmio illius qui nocte media ſurgit ut in Lege ſtudeat: ubi hiſtoria additur de quodam, qui clepſydram ſibi præparaverat, [quæ nocte media exſtillaſſet &c.] & de alio, qui è cantu Galli obſervabat noctis medium. col.249. [Conf. Marc. 13,35. *Vigilate, neſcitis enim quando Dominus domus veniat, ſero, an media nocte, an gallicantu, an mane &c.* Actor.20,7. *Protraxit (Paulus) ſermonem usque in mediam noctem.* Act. 16, 25. *Media nocte Paulus & Sylas orantes laudabant DEUM.* Apoc. 21,13. *Ab aquilone portæ tres &c.* Matth.26,34.74. *Amen, dico tibi, in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis.*]

65. Encomium Legis & quantum ſit præmium Doctorum ejus. col.280. [Conf. Luc.2,46. *Poſt triduum invenerunt JESUM in templo, ſedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.* Actor.13,1. *Erant in Eccleſia, quæ erat Antiochæ, Prophetæ & Doctores &c.* Rom.2,20. *Confidis te ipſum eſſe ducem cæterorum &c. eruditorem inſipientium, magiſtrum ſimplicium &c.* 1. Cor. 12, 28. 29. *Quosdam poſuit DEUS in Eccleſia, primo Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores &c.* Hebr.13,7.17. *Mementote Præpoſitorum veſtrorum &c. Obedite præpoſitis veſtris, ſubjacete eis: Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus &c.*]

66. Surgendum eſſe nocte media, & ſtudendum in Lege. col.404.

67. Admonitio ad ſtudium Divinæ Legis. col.378.

68. Diſcurſus prolixus de præmio ſtudentium in Lege, & de pœna acerbiſſima illorum, qui hoc caſu negligentes ſunt. col.399. & 400.

69. Loco Hoſ.14,10. *Rectæ viæ Domini &c.* per verba illa: *Juſti ambulabunt in eis*; intel-

intelliguntur, qui ſtudio Legis occupati ſunt: & per verba ſequentia; prævaricatores corruent in eis; intelliguntur, qui Legem negligunt. ibidem.

Sequuntur Loca quædam, propter analogiam ad hunc Titulum reducta.

1. De dicto illo Sapientum noſtrorum: Nullum reperiri benedictionem, niſi in rebus ab oculo ſemotis: & quæ ſit hujus ratio, vide col. 25. & col. 447. & 128. [Conf. Matt. 6,4.18. *Ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.*]

2. De uſu vocis פקידה ſub ſenſu viſitandi, quod nempe ſemper præſupponat actum aliquem [converſationis] præcedentem: vid. col. 277. [conf. Luc. 7,16. *Deus viſitavit plebem ſuam.* Luc. 19,44. *Quod non cognoveris tempus viſitationis tuæ.* Luc. 1,68. *Quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.*]

3. De dicto illo Sapientum: Si principium alicujus rei difficile eſt, bonum eſt pro rei ſucceſſu ſignum. Item de dicto alio: Juſtorum initia ærumnoſa ſunt, & finis tranquillus: Impiis autem contrarium accidit. vide col. 396. [conf. Luc. 16,25. *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.*]

4. De trito illo maledicendi genere: Hic vel iſte ſit expiatio mea: Vel, inveni expiationem. Vid. col. 397. [conf. 1. Cor. 4,13. *Tanquam purgamenta hujus mundi facti ſumus, omnium peripſema uſque adhuc.* Gal. 3,13. *Maledictus omnis qui pendet in ligno &c.*]

5. Quater in anno judicatur mundus; in feſto Paſchatis ſuper frugibus: In feſto Pentecoſtes ſuper fructibus arborum: in feſto novi Anni ſuper omnibus creaturis mundanis; & in feſto Scenopegiæ ſuper Aquâ. Hîc autem involvi reſpectum Abrahami, Jizchaci, Jacobi & Davidis. Col. 476. 477. 227. [conf. Matth. 7,2. *In quo judicio judicaveritis, judicabimini &c.* Joh. 12,31. *Nunc judicium eſt mundi hujus.*]

6. Id quod dicunt Sapientes noſtri, quædam creata eſſe inter ſoles veſperæ Sabbathi; ita eſt intelligendum: Creationis tempore hæc conſtituta eſſe in potentia, ut poſſent prodire in actum, requirente neceſſitate. col. 294.

7. Id quod dictum eſt: Neminem iter facere debere ſolum: Intelligendum eſt de Lege; ita ut qui ſine Lege eſt, ſolitarius dicatur. col. 488. [conf. Luc. 24,14. *Ipſi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant.*]

8. Ubi de ſtellis dicitur: Gen. 1,14. *Erunt in ſigna, & tempora, & dies, & annos:* Per ſigna, intelliguntur Sabbatha; quia de Sabbatho dicitur Exod. 31,13. *Quia iſtud ſignum eſt inter me & inter vos &c.* Per tempora, feſta; per dies, Neomeniæ; & per annos, Initium anni. col. 500.

9. Ubi dicitur: v. gr. Gen. 1,3. ויהי (connotato tempore tam præterito quoad ſenſum, quam futuro quoad literam) *& fuit*, intelligitur aliquid factum tam quoad mundum præſentem, quàm quoad mundum venturum. col. 83.

10. Diſci-

10. Diſcipuli Sapientum vocantur *Aves alatæ.* Gen.1, 21. *& Animæ viventes.* ib. col. 125.

11. Locus ille, ubi habitant impii, vocatur חרוב deſolatus. col. 275. [Matth. 12. v. 25. *Omne regnum in ſe diviſum, deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit.* Luc. 11., 17. *Omne regnum in ſe ipsũ diviſum, deſolabitur, & domus ſupra domũ cadit.* Matth. 23, 38. Luc. 13, 35. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Act. 1. 20. *Fiat commoratio ejus deſerta, & non ſit, qui habitet in ea.*

12. Idiotæ plebeji, qui dicuntur Populus terræ, intelliguntur per *beſtiæ agri* Gen. 1. v. 24. & *per volatile cœli* v. 26. col. 134.

13. Per agrum nil niſi uxor intelligitur. col. 176. & 188. [conf. Matth. 13, 24. *Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo.*]

14. Invenimus ſeptem nominibus vocari terram, quæ ſunt: (1.) ארץ (2.) אדמה (3.) איקא (4.) גיא (5.) נשיה (6.) ציה (7.) תבל. Et ſunt ſeptem Terræ regiones diſtinctæ, ſive climata: Et in quolibet climate creaturę (ſive homines) diverſi sũt. col. 180.

15. Ratio quædam memorabilis admodum, quare nullus Prophetarum vaticinatus ſit contra Regnum Edom, præter unicum Obadiam. col. 390.

16. Quomodo David dicere potuerit: Pſal. 27. v. 11. *Doce me Domine viam tuam.* Cum timorem ſuum Deus libero arbitrio hominum commiſerit, quamvis cætera omnia in manibus ſuis habeat. col.

17. Vox *Reminiſcendi* quandoque in bonam partem ſumitur, quandoque in malam: Et ſic quoque vox *Viſitandi*, ſicut dicitur Pſal. 78. v. 39. *& recordatus eſt, quod caro ſint.* col. 368. [conf. Ap. 16. v. 19. *Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum.* Luc. 1. v. 72. *Memorari teſtamenti ſui ſancti.*]

18. Iiſraëlitæ non metuunt nivem infernalem, juxta Prov. 31. v. 21. quia ibidem dicitur: *qua omnis domus ejus veſtita eſt* שנים. Ubi non legendum שָׁנִים coccino: ſed שְׁנִיִם duplicibus; & intelligitur Circumciſio & denudatio: item fimbriæ & phylacteria: (& paria ſimilia) col. 504. [confer 1. Joh. 5. v. 6. *Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem, Jeſus Chriſtus. Non in aqua ſolum, ſed & in ſanguine.*

19. In verbis illis Jer. 10. v. 7. *Quia in omnibus ſapientibus gentium* &c. per ſapientes gentium intelliguntur Turmæ & exercitus ſuperni. col. 34. [conf. 1. Cor. 3. v. 18. 19. *Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens: ſapientia enim hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum. Scriptum eſt enim: Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes ſapientum, quoniam vanæ ſunt.*

20. Gen. 1. v. 9. Cum dicitur: *Congregentur aquæ ſub cœlis ad locum unum:* Per *locum unum* intelliguntur Iiſraëlitæ, (in quibus congregari debet Lex.) col. 130. [conf. Ap. 16. v. 16. *Congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Harmageddon.* c. 20, 9. *Et aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circumierunt ſanctæ ſanctorum, & civitatem dilectam.*]

21. Per *Gramen & herbas* Gen. 1. v. 11. 12. intelliguntur Diſcipuli Sapientum. col. 132. [conf. Apoc. 8. verſ. 7. *Tertia pars arborum concremata eſt, & omne fœnum viride combuſtum eſt.* c. 9. v. 4. *Præceptum eſt locuſtis, ne laderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem.*

22. Quis ſit ſenſus Dicti illius Magiſtrorum noſtrorum bonæ memoriæ! Quam primùm infans loqui incipit, pater ejus cum ipſo loquatur linguâ ſanctâ. col. 219. [conf. 2. Tim. 3. v. 15. *Quia ab infantia ſacras literas noſti.*

23. Elegans explicatio Dicti illius: Deut. 4. v. 24. *Dominus Deus tuus eſt ignis conſumens.* Quo non obſtante Iſraëlitæ tamen eidem adhærent. col. 142. [conf. 1. Tim. 6. v. 16. *Lucem inhabitat inacceſſibilem.* Matt. 3. v. 11. *Ipſe vos baptizabit in Spiritu Sancto, & igne.* Luc. 3. v. 16. *Ipſe baptizabit vos igne,* Luc. 12. v. 49. *Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi ut accendatur?* Ebr. 12. v. 29. *Deus noſter ignis conſumens eſt.*]

24. Emanatio Sanctiſſimæ Divinitatis eleganter comparatur cum coloribus in lucerna apparentibus. col. 142. [conf. Matth. 25. v. 1. *Simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obviam ſponſo & ſponſæ.*]

25. Circa tempora Meſſiæ manifeſtabuntur omnes ſapientiæ ſpecies, etiam profundiſſimæ, vel ipſis quoque pueris. col. 290. [conf. Act. 2. v. 17. *Et erit in noviſſimis diebus, dicit Dominus: effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem; & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, &c.*

26. Dictum illud Talmudicum, quod nempe Deus dixerit ad Doctorem quendam: Si vis, deſtruam mundum: explicatur ex illo ſenſu, quod homo vocetur Microcoſmus. col. 154. [conf. Luc. 21. v. 25. *Et erunt ſigna in ſole, luna & ſtellis; & in terris preſſura gentium, &c.* & parallela ubi agitur de deſolatione Judææ ſub allegoria totius Mundi.]

27. Eccleſia Iſraëlitica (ſeu Gradus ille Divinitatis, qui regnum dicitur, & ad quem refertur Spiritus ſanctus,) denominationes accipit ſecundum operationes ſuas: ſi enim dominium habet in herbas, vocatur Roſa; ſi in arbores, Arbor fructifera dicitur. col. 166. [conf. Matth. 13. v. 32. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit, &c.* Luc. 13. v. 19. *Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, &c.*]

28. Interdum Deus appellatur nomine Tetragrammato, cum juſti in mundo multiplicantur: cum autem multiplicantur impii, vocatur nomine Elohim. col. 396.

29. Dicta illa Geneſ. 4. verſ. 17. ſq. de generatione Chanochi, Irad, Mechujaël, Methuſaël, &c. omnia intelligi poſſunt de prava concupiſcentia, ab illo ſcilicet tempore, quo eadem intravit in hominem, uſque ad diem illam, qua debitam ſuam accipiet mercedem. col. 169. [conf. Jac. 1. v. 14. 15. *Unusquisque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cùm conceperit, parit peccatum: peccatum verò, cùm conſummatum fuerit, generat mortem.*]

30. Quæ toties dicuntur de Iſaaco, quod ſeſe applicuerit ad Metrum Judicii, ea ſic intelligenda ſunt; quod per mundum propalaverit eſſe Judicium, & eſſe Judicem, qui ſalvare queat & judicare mundum. col. 214. & 241. [conf. 2. Tim. 4, 8. *Repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus Judex.* Jac. 5. v. 9. *Ut non judicemini: ecce Judex ante januam aſſiſtit.*]

31. Sicut dici ſolet: Qui auget ſcientiam, auget dolores: Ita plerumque quibus multum Sapientiæ largitur DEUS, illi eâdem ad peccandum abutuntur, quod declaratur exemplis Adami, Noæ, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Salomonis; ſolo Moſe excepto; & tem-

poribus

poribus Meſſianis. col. 220. [conf. 1. Cor. 8, 2. *Si quis ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat ſcire.* 1. Cor. 13, 2. *Et ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia & omnem ſcientiam, &c. charitatem autem non habuero, nihil ſum.* 1. Cor. 1. verſ. 24. 30. *Prædicamus vocatis Judæis & Græcis Chriſtum, Dei virtutem & ſapientiam. Chriſtus factus eſt nobis ſapientia, &c.* Eph. 1. v. 8. 17. *Gratia ejus ſuperabundavit in nobis in omni ſapientia & prudentia, &c.* v. 17. *Ut Deus det vobis Spiritum ſapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, &c.* c. 3. v. 10. *Ut innoteſcat principatibus & poteſtatibus, in cœleſtibus per Eccleſiam, multiformis Sapientia Dei, &c.* Jac. 1, 5. *Si quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo.* c. 3. v. 17. *Quæ deſurſum eſt Sapientia, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, &c.*

32. R. Jchudah veniens in locum quendam, ubi eidem Azyma mittebant, reſpondebat, ſe pretium pro iis ſoluturum: illisque mirantibus, dicebat: annon permittetis, ut id faciam per verba Legis? atque ſic fecit. col. 247. [conf. Rom. 15. v. 27. Debitores ſunt eorum: nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis. 1. Cor. 9. v. 11. *Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus.*]

33. Dictum illud Cant. 8. v. 8. *Soror nobis parvula*: explicatur de Iiſraëlitis, qui propterea dicuntur ſoror Sancti illius, qui benedictus ſit! quia ſicut ſoror & frater reſpectu hoc privari nequeunt in æternum, ita nec illi à Deo ſeparantur. col. 285. [conf. Matt. 12. v. 50. *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.*]

34. Ad locum Ex. 3. v. 5. *Solve calceamenta tua de pedibus tuis*: dicitur: Uxorem hominis vocari pedes ejus. col. 285.

35. Ratio, quare Uxor dicatur, *ſicut vitis fructificans.* Pſal. 128. v. 3. col. 288.

36. Ubicunque dicitur וַיְהִי *& factum eſt*, (ut Geneſ. 22. verſ. 1. quamvis non dicatur וַיְהִי בִּימֵי *& factum eſt in diebus* (ut Gen. 14. v. 1. Ruth. 1. v. 1.) ſemper narratio alicujus ærumnæ vel tribulationis inſeritur. col. 292.

37. Dictum illud Pſal. 92. v. 13. *Juſtus ut palma viret*; ſic explicatur: quod ſicut palma ſemel exciſa, non iterum progerminet niſi multo tempore elapſo; ita & mortuo juſto quodam, non ſuccedat alius ipſi ſimilis, niſi poſt multa temporum intervalla. col. 231.

38. De petenda licentia, quoties quis aliquid è Scriptura ſacra proponere cupit. col. 294. 257.

39. De Cantico Canticorum, & excellentia Sanctitatis ejus. col. 260.

40 Litera טֵת Thet (è voce טוֹב bonum) à dextris homini adſtat, & ab illa oriuntur dies fauſti: ſed litera רֵי (è voce רַע malum) à ſiniſtris adeſt eidem, & ab illa procedunt dies infauſti, qui circundant hominem propter peccata ejus, quæ committit. col. 450.

41. Ubicunque in Scriptura adhibetur vocula אֵלֶּה myſterium partis adverſæ (malignorum ſpirituum) involvitur. col. 482.

42. Locus ille Cant. 8, 6. *Pone me ut ſignaculum &c.* exponitur de Iiſraelitis, qui ita dicant ad Dominum illum benedictum: quia ſigillum ſemel applicitum, quamvis dein-

de tollatur, attamen vestigium sui ibidem relinquit. col. 515. [confer 2. Tim 2. v. 19. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt ejus.*]

43. De dicto illo Sapientum n. b. m! Deum confestim è modio tollere peccata. col. 485. [conf. Marc. 1. v. 31. *Accedens elevavit eam apprehensâ manu ejus, & continuò dimisit eam febris.*]

44. Lex vocatur תּוֹר turtur; זֶה, hoc, item זֹאת hæc: quorum omnium numerus æqualis est, juxta numerum parvum (qui est ternarius,) col. 480.

45. Ubicunque dicitur, לְדָוִד מַשְׂכִּיל *Davidi erudiens:* ut Ps. 32. v. 1. vel Psalmus & similia, subintelligendum, Spiritum sanctum id dixisse. col. 504. [conf. Act. 1. v. 16. *Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus S. per os David, &c.* Act. 2. v. 31. *David Propheta, providens locutus est de Resurrectione Christi.*]

46. Ubicunque in Lege scribitur זֹאת sine vav, id ob peccatum quoddam fieri intelligendum est. col. 68.

47. Phrasis יצירה id est, formandi, sensum habet congregandi: sicut dicitur Gen. 2. v. 19. *Et formavit Deus*) i. e. & congregavit) *è terra omnem bestiam agri, & omne volatile cœli, & adduxit ad hominem.* col. 125.

48. Dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ, Deum creasse mundos, eosdemque rursus destruxisse: explicatur de populis illis, qui non observant præcepta Legis, qui relicti sunt desolati & aridi. col. 129. [Matth. 23. v. 38. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.*]

49. Quæ sit differentia inter רָשָׁע impius: & רַע malus: & quod Malus dicatur mastrupator, qui polluit seipsum & polluit terram &c. Impius autem qui elevata manu peccat. col. 182.

50. Quod Doctor intelligatur per mare: & Discipuli ejus per fluvios. col. 203. [confer Apoc. 16. v. 3. *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima vivens mortua est in mari.*]

51. Dictum illud Prov. 31. v. 23. *Notus* בַּשְּׁעָרִים *in portis maritus ejus:* explicatur per phrasin æstimandi: quasi Deus in tantum cuivis innotescat & adhæreat, in quantum ab eo æstimatur in corde suo. (ut sensus sit: Notus ab æstimatoribus Dominus.) col. 271.

52. Dictum illud: Gen. 1. v. 21. *Et creavit Deus cetos magnos*; exponitur de Jacobo & Esavo. col. 327.

53. Lingua sancta adjutorium est, ad perficienda quæ fiunt, & quæ dicuntur. col. 219. & 220.

54. E dicto illo Gen. 11. v. 6. (*Et omnibus est labium unum, & hoc incipere eorum ad faciendum &c.* & v. 7. *& confundamus labium eorum:*) patet, quod omnia dependeant à sermone hominum. col. 221.

55. Phrasis *Exeundi*; dicitur de eo, qui penitus transfert domicilium suum è loco priori fixo; phrasis *eundi* autem, dicitur de eo, qui proficiscitur, quocunque vult. col. 223. & col. 226.

56. Quicunque in somnio videt fluvium, pacem & tranquillitatem nanciscetur: sicut dicitur Jes. 66. v. 21. *Ecce ego declino ad eam tanquam fluvium, pacem.* col. 432.

57. E loco illo Cant. 2. v. 17. *donec aſpiret dies, & fugiant umbræ:* monentur homines, mundum hunc fugacem eſſe & vix uno oculi ictu durare. col. 261.

58. Dictum illud Cant. 3. v. 6. *Quæ iſta aſcendens è deſerto ſicut columnæ fumi.* pulchrè explicatur. col. 301.

59. Dictum illud Eccleſ. 9. v. 10. *Omne quod invenerit manus tua ad faciendum, in virtute tua fac:* non ſumendum eſt in malam partem. Non enim hoc ipſo habenæ laxantur nobis. col. 417.

60. Locus ille Nahum. 1. v. 12. *Num pacifici? & certè multi &c.* eleganter explicatur. col. 444.

61. Nemo tanta mercede beabitur in mundo venturo, ac ille, qui omnibus viribus id urget ut cognoſcat myſteria Legis: deque hujus excellentia videatur. col. 310. [conf. Matth. 11. v. 12. *A diebus Johannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*]

62. Qui contemplatur id quod didicit à Magiſtro ſuo; & contemplatur Magiſtrum ipſum in eodem ſtudii genere, ille plus proficere poteſt in ſapientia illa. col. 428. [conf. Hebr. 12. v. 2. *Adſpicientes in autorem fidei & conſummatorem Jeſum &c.*]

63. Vox זַעַם exacerbatio ſeu ira aliquando etiam ſumitur de benedictione & in bonam partem col. 451. Ubi dicitur: duas eſſe iras, alteram ſub benedictionis genere comprehenſam, & alteram ſub genere maledictionis. col. 415. Et exempli loco allegatur Iſaac, è quo prodierunt Jaacob & Eſav; quorum alter erat benedictio, & alter maledictio. [Joh. 11. v. 33. *Jeſus, ut vidit eam plorantem &c. infremuit ſpiritu & turbavit ſeipſum. &* v. 38. *Jeſus rurſum fremens in ſemetipſo, venit &c.* Actor. 17. v. 16. *Incitabatur Spiritus Pauli in ipſo, videns Idololatriæ deditam civitatem.* Hebr. 10. v. 24. *Et conſideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum.*]

64. Sicut homo in varia dividitur membra atque articulos, certis gradibus ſibi invicem innexos & ſupra ſe invicem elevatos; è quibus omnibus tamen exurgit unum corpus: Sic quoque omnia creata, quæ in mundis ſunt, membra ſunt ſupra ſeſe invicem diſpoſita, & quando omnia debito ordine conſiderantur, unum ſunt corpus. Ad inſtar Legis, quæ in varios etiam articulos diſtributa, & unum tamen corpus eſt. col. 319. Et in Exodum col. 287. & 252. [conf. Rom. 12. v. 4. 5. *Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto; ſinguli autem alter alterius membra.* 1. Cor. 10. v. 17. *Unus panis, & unum corpus multi ſumus: nam omnes de uno pane participamus.* 1. Cor. 12. v. 12. *Sicut corpus unum eſt, & membra habet multa; omnia autem membra corporis unius cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus.*]

LUMEN LEGIS.

è dictis in

EXODUM.

1. Encomium Legis, & excellentia illius, qui in ea ſtudet à mediâ nocte & ulterius. col. 79.

2. Adhortatio ad studium Legis, eò quod Adversarii dentur Supra & infra. col. 97.

3. Cum Jisraëlitæ operam dant Legis studio, infringitur robur Idololatrarum; nihilque tam est robustum, quod istos æquè retundat ac studium hoc: unde Lex etiam vocatur Robur. Col. 102.

4. Sanctus ille benedictus filum aliquod Gratiæ è luce illa occultata in illos derivat, qui in Lege student nocturno tempore. col. 265.

5. Nemo mortalium perfecte vocari potest nomine אדם seu hominis, nisi cum studio Legis incumbit. col. 153.

6. Nihil dicitur mundi nomine, nisi illi, qui studium Legis amplectuntur: Plebeji autem vocantur bruta. col. 159.

7. Furari scientiam Magistri sui in Lege, licitum est. col. 166.

8. Omnia occulta quadantenus adumbrantur in Lege, & deinde magis paulò revelantur, donec tandem plenè in lucem prodeant: quæ quidem à prudentibus conspiciuntur; à stultis autem negliguntur, quia occultantur aliis narrationibus. col. 176. Ubi & simile de his proponitur. col. 177. [conf. 1. Cor. 10. v. 11. *Hæc omnia in figura contingebant ipsis: Scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines seculorum devenerunt.*]

9. Cum homines in Lege student, Sanctus ille benedictus totam suam Aulam convocatam sic alloquitur: En vobis populum istum sanctum, quem in mundo creavi. col. 277. [conf. Luc. 15. v. 7. *Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlis super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.* v. 10. *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.*]

10. Non est studendum in Lege tempore pomeridiano diei Sabbathi; in memoriam, quod circa hoc tempus mortuus sit Moses Magister super quo pax! & idcircò Lex ibidem finitur. col. 278.

11. Quantum boni reconditum sit pro eo, qui surgit media nocte, ut in Lege studeat, & preces fundat: quodque iste mercedem accipiat cum Justis qui in Paradiso. col. 307.

12. Admonitio seria ad studium Legis: quia qui in bello Legis præliatur, pacem in mundo multiplicat. col. 98.

13. Qui nocte media surgit, ut in Lege studeat, vocatur Filius Sancti illius benedicti: & quicunque id præstare desiderat, is certò poterit, & nihil eum impedire valebit. col. 116.

14. Adhortatio strenua ad studium Legis. col. 238.

15. Illa hora, quâ Jisraëlitæ occupantur studio Legis, gaudium magnum exoritur coram Sancto illo, qui benedictus sit. col. 277.

16. Dictum illud Eccl. 7. v. 20. *Sapientia roborabit Sapientem*: explicatur de illis, qui amplexantur studium Legis; ubi hæc eosdem defendit ab omni malo. col. 278. [confer. Ephes. 6. v. 10. *Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus.*]

17. Cum

17. Cum illi, qui in Legis ſtudio verſantur, multis cibis ſupernis è ſupremo omnium loco nutriantur, quæritur, quare iidem debiliores ſint, cæteris hominibus? Rationem invenies. col. 108 & 109. [conf. 1. Tim. 5. v. 23. *Noli adhuc aquam bibere; ſed modicô vinô utere, propter ſtomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.*]

18. Cum homines in ſtudio Legis negligentes ſunt, Vis ſuperna, ſi ita dicere fas eſſet, debilitatur: Unde cæteri diſcipuli ſapientum alacriter inſtigandi ſunt, ut curſum ſuum ferventiſſimè proſequantur. col. 277. [conf. Matth. 13, 58. *Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem eorum.*]

19. Increpatio vehemens & exclamatio acerbiſſima contra Creaturas (i. e. homines) qui non auſcultant, ut Legis ſtudio delectarentur, & cultum DEI ſanctiſſimi benedicti proſequerentur. col. 308.

20. Nocte media ſurgat homo & in Lege ſtudeat, usque ad lucem dici, ac deinde in Synagogam eat. col. 52.

21. Qui ſocium ſuum non informat in Lege, idem facit, ac ſi idolum ex illo faceret, quia hic tandem in omnes impietatis gradus proruit & præcepta Legis transgreditur. Plebejus enim ſuſpectus eſt de delictis omnibus. col. 165.

22. De præmio illius, qui in ſtudio Legis ſeſe exercet nocte media. fol. 25. col. 100.

23. Prohibitum eſt Ethnicum informare in Lege. col. 197.

24. Inſignis adhortatio ut homines ſemper occupentur ſtudio Legis. col. 218.

25. Encomium Legis & præmium illius: nec non admonitio ad ſtudium ejusdem. col. 57.

26. Sexcentas & tredecim Conſilii ſpecies Lex præbet hominibus, ne à Legis tramite deflectant. col. 147. & fol. 37. col. 3.

27. Lex data eſt per Ignem & per tenebras; quo docemur, eum, qui illius ſtudium amplectitur, defendi ab igne & tenebris infernalibus. f. 149. [conf. Matth. 8. v. 12. *Filii regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium.* Matth. 22. v. 13. *Ligatis pedibus & manibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium.*

28. Qui in hoc mundo ad hunc gradum aſcendere meretur, ut ſtatis temporibus in Lege ſtudeat, is hoc ê veræ fidei propoſito & in DEI honorem faciat. col. 399.

29. Is qui à Lege non ſeparatur, duplicem accipere meretur vitam, hujus nempè mundi, & mundi venturi. Et quid è contrario accidat ei, qui non obedit, ut in ea ſtudeat. col. 154.

30. Quilibet monetur, ne ex ore ſuo proferat verbum aliquod è Lege, quod non intelligat, vel quod non acceperit à Magiſtro ſuo. Quia ſcriptum eſt: Exod. 20. v. 4. *Non facies tibi ſculptile* &c. col. 155.

31. Quodlibet præceptum quod homo implet in hoc mundo, fit radius, qui ipſum illuminabit in mundo venturo: Lex ipſa autem eidem fit Lux, radium illum emittens. col. 293.

32. Lex homini manifeſtatur pedetentim, flectitque animum ejus ad amorem variarum

riarum ſui expoſitionum, donec evadat in hominem magnum atque inſignem: quod illuſtratur per ſimile de ſponſo & ſponſa. col.177.

33. Prohibitum eſt è libris alienis, qui non tractant de Lege vel rem minimam, diſcere, multò minus talia, per quæ Lex explicari debeat.col.218.

34. Legem intuitus eſt Deus ſanctiſſimus benedictus, cum conditurus eſſet mundum; & illa fuit architecta ejusdem. col.284.

35. Encomium Legis: quodque is qui in Lege ſtudet, idem faciat, ac ſi mundum de novo conderet. Cujus ratio traditur.col.284. [conf. 2. Cor. 5, 17. *Si quis in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt: ecce facta ſunt omnia nova.* 2.Cor.6.v.15. *Quæ autem conventio Chriſto ad Belial?* Eph.2.v.10. *Ipſius ſumus factura, creati in Chriſto Jeſu ad opera bona &c.* Eph.4.v.24. *Induite novum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt.*]

36. Encomium illius, qui in Lege ſtudet; & multò magis illius, qui ejusdem præcepta obſervat. col.293. [conf. Luc.11.v.28. *Aſſumſit Petrum, & Jacobum & Johannem: & aſcendit in montem, ut cum illis oraret.*]

37. Encomium illius qui Legis ſtudio detinetur, quodque Is eripiatur è triplici judicio in mundo hoc; & è judicio angeli mortis; & è judicio inferni. col.350. [conf. Joh. 5.v.24. *Qui verbum meum audit &c. habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſiit à morte in vitam.*]

38. Encomium & excellentia illius, qui Legis ſtudium amplectitur.col.391.

39. Quanta pœna maneat illum, qui cum applicari queat ad nexum verborum Legis, & illum negligit. col.444.

40. De excellentia illius qui nocturno tempore invigilat ſtudio Legis; & quomodo hæc ab eo accipiatur per animal quoddam, quod appellatur פִּיד i. e. fulgur. col.441. [conf. Matth.28.v.3. *Erat autem aſpectus ejus, ſicut fulgur.* Apoc.4.v.5. *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua &c.*]

41. Dantur præfecti quidam (Angeli ſcilicet;) qui obſervant illos, qui occupati ſunt ſtudio Legis,& inter iſtos ſeſe immiſcent,ut ſimul ſtudeant in Lege.col.449. [conf. 1.Pet.1.v.12. *Quibus revelatum eſt, quia non ſemetipſis, ſed nobis miniſtrabant ea &c.*]

42. Dantur præfecti quidam, qui per præconium exclamant horrendas quasdam maledictiones ſuper illum, qui filium ſuum abſtinet à ſtudio Legis. col.459. Ubi etiam agitur de præmio habitus, prodeuntis ab ore infantum è Schola. [conf. Matth. 21. v. 15. *Videntes principes ſacerdotum & pueros clamantes in templo, & dicentes Hoſanna, &c.*]

43. Triginta duo Præfecti dantur illorum, qui Legis ſtudio occupantur continuò; nec ceſſant ſive noctu ſive interdiu. Et alii ſunt Præfecti illorum, qui ſtatis temporibus in Lege ſtudent. Et ſi præfecti puniunt omnes eos, qui in Lege ſtudere poſſunt, nec id tamen faciunt. col.460. [conf. Luc. 2. v. 37. *Hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo, jejuniis & obſecrationibus ſerviens die ac nocte.*]

44. De præmio illius, qui in lege ſtudet, & unire poteſt Nomen Sancti illius benedicti. col.460.

45. De pœna illorum graviſſima, qui cavillantur verba Legis & Sapientum. col. 475.

Sequun-

Sequuntur loca quædam propter analogiam ad hunc Titulum reducta.

1. Ubicunque reperitur נער juvencula ſine ה intelligitur virgo, antequam cognoverit virum. Sed נערה dicitur eodem ſenſu, juvencula, quæ virum jam admiſit. col. 68. & col. 406.

2. Sanctus ille, qui benedictus ſit, Iſraëlitas vocavit Regnum ſacerdotale: imò eousque eosdem amavit, ut eos vocet Populum ſanctum & gentem ſanctam, & viros ſanctos. col. 213. [conf. 1. Pet. 2. v. 5. *Ipſi tanquam lapides vivi ſuper ædificamini, domus ſpiritualis, in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, &c.* v. 9. *Vos genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.* Ap. 1. v. 6. *Fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo & patri ſuo.* Ap. 5. v. 10. *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.*]

3. Ubicunque reperitur אורח ſemita, ibi intelligitur via quædam noviter facta, דרך autem denotat viam à multo jam tempore factam. col. 388.

4. Locus ille Jeſch. 21. v. 12. *Dixit cuſtos: Venit mane, & etiam nox.* &c. egregiè & prolixè explicatur de exilio Iſraëlitarum, interrogantium quaſi Deum; & quaſi idem reſponderet. col. 231.

5. Locus ille, Cant. 2. v. 17. *Donec aſpiraverit dies*, &c. explicatur de redemptione ultima. col. 59.

6. Quandoque Sanctus ille benedictus vocatur תורה Lex, item עץ Arbor. col. 106.

7. Quandoque idem quoque vocatur לב cor: ſicut dicitur Iſ. 73. v. 26. *Petra; cor meum.* col. 226.

8. Tres inſignes Moyſi occurrerunt difficultates, juxta literas Nominis ejus משה: nimirum circa מנורה Candelabrum in tabernaculo fabre faciendum: circa שקלים ſeu Siclos, quos Iiſraëlitæ contribuere debebant: & circa החדש ſeu menſem, quinam ſcilicet ſanctificandus eſſet in menſem primum. col. 281.

9. De excellentiâ Cantici Canticorum videatur. col. 255.

10. Vox עם ſeu populus denotat tales, qui confregerint corda ſua pro cultu divino: cùm enim dicitur Deut. 27. v. 9. *hacdie* נהיית *factus es in populum*: vox illa נהיית habet ſenſum confringendi. col. 283.

11. Quare pupilla vocetur filia oculi? col. 365.

12. Non facienda eſt diſtinctio inter ſectiones, imò ne quidem inter ſingulas voces, ubi non diſtinxit Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax! col. 364.

13. Cum Deus interrogare dicitur: Quis habet dominium in me? & reſpondetur: Juſtus: quia Deus decernit decretum aliquod, & iſte idem infringit. Id non ita intelligendum, quaſi hic reluctari queat Domino. col. 361.

14. Explicatio dicti illius Sapientum noſtrorum bonæ memoriæ! Ipſe, tanquam princeps coram Rege; & Ego tanquam ſervus, habetur col. 24.

15. Juſti vocantur Reliquiæ populi. col. 95.

16. Iidem vocantur, Vaſa; Vaſa Domini. col. 390.

17. Explicatio dicti illius Sapientum noſtrûm bonæ memoriæ! Inter Iſraëlitas Propheta talis non ſurrexit, ſed inter Gentiles ſurrexit: Quis autem ille? Bileam. col. 37. & 322. Ubi ſenſus dicitur eſſe talis: quod ſicut ex parte Sanctitatis nemo ſit ſuperior Moſe; ſic ex parte impuritatis nemo fuerit ſuperior Bileamo.

18. Juſti & Pii, qui in hac vel illa ætate vivunt, vocantur Facies Gloriæ cohabitantis; quia Gloria cohabitans propter illos præſens eſt. col. 288. [conf. 2. Cor. 4. v. 6. *Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Jeſu Chriſti.*]

19. Sanctus ille, qui benedictus ſit, vocatur Domus: ſicut dicitur: Num. 12. v. 7. *in omni domo mea fidelis eſt.* Item Jeſch. 56. v. 5. *& dabo eis in domo mea & in muris meis, manum & nomen, &c.* col. 160.

20. Quæ ſit ratio dicti illius Sapientum noſtrorum, bonæ memoriæ! Quicunque in Lege tantùm ſtudet, (& eam nõ obſervat) is ſimilis eſt ei, qui nullũ habet Deum. col. 208.

21. Ubicunque occurrit vocula אלה, iſti, illi; ibi innuitur genus adverſum. col. 424.

22. Quare dixerint Sapientes noſtri bonæ memoriæ: Haud licitum eſſe viro, in ſpeculo ſe intueri. col. 483.

23. Ubicunque occurrit Vox דרך via, intelligitur via publica & lata: ſed ubi occurrit נתיב ſemita, intelligitur trames minor. col. 95. [conf. Matth. 3. v. 3. *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus.*]

24. Cùm dicitur 2. Reg. 4. v. 9. *Novi, quod Vir DEI, ſanctus eſt:* quæritur, unde illa hoc ſciverit? Nimirum, cùm ille mane ſurgeret, de lecto ejus aſcendebat odor ſuavis, ſicut odor Paradiſi: cum ſurgentibus aliis hominibus odor fœtidus aſcendat. col. 76.

25. Explicatio dicti illius Pſal. 33. v. 18. *Ecce oculus Domini ad timentes eũ.* Cùm tamẽ multos reperiamus juſtos, qui ne quidẽ tantum cibi habent, quantum corvus. col. 404.

26. Cùm dicitur קדש ſine vav, ſublimius quid intelligitur in ſanctitate, quàm קדוש ſanctus. col. 213.

27. Sanctus ille benedictus aſſimilatur Cervæ & capreæ, quia hæ, quamvis procul abeant è loco quodam, mox tamen revertuntur in locum ſuum: quod idem etiam facit Sanctus ille, qui benedictus ſit. col. 245.

28. Cum Sanctus ille benedictus Decalogum promulgaret Iiſraëlitis, ad præcepta ſingula iſtos interrogabat, utrum hoc veliſtud in ſe ſuſcipere vellent, an minùs? cum annexis pœnis & promiſſis. col. 260.

29. Ubicunque viri & mulieris ſimul fit mentio, ambo maſculino genere notantur: & omne quod accidentaliter ineſt alteri, nomine principalis appellatur. col. 263.

30. Cùm dicitur Pſ. 127. v. 1. *Niſi Dominus cuſtodiverit civitatem, &c.* intelligitur Halitus, qui prodit ex ore puerorum in Schola Magiſtri ſui diſcentium: è quo deinde formatur vox, & extenditur per mundum. Et ipſi ſunt cuſtodes mundi. col. 69.

31. Lex tradita eſt menſe tertio, cui præſunt in Zodaico Gemini; in quibus os reperitur atque lingua; quo docemur, hominem in Lege ſtudere debere die ac nocte, juxta Pſ. 1. v. 2. Joh. 1. v. 8 col. 139.

32. Ubi-

32. Ubicunque dicitur וַיְהִי & factum eſt: quamvis non addatur בְּיוֹם in diebus &c. aliquid miſeriæ connotatur. col. 249.

33. Cùm dicitur Deut. 6. v. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota vehementia tua*: unum non eſt ſeparandum ab altero; quia non dicitur, vel ex tota anima tua, &c. col. 286.

34. Mundus Creativus ſubtilis eſt admodum: Formativus non uſque adeò: Factivus autem craſſiſſimus omnium. col. 330.

35. Cùm Puncta & accentus denotent myſteria ſublimia; quæritur, quare myſteriis iſtis careat Liber Legis. col. 368.

36. Eden ſive Paradiſus terreſtris, unde prodiit Fluvius ad irrigandum hortum propter Eden ſive Paradiſum ſupremum atque ſanctum occultatus & reconditus eſt: ſi enim revelandus fuiſſet locus Paradiſi inferioris, revelandus etiam fuiſſet locus Paradiſi ſuperni atque ſancti. col. 377.

37. Locus ille ubi de Elia dicitur 1. Reg. 17. v. 9. *Ecce præcepi ibi mulieri viduæ ad alendum te*: ſic intelligendus eſt, ut decretum hoc jam factum eſſe ſupponatur à DEO, antequam Elias veniſſet in mundum. Quod notandum & de Præcepto corvis dato, ibid. v. 4. col. 397. & 348.

38. Cùm duæ quædam res occurrunt, quarum altera occulta & altera manifeſta eſt, ambæ appellantur juxta nomen rei manifeſtæ: ſicut exempli gratia, Pectorale & Ephod ſive Thorax Sacerdotis magni, ambo vocantur Ephod ſive thoracis nomine; ita ut nominato thorace, Pectorale etiam ſubintelligatur. Sic nomen Adonai manifeſtum eſt, & Tetragrammaton occultum, unde hoc per Nomen Adonai legitur. col. 413.

39. Si Benedictio non quieſcit ſuper re numerata, (prout dici ſolet:) quæritur quare ergò omnia & ſingula numerata ſint apud tabernaculum divinum; & ſic quoque decimæ? col. 403.

40. Opus tabernaculi & ſanctuarii conſummatum eſt per ſe ipſum: & ſic quoque opus cœli & terræ; quia ſcriptum eſt: Gen. 2. v. 1. *Et perfecti ſunt &c.* nempe per te. Et quamvis ſcriptum ſit ibid. v. 2. *& perfecit Deus in die ſeptimo, &c.* hoc tamen ſic intelligendum, quod adveniente Sabbatho, hoc ipſo perfectum fuerit totum opificium cœlorum & terræ. col. 399.

41. Quæritur quare Deus præceperit Abrahamo, ut ligaret Jizchak filium ſuum; & nō ipſi Jizchako, ut ſeſe ligaret? Ratio hæc eſt, quia niſi Abraham (id eſt, Gratia,) ligaſſet Iſaacum (id eſt, judicium ſeveriſſimum) nihil de Jiſraële manſiſſet ſuperſtes. col. 462.

42. Qua draginta & novem literæ ſunt in Nominibus Tribuum Jiſraëliticarum. col. 25.

43. Ex eo quod dicitur: Ex. 19. v. 3. *Et Moſcheh aſcendit ad Deum, & vocavit eum Dominus*: diſcimus; quod verum ſit illud; qui initium facit ut purificetur, hunc adjuvant. col. 460. [conf. Matth. 9. v. 22. *Confide filia, fides tua ſalvam te fecit.* Marc. 9. v. 24. *Credo Domine, adjuva infirmitatem meam.*]

44. De loco Deut. 26. v. 3. *Annunciavi hodie Domino Deo tuo, &c.* ubi dicendum videtur: Deo noſtro. Vid. col. 141.

45. Quæ venia petenda ſit, ſi quis coram majoribus quædam diſſerere velit. col. 170.

46. Illa hora, quâ Pueri abeunt in domum ſtudiorum, & in domum precum, Deus aſſumit animam illam, eâque delectatur, eique dat munera varia. col. 175.

47. Juxta locum illum Ieſch. 54. v. 13. *Et univerſi filii tui erunt docti Domini*: dicitur, quod Deus virtutem largiatur pueris ut ſtudeant in Lege; quod niſi foret, illi ſtudium hoc ſuſtinere non poſſent. col. 300.

48. De eo, quod dicitur: Rem adeò eſſe difficilem, atque Deo erat fiſſio Maris rubri: quæritur; an ergo fiſſio maris rubri difficilis dici queat Sancto illi benedicto? col. 301.

49. Ubi Deut. 6. v. 5. dicitur: *de toto corde tuo*: intelligitur utraque concupiſcentia, tam bona, quam mala. Fatendum enim homini eſt, quid acceperit de parte boni & de parte mali. col. col. 307.

50. Qui novit univerſale, & non etiam particularia illa, quæ ex univerſali iſto fluunt, ſimilis eſt ei, qui triticum ſeminat, & illud comedit prout crevit. col. 312.

51. Locus ille Jeſch. 66. v. 5. *Dixerunt fratres veſtri, odio habentes vos, abominantes vos propter nomen meum, &c.* intelligendus eſt de opprobriis illis & contumeliis, quibus populi mundani nos conviciantur. col. 329.

52. Omne opus, quod noviter in mundo producitur, à Deo jam conſtitutum eſt (in potentia) intra ſextiduum creationis. col. 348.

LUMEN LEGIS

è dictis in

LEVITICUM.

1. Dicta Sapientum noſtrorum nullo ſanè caſu in dubium vocanda: ne hiſtoria quidem R. Nehoræi, qui ſubmerſus in mari, per miraculum ſalvatus, & certis quibusdam viis deductus eſt in ima Maris profunda, & pervenit in habitationem quandam &c. col. 15.

2. Non prius vaſtata Hieroſolyma, niſi poſtquam neglexerunt Legem. col. 37.

3. Quicunque non amplectitur ſtudium Legis, non ſit particeps Mentis, nec ſpiritus, ſed Pſychen tantùm accipit: & ſupplicium ejus eſt maximum. col. 41.

4. Idem prolixiùs diducitur. col. 126.

5. Encomium illius, qui occupatus eſt ſtudio Legis. col. 31. & 37.

6. De præmio illius, qui pertigit ad gradum Magiſterii, & informat ſecundùm tradita. Et de pœna illius, qui gradum informandi non attigit, & tamen informat. col. 154.

7. In lucerna tres ſunt colores ignis; albus nimirum, niger, & cœruleus; quibus ſimiles ſunt Lex, Prophetæ, & Hagiographa. Lex enim vocatur Lucerna, & lumen. col. 56. [conf. Luc. 24. v. 44. *Neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in Lege Moyſis, & Prophetis, & Pſalmis de me.*]

8. Encomium & præmium illorum, qui occupantur ſtudio Legis; quodque hi ſublimiores ſint, quàm Propheta mundi. col. 60.

9. Qui-

9. Quicunque amplectitur ſtudium Legis non opus habet victimis & holocauſtis, quia Lex ſublimior his omnibus.col.60. [conf.Hebr.10.v.14.*Unâ oblatione conſummavit in ſempiternum ſanctificatos.*]

10. Qua ratione Lex oblivioni tradenda ſit donec veniat Rex Meſchiach.col.103.

11. Quicunque diligit Sanctum illum, qui benedictus ſit! vero amore cordis ſui, tenetur media nocte ſurgere ut in Lege ſtudeat: & magna eſt merces ejus.col.119.

12. Quanta ſit gloria & quam inſigne ſit præmium ejus, qui continuò ſtudio Legis detinetur.col.123.

13. Prohibitum eſt in Lege informare talem, qui non habet characterem ſanctum, & quanta ſit illius pœna. col.130.131.132.

14. De laude atque præmio illorum, qui in Lege ſtudent, prolixè agitur & varia narrantur.col.136.

15. Si homines intuerentur ea, quæ ſcripta ſunt in Lege, non peccarent. col.142.

16. Encomium Legis inſigne; quodque cum eo, qui non ſtudet in Lege nullum habendum ſit commercium, nec approximandum ſit eidem. col.144. [conf. 2.Tim.3.6. *Hos devita: ſunt enim ex his, qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis &c.* Rom.16.17. *Obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis.* 1.Cor.5.11. *Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri: Si is qui frater nominatur, eſt fornicator, aut avarus, aut idolis ſerviens, &c. cum hujusmodi ne cibum ſumere.* Tit.3.10. *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita.*]

17. Encomium Legis, ſimile aliud; quodque eadem æquipolleat omnibus ſacrificiis; & quod ipſa nequeat pollui, quia homo per eam purificatur.col.146. [conf.Matth. 9.v.13. *Euntes diſcite, quid ſit: Miſericordiam volo; & non ſacrificium.* Actor.15.v.9. *Fide purificans corda eorum.*]

18. Surgendum eſſe nocte media & ſtudendum in Lege. col.146.

19. In quo non eſt Lex, in illo non eſt honor.col.148.

20. Si magno quis tenetur deſiderio ſtudendi in Lege, & neminem tamen invenit, qui ipſum doceat; ipſe tamen præ nimio amore hoc ſtudium aggreditur ipſe, & hinc inde balbutit; illius ſingula verba aſcendunt ante Sanctum illum benedictum; &c. qui magnas exinde plantat arbores, quæ vocantur Salices rivi. col.155. [conf.Act.8.31. *Quomodo poſſum (intelligere,) ſi non aliquis oſtenderit mihi?*]

21. Quicunque conatur cognoſcere myſteria Legis, & tamen improbus eſt; circa illum multi ſunt angeli perditionis &c. qui cogitationes ejus confundunt, ne ingrediatur in id, quod ſuum non eſt. Qui verò probus eſt, & hoc ſtudium amplecti deſiderat, de eo omnes benè loquuntur, eumque introducunt.col.165.

22. Quicunq; ſtudet in Lege, idem facit ac ſi ſtuderet circa Nomen ſanctum: & quicunque ſeſe à Lege ſeparat, is procul abit ab ipſo DEO ſanctiſſimo benedicto! col.170.

23. Quantum ſit præmium & quanta ſit excellentia illius, qui media nocte ſurgit, ut diſcat in Lege. col.171.

24. Doctores & studiosi Legis vocantur domus, sive prædia urbana intra muros extructa: & qui non sunt studiosi Legis vocantur domus sive prædia rustica. col.210.

25. Claritas & perspicuitas Legis nocturno tempore major est, quam diurno. col.39.

26. Beatus ille, qui amplectitur Legem: sed Væ illi, qui Legem non amplectitur. col.41.

27. Prohibitum est in Lege informare Gentilem; & quamvis factus sit proselytus, attamen nisi observet præcepta Legis, habendus adhuc est pro ethnico; & vetitum est, eundem docere verba Legis. col.130. col.131.132. In specie autem col.170. dicitur: eum qui verba Legis tradit homini non proselyto, fallificare Legem & Prophetas & Hagiographa. [conf. Matth.10. v.5. *Ad duritiem cordis vestri, scripsit vobis præceptum illud.* Actor.10. v.45. *Et stupuerunt ex circumcisione fideles, quia & in gentes gratia Spiritus Sancti effusa est.* Actor.11. v.3. *Quare introisti ad viros præputium habentes & manducasti cum illis.* v.18. *Glorificaverunt Deum, dicentes: Ergò & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.*]

28. Dictum illud Deut.29.v.29. *Abscondita Domino Deo nostro, & revelata nobis & filiis nostris* &c. sic explicatur, ut per abscondita intelligatur timor & amor Dei; quos nemo novit nisi Deus solus: per revelata autem, studium Legis. col.165.

29. Quicunque in lege student ut propterea mercedem accipiant, illi vocantur servi: & qui studium hoc amplectuntur citra respectum mercedis, vocantur filii. Et super illos, qui mercedis gratia student, constituti sunt præfecti quidam, qui vocantur servi, qui illis mercedem suam præbent. Illis autem, qui citra respectum mercedis student, ipse Deus ille Sanctissimus atque benedictus mercedem dat. col.48. [conf. Rom.8.v.15. *Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater.* Matth.20.v.8. *Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à novissimis usque ad primos.* Gal.4.v.7. *Jam non est servus, sed filius. Quod si filius: & hæres per Deum.*]

30. De excellentia illius, qui studet in Lege; deque pœna illius, qui eandem negligit. col.94.

31. De excellentia illorum, qui studium Legis exercent nocte media. col.87.

32. Qui amplectitur Legem, amplectitur ipsum Deum Sanctissimum atque benedictum. col.108. [conf. Joh.14. v.21. *Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me.*]

33. Sanctissimus ille Deus benedictus Jisraëlitis dedit animas sanctas, ut studeant in Lege: de quorum excellentia vide col.121.

34. Verba Legis dicuntur Aquæ frigidæ. col.214. [conf. Luc.16. 24. *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam &c.* Matth. 10.v.42. *Quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, &c.*]

35. De excellentia illius, qui nocte media in Lege studet. col.115.

36. Quicunque delectatur in Lege, nihil penitus timet. col.121. [conf. 1.Johan.4. v.18.

v. 18. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foràs mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate.*]

37. De præmio & excellentia illius, qui nocte media surgit, ut in Lege studeat. col. 122.

38. Encomium illius, qui nocte media surgit, ut in lege discat, & quid de eo exclament; & quomodo eidem benedicant. col. 20.

39. Qui verba legis adeo è corde suo tollit, ut eadem obliviscatur, idem facit ac si obliviscceretur ipsius Dei sanctissimi atque benedicti. col. 21.

40. Si quis nocturno tempore surgit ut in Lege studeat, eidem Lex manifestat peccata sua, ad instar matris, quæ castigat filium suum. col. 40.

41. Encomium illorum qui in lege student, præsertim nocturno tempore. col. 61.

42. Quicunque in lege studet, præsertim nocturno tempore, & nocte media surgit, & studet, vocatur filius Dei sanctissimi benedicti. col. 171.

43. Quicunque in Lege studet, tenetur elevare vocem suam. col. 68.

44. De excellentia illius qui in Lege studet, & quomodo de eo proclamationes fiant. Qui verò in Lege non studet, ab eo aufertur præsentia divina, & custodes illi, qui custodiunt hominem, eum deserunt. col. 92.

45. Insigne encomium illius qui studiosus Legis est. col. 109.

46. De excellentia & præmio illius, qui in Lege studet: & pœnâ ejusdem, qui eam negligit. col. 184.

Sequuntur Loca quædam ob similem materiam ad hunc Titulum relata.

1. Quod circa initium Anni, & diem Expiationis conciones fieri debeant inter multos. col. 11.

2. Interdum Benignitas Abrahami vocatur Nomine אֲדֹנָי DEI, interdum etiam Severitas. fol. 13. col. 52.

3. Anima discipuli Sapientum vocatur Sabbathum, & festum; & anima supereminens. Sed psyche plebeji & idiotæ vocatur brutum. col. 49. [conf. Apoc. 22. v. 15. *Foris canes & venefici, & impudici, & homicida, &c.*]

4. Quando Deus sanctissimus atque benedictus decretum aliquod decernit, Scriptura sic de eo loquitur, ac si illud jam esset factum; quamvis nondum factum sit; quia scilicet certissimè fiet. col. 54.

5. Quomodo concilianda sint dicta illa, Lev. 21. v. 17. *Vir de semine tuo &c. cui fuerit macula non accedet ad offerendum panem Dei sui.* Et illud: Jesch. 57. v. 15. *Habitabo cum contrito & humili spiritu.* col. 173.

6. Multæ animæ sunt in homine; nulla tamen illorum licentiam habet Joquendi coram Deo sanctissimo atque benedicto, exceptâ illâ, quæ vocatur Neschamah seu Mens. Quare eadem vocatur Spiritus loquens. col. 81.

7. Ad

7. Ad dictum illud Pſal. 39. v. 7. *Veruntamen in imagine ambulabit Vir:* & dicitur; quod hæc Imago Jiſraëlitis detur de loco ſancto: Idolotatris autem de loco immundo, col. 199.

8. Cùm ſcriptum ſit Gen. 2. v. 17. *In die illa, qua comederis ex illa, moriendo morieris:* quæritur quare mors ſtatuta ſit omnibus creaturis (i. e. hominibus) cum tamen non omnes creaturæ peccaverint, ſed Adam ſolus? col. 207.

9. Liber Pſalmorum conſcriptus eſt juxta decem genera canticorum; inter quæ ſupremum omnium eſt Hallelujah. col. 193.

10. Plebeji idiotæ ſervi ſunt populorum mundanorum. col. 49.

11. Dictum illud Lev. 19. v. 32. *Ante canitiem ſurge & honora faciem ſenis:* explicatur de Libro Legis, coram quo ſurgendum eſt; & facies ſenis exponitur de Pentateucho; multò magis autem intelliguntur Diſcipuli ſapientum. col. 167.

12. Quamvis prohibitum ſit in hoc mundo lætitiam capere è rebus mundanis: lætari tamen verbis divinæ Legis licitum eſt. col. 100.

13. Quicunque dicit, Legem tantùm enarrare res mundanas, illius ſpiritus crepet. col. 282.

14. Dictum illud Cant. 5. v. 16. *Iſte dilectus meus, & iſte ſocius meus:* ſic exponitur; ut per dilectos intelligantur illi, qui non ſemper præſentes ſunt alicui: qui verò ſemper præſentes ſunt, dicantur ſocii. col. 2.

15. De Nominibus ſanctiſſimarum Numerationum, אלהים : יה & ſimilibus videatur col. 16. & col. 17.

16. Deus ipſe ſanctiſſimus atque benedictus, item Lex, & pariter circumciſio, Nomine Fœderis vocantur. col. 131.

17. Deus ille ſanctiſſimus atque benedictus vocatur Aqua vitæ ſeu viva. col. 18. [conf. Joh. 4. v. 10. *Si ſcires &c. tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam vivam.* Johan. 7. v. 38. 39. *Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aqua vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem acceperunt credentes in eum.*]

18. Locus ille Cant. 8. v. 7. *Si dederit Vir omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro amore contemnendo, contemnent eum.* Sic explicatur, ut per voculam בוז contemnendo, intelligatur dies ſecunda, & ſexta atque ſeptima feſti Tabernaculorum; quibus effundebatur Aqua & vinum ſuper altare. col. 97. [conf. Joh. 7. v. 37. *In noviſſimo die magno feſtivitatis, ſtabat Jeſus, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.*]

19. Dictum illud Lev. 4. v. 22. *Cum Princeps ſ. Prælatus peccaverit* &c. ſic exponitur; ſi nempe cor ejus extollatur ſuper populum; col. 39. [conf. Matth. 24, 49. *Si ſervus cœperit percutere conſervos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis,* &c.]

20. Egregia explicatio illius Dicti ſapientum noſtrorum: ſi quis incipit purificari, illum adjuvant. col. 98.

21. Dictum illud Sapientum noſtrorum bonæ memoriæ: Expiate me, quia diminui Lunam; explicatur col. 142.

22. Dictum illud Lev. 6. v. 1. *Et erit cum peccaverit & deliquerit* &c. ſic exponitur, quod

quod quis reſtituere teneatur quod corrupit. Sicut ſcriptum eſt, Num. 5. v. 8. *Delictum reſtitutum Domino* &c. col. 163.

23. Dictum illud Prov. 21. v. 17. *Qui diligit vinum & oleum, non ditabitur*; ſic exponitur, ut aliæ divitiæ huic dicantur eſſe paratæ. col. 70.

24. Iſraëlitis tribuitur nomen Zijon. col. 59.

25. Sicut Piſces & locuſtæ non ſubſunt regulis de legitima mactatione; ſed ſufficit quod colligantur: ita Diſcipuli ſapientum non ſubſunt morti; ſed colliguntur: ſicut dicitur Gen. 49. v. 33. & aggregatus eſt ad populos ſuos. col. 73. [conf. Matth. 3. v. 4. *Eſca ejus erat, locuſtæ &c.*]

26. De diſcipulo qui nondum pertigit ad gradum docendi & docet, vid. col. 73.

27. Ad dictum illud ſapientum noſtrorum: Si mulier ſemen ſuum emittat prior, ipſa pariet maſculum: quæritur: cum Deus ipſe ſanctiſſimus atque benedictus decernat de quavis gutta ſeminali, utrum exinde maſculus pronaſci debeat an fœmina; quomodo illud intelligendum. vid. col. 73.

28. Dictum illud Eccleſ. 2. v. 13. ſic exponitur: *Et vidi ego, quod utilitas eſſet ſapientiæ à ſtultitia*, cum qui diſcere vult ſapientiam, quoque diſcere atque ſcire oportere ſtultitiam. col. 83.

29. Quia dicitur Gen. 1. v. 27. *Et creavit Deus* את האדם *hominem in imagine ſua*: hinc patet quod nomen Adam, præſtantius ſit quàm nomina גבר vir; אנוש homo; איש vir. col. 84.

30. Præmium illorum qui fulciunt & ſuſtentant manus diſcentium Legem, major eſt, quam ipſorum Legis ſtudioſorum, quia ſcriptum eſt. Prov. 3, 18. *Suſtentantes eam, beati.* col. 94.

31. Dictum illud Pſalm. 133. v. 1. *Ecce quàm bonum & quàm jucundum*; exponitur de Diſcipulis ſapientum, qui ſtudent in Lege, ſimilesque ſunt præliantibus invicem, & tamen in fraterna hoc faciunt ſocietate, ita ut tandem invicem uniantur cum Gloria cohabitante. col. 106.

32. Quod nemo debeat exponere Legem, coram Magiſtro ſuo. col. 107.

33. Dictum illud Cant. 2. v. 14. *Columba mea in ſciſſuris petræ, in abſcondito gradus.* Sic exponitur, ut per eos qui in fiſſuris &c. intelligantur ſtudioſi Legis; & per eos, qui in abſcondito gradus, pii illius generationis. col. 109.

LUMEN LEGIS
è dictis in
NUMEROS.

1. Quicunque dicit Narrationes Legis, alium non habere ſenſum, quàm illius ſaltem hiſtoriæ, iſtius crepet ſpiritus. col. 282.

2. Rumpantur ilia illius, qui dicit, narrationes Legis tantùm continere res vulgares. col. 288.

3. Quicunque ſtudium Legis proſequitur, idem facit, ac ſi omnes totius mundi victimas offerret; & Deus ſanctiſſimus atque benedictus condonat ei omnia peccata ejus; multique eidem throni parantur pro mundo venturo.col.302. [conf. Luc.22. v.30. *Ut ſedeatis ſuper thronos, judicantes duodecim tribus Iſraël.*]

4. Mundus non eſt creatus in alium finem, niſi ut Iſraëlitæ ſtudeant in Lege: Et Deus ſanctiſſimus ipſe, & Lex, & populus Iſraël uniti ſunt invicem.col.306.

5. Anima ſive Mens hominis eſt vaſculum Dei ſanctiſſimi benedicti: non autem utitur eâdem, niſi prius eandem depuraverit Igne Legis: ſicut ſcriptum eſt: Jirm.23.v.29. Nonne ſic? Verbum meum tanquam ignis.col.289. [conf.2.Tim.2.v.21. *Si quis ſe emundaverit ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & utile Domino ad omne opus bonum paratum.* Act.2,3. *Et apparuerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Sp.S. &c.* Matth.3,11. *Ipſe vos baptizabit in Spiritu & igne.*]

6. In Dicto illo Deut.29.v.29. *Abſcondita Domino Deo noſtro, & revelata nobis & filiis noſtris:* per abſcondita intelliguntur myſteria Legis; & per manifeſta, ſenſus literalis & allegoricus ſive tropicus. col.302.

7. Quicunque in Lege ſtudet, vocatur Pius col.409.

8. Omnis doctrina Sapientum noſtrorum, ſive Miſchnicorum ſive Gemaricorum, ſtructa eſt ſuper myſterio Legis.col.452.

9. Cùm verba Legis prodeunt ex ore Iſraëlitarum, Michaël & Gabriel tanquam Legati DEI ipſius ſanctiſſimi atque benedicti ad eos advolant, quia hic habitat in illis. col.421. [conf.Joh.14.v.23. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*]

10. De præmio illius qui magis ſemper magisque in lege ſtudet, vid.col.528.

11. Redemptio Iſraëlitarum ab exilio, ſeu lytron eorum erit per Legem, quæ vocatur Argentum, à כסף, quod ſit res omnium deſiderabiliſſima. col.339. [conf. Matth. 20.v.28. Marc.10,45. *Filius hominis venit, ut miniſtraret, & daret animam ſuam redemtionem pro multis.* 1.Pet.1.v.18. *Scientes, quod non corruptibilius aurô vel argentô redemti eſtis, de vana veſtra converſatione paterna traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati & incontaminati Chriſti &c.*]

12. Quicunque ſtudet in Lege, idem facit, ac ſi ſingulis diebus ſtaret in monte Sinai & acciperet Legem.col.341.

13. Quicunque occupatur ſtudio Legis, eundem non tangunt fata ſtellarum & planetarum. Contrarium autem accidit plebejis idiotis, qui in lege non ſtudent. col.397.

14. Quicunque non honorat Legem & eos, qui in eâ ſtudent, primus eſt qui judicatur feſto novi anni. col.424. [conf.Joh.12,48. *Qui ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum: ſermo, quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die.*]

15. Non eſſe tradenda arcana Legis, alicui qui ineptus eſt. Nec negligendas & vilipendendas eſſe coronulas & apices Legis.col.451. [conf.Matth.7,6. *Nolite ſanctum dare canibus; neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis: & (canes) converſi dirumpant vos.* Matth.5.v.18. *Amen dico vobis: donec tranſeat cœlum & terra, jota unum aut unus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*]

16. Qui-

16. Quicunque occupatus eſt ſtudio Legis, vocetur Rex in duobus mundis: quia bis ſcriptum eſt: Pſ.24.v.7.& 10. *Quis eſt iſte Rex Gloriæ?* col.471.

17. Homo non debet manifeſtare verba & arcana Legis, donec ipſi detur licentia. col.556.

18. Encomium Legis, & quantũ ſit præmium illorũ qui in eâ ſtudent ſemper. col.227.

19. In lege occurrunt literalia, in quib. tamen occultantur arcana ſumma. Sicut enim Angelus non poteſt videri in mundo hoc, niſi induat indumentum humanum: ſic multò magis Lex divina; in qua ſtulti tantum contuentur veſtem; ſapientes autem non ita. col.288. [conf. Gal.4.v.24. *Quæ ſunt per allegoriam dicta.*]

20. Lex vocatur Chebron (quaſi urbs Sociorum;) quia, qui illius ſtudio detinetur vocatur חבר ſocius. col.304.

21. Qui ſtudet in Lege, liberatur à ſpiritibus noxiis. col.297. [conf. Luc.8,2. *(Erant cum illo) mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis & infirmitatibus.*]

22. Qui Legem præſcindit, i. e. qui dicit Legem ceſſare, & officio functam cum enarravit res mundanas; illius dies præſcindentur. col.307.

23. In illum locum, ubi Diſcipulus ſapientum in hoc mundo novas expoſitiones edit ſuper legem, idem etiam poſt mortem ſuam redire ſolet: & multò magis, ſi inibi conſederint ſapientum diſcipuli & ſtudio legis indulgeant. col.404. [conf. Matth.18,20. *Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.*]

24. Encomium Legis elegantiſſimum. col.335.

25. Summam hominis excellentiam conſiſtere in eo, ſi quis ſtudio Legis detineatur noctu atque interdiu in occulto, & non in publico. col.347. [conf. Matth.6.v.4. *Sit eleemoſyna tua in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in propatulo.* v.6. *Tu cùm oraveris intra in cubiculum tuum: & clauſô oſtiô, ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in propatulo.*]

26. Quanta ſint merita illius, qui novas expoſitiones invenit ſuper Lege. Col.353.

27. Encomium & præmium illorum, qui in Lege ſtudent; quodque cum Peſtis in mundo graſſatur, Deus perditori præcipiat, ne iſtos tangat. col.343.

28. Encomium legis & illorum, qui ejus ſtudio delectantur, nec ullam ob cauſam deſiſtendum eſſe ab ea: deque pœna illius qui hoc ſtudium negligit. col.512.

29. Nihil tantopere promovet Redemptionem Jiſraëlitarum ab exilio, quàm Lex divina, ſi illius ſtudium hi decenter proſequantur. col.515.

30. Studium Legis melius eſt, quàm omnia ſacrificia, ad impedienda & reſcindenda decreta judiciorum divinorum ſeveriſſima. col.524.

31. Encomium & præmium illius qui ſtudium Legis amplectitur; & pœna ejus, qui illam negligit. col.234.

32. Non manifeſtandum eſſe cuivis, cum quis eſt ſtudioſus Legis, niſi neceſſitas expoſcat. col.300.

33. Encomium Legis, & illius qui ejus ſtudio delectatur. col.281.

34. Encomium Legis ex ore Doctoris illius Sancti, R. Schimeon ben Jochai. col.316.

35. Encomium illius, qui nocturno tempore in Lege lucubrat. Hanc enim ob cauſam noctu homines evigilant è ſomno; quamvis arbor mortis dominium habeat in mundum: ne quis dicere queat, ſi experrectus eſſem, noctu, in Lege ſtuduiſſem. col 229.

36. Qui in itinere eſt, ſtudio legis occupetur; quod melius eſt, quàm aliud quidvis. col. 499.

Sequuntur Loca quædam, propter analogiam materiæ ad hunc Titulum relata.

1. Ubicunque occurrit phraſis דיבור ſeu verba faciendi, ibi elevanda eſt vox: ſed ubi occurrit phraſis אמירה ſeu dicendi; ibi non opus eſt elevare vocem. col. 251.

2. Ubicunque dicitur יהוה אלהים, Tetragrammaton Deus, ibi Nomen intelligitur plenum. col. 262.

3. Ubicunque occurrunt nomina duplicata (ut Abraham, Abraham &c.) ibi accentu diſtinguuntur eadem; excepto Loco, *Moſcheh Moſcheh:* Exod. 3, 4. col. 208. & col. 484.

4. Non alia loquendi formulâ magis exprimitur dolor & anguſtia ſpiritus & animæ, quàm cum præ anxietate cordis exclamant: Pater noſter. col. 379. [Marc. 14, 36. *Abba Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt &c.* Rom. 8, 15. *Accepiſtis Spiritum adoptionis, in quo clamamus: Abba Pater.* Gal. 4. v. 6. *Miſit Deus Spiritum filii ſui in corda veſtra clamantem: Abba Pater.*]

5. Egregia explicatio dicti illius Pſ. 51. v. 19. *Sacrificia Dei ſpiritus contritus.* col. 444.

6. Diſcipuli ſapientum ſimiles ſunt poculo benedictionis. col. 422. & col. 454. [conf. Matth. 26. v. 27. *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes.* 1. Cor. 10. v. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?*]

7. Membrum aliquod hominis, quo quis implevit præceptum quoddam Legis, dicitur Gratia, benignitas, clementia: & quo quis commiſit peccatum, dicitur judicium, ira, indignatio, furor. col. 479.

8. Silentium intelligitur per Stationem: Ezech. 1, 21. Stant enim, dum homo ſilet, membra pleraque immota, ut cor, pulmo, arteria aſpera, dentes, labia &c. col. 328. [conf. Matth. 13, 2. *Et omnis turba ſtabat in littore.*]

9. Quamvis interdum duo vel tres verſiculi ſenſum habeant occultum: mox tamen iterum textus ſequitur apertus: & mox iterum ſequitur ſenſus occultatus. col. 330.

10. Ubicunque occurrit aliquid Maſculini, quamvis vel centum Fœminina ſimul immiſceantur, omnia tamen Maſculino genere efferuntur. col. 349.

11. Diſcipuli Sapientum, quibus ſunt liberi ſancti, ad Legem tam oralem quàm ſcriptam diſcendam idonei & proni, vocantur duo Altaria. col. 363.

12. Diſcipuli Sapientum ſimiles dicuntur leonibus: è quorum tamen ore facilius eripi poteſt præda, quàm ex ore leonum naturalium. col. 362.

13. Per os intelligitur gradus & potentia, quæ ab excelſis traditur omnibus creaturis. Exempli gratia, os aſinæ denotat gradum & vim quandam aſinæ traditam. Et ſic in

ſic in cæteris. [confer Act. 10, 34. *Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit.* Apoc. 12. 16. *Aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo.*]

14. Manna, quod deſcendebat in deſerto, veſtiebatur veſtimentô quodam, [id eſt, naturam quandam corpoream induebat:] ſicut Aſa & Aſael, [duo quidam Angeli lapſi,] cùm deſcenderunt, veſtiti ſunt veſtimentô hujus mundi. col. 384. [confer Apoc. 2. v. 17. *Vincenti dabo edere Manna abſconditum.*]

15. Ubicunque dicitur: וַיְדַבֵּר *Et elocutus eſt*; וַיְנַגֵּד *Et annunciavit.* וַיְסַפֵּר *Et narravit*, וַיֹּאמֶר *Et dixit*; ſingula ſenſum habent proprium. col. 305.

16. Locus ille Ex. 3, 5. *Solve calceamenta tua deſuper pedibus tuis:* explicatur de faciendo divortio ab uxore ſua. col. 342.

17. Locus ille Ex. 20, 6. *Et faciens miſericordiam millibus diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea*: ſic explicatur, ut intelligatur Revolutio pro bonis, quod ea vel mille vicibus fiat: cùm è contrario impii ſaltem ter revolvantur: juxta illud Jobi 33, 29. *Ecce iſta omnia operabitur Deus vicibus tribus cum viro.* col. 396.

18. Mos eſt Legis-peritorum, qui arcana illius nôrunt, margaritas eloqui Diſcipulis ſuis ſenſu admodum occultatô: ut cum dicunt, mulierem quandam unâ fœtatione uterô geſtaſſe ſexaginta myriades infantum: [ubi intelligunt Moſen:] item ovum quoddam delapſum inundaſſe ſexaginta urbes, &c. In omnibus enim ſublimia latent myſteria. col. 356. [conf. Matth. 7, 6. *Neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.*]

19. Antequam promulgaretur Lex divina, omnia dependebant ab influxu ſtellarum; etiam liberi, vita, & alimenta. Cùm autem Lex traderetur Iiſraëlitis, Deus ille Sanctiſſimus atque Benedictus illos, qui ſtudio Legis ſeſe dedunt, exemit è ſubjectione aſtrorum. col. 357.

20. Ubicunque dicitur וַיְהִי *Et factum eſt*: ibi ſubinnuitur ærumna quædam. Si autem dicitur: *Et factum eſt in diebus &c.* indubitatò caſus aliquis lamentabilis ſubindicatur. 425.

21. Quinquageſies in Lege mentio fit Exitus ex Ægypto. col. 500.

22. Ubicunque dicitur *Canticum graduum*; nec additur, quis illud compoſuerit: ibi intelligitur à Spiritu Sancto hæc dici de Iiſraëlitis in exilio detentis. col. 507.

22. Ubicunque in Sohar dicitur הִיא Illa: ibi intelligitur litera ultima nominis Tetragrammati; & denotatur Numeratio ultima Divinę Emanationis, in qua nulla unquam eſt diviſio. col. 422. & 477.

23. Lex Divina dicitur Panis: Et præceptum unum ſive ritus unicus, vocatur maſſa, ſive forma panis unica, כִּכָּר. col. 451.

24. Diſcipuli Sapientum vocantur Adam & Iiſraël. Sed plebeji & Idiotæ non vocantur Adam nec Iiſraël; ſed ſervi Iiſraëlitis venditi: quia non aliter quàm bruta ſe habent. Et huc refertur illud Ezech. 34, 31. *Et vos pecus meum, oves paſcui mei, Adam eſtis.* Ubi per oves & pecus intelliguntur plebeji; voce Adami autem Diſcipuli Sapientum. col. 237.

25. Deus ille Sanctiſſimus atque Benedictus dicitur gaudium. col. 394. [conf. Rom. 14, 18.

14, 18. *Regnum Dei non est cibus & potus, sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.* 1. Petr. 1. v. 8. *Exultabitis lætitia inenarrabili & glorificatâ.*]

26. Hillel & Schammai inter gradus sublimes referebantur hôc modô, ut ille ad benignitatem; hic verò ad Severitatem spectaret. col. 453.

27. Psalmus vigesimus: *Exaudiat te Dominus in die angustiæ, &c.* utiliter recitatur super fœmina difficultate partûs laborante. col. 462.

28. Quicquid in se parvum & exiguum est, de sublimibus tamen cùm prædicatur, glorioſum & excellens atque magnificum aliquid denotat. col. 565.

29. Quia Deus ille Sanctissimus atque benedictus multis vocatur nominibus atque gradibus; quæritur an propterea in illo sit multiplicitas sive divisio. col. 478.

30. Corpus hominis vocatur ellychnium. col. 486. [conf. Matth. 12, 20. *Linum fumigans non extinguet.*]

31. Animæ justorum vocantur herba agri & aves mundæ. col. 399.

32. Omnis ille, in quo est Spiritus Sanctitatis, vocatur Angelus. [confer Matth. 11, 16. *Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Apoc. 14, 6. *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli.*]

33. Explicatio dicti illius Sapientum: Deo nihil placuisse in Israëlitis quàm paupertatem &c. col. 522. [conf. Matth. 5, 3. *Beati pauperes Spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*]

34. Illo tempore, cùm Israëlitæ intrarent in terram sanctam, omni locô, quô incedebant, audiebatur vox quædam dicens: *Hæc est Lex illa, quam statuit Moses coram filiis Israel.* Deut. 4. v. 44. Atque hinc intelligitur illud Jes. 24. v. 16. *Ab uno extremo terræ ad alterum cantus audivimus in gloriam justo.* col. 551.

35. Idolum illud, quod coluerunt in Ægypto, in cœlis vocatur Abominatio Ægyptiorum. col. 466.

36. Discipuli Sapientum vocantur Sabbathum & Festa: quia aluntur à plebejis & & idiotis, sicut Sabbathum & Festa nutriuntur à diebus profestis. col. 236.

37. Psalmus centesimus, qui dicitur Psalmus pro laude seu confessione: & Psalmus 149. *Cantate Domino canticum novum*; vocantur Pupilli. vid. col. 324.

38. Lex sine mandatis vocatur sterilis. col. 400, [conf. ad Gal. 4, 27. *Lætare sterilis, quæ non paris.*]

39. Ratio, quare Israëlitæ huc illuc nutent, cum Legis studiô detinentur: non sic autem cæteri populi. col. 402. 403. [conf. Matth. 11. v. 7. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?*]

40. Explicatio elegans dicti illius Sapientum: tres sociari in producendo homine; Deum nempe cum Patre & Matre. Ubi simul explicatur dictum illud Gen. 1. vers. 26. *Faciamus hominem.* col. 403.

41. Septem partes inveniuntur in arbore, nimirum radix, cortex, medulla, rami, folia, flores, & fructus. Eodemque modo septem sunt genera explicandi Legem; nimirum sensus Literalis; sensus Homileticus; sensus Allegoricus; sensus Cabba-

Cabbaliſticus ſive Myſticus; ſenſus Arithmeticus; Arcana occulta; & Arcana occultiſſima: qui ſinguli iterum ſubdividuntur in decem modos alios, ut hinc exurgant ſeptuaginta. col. 373.

42. Egregia explicatio de Sacrificiis. col. 444. & 445.

43. Multæ deſcribuntur pœnæ illorum, qui micas ciborum negligunt; qui profundunt ſemen; & qui negligunt Legem. col. 411. [conf. Joh. 6. v. 12. *Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta, ne pereant.*]

44. Egregia & prolixa explicatio de ultima Numeratione, quæ vocatur Corona Iiſraëlis, & quàm variis illa vocetur nominibus, ratione geſtorum variorum. col. 477.

45. Cùm de Moſe dicatur: *Et Deus clamavit ad Moſen.* Lev. 1. v. 1. de Bileam autem dicatur Num. 22. verſ. 9. *Et venit Deus ad Bileam:* quæritur, annon Bileam ſic habeatur pro digniore & honoratiore? Simile autem datur de leproſo, qui ad portam clamat: ubi Rex foras prodit eumque increpat, ne propiùs aſcendat ad filium ſuum, col. 370.

46. Quod ſigillum Dei ſit אמת veritas, quâ denotetur, DEUM eſſe unum: ubi ſimul explicatur dictum Illud: Deut. 6, 4. *Dominus Deus tuus Dominus &c.* quodque hæc tria unum ſint; & in hoc conſiſtit Sigillum Dei, nempe Veritas. col. 307.

47. Illud quod dixerunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ! ventum Septentrionalem eſſe apertum: explicatur de Spiritibus, qui creati dicuntur veſpera Sabbathi inter Soles, ita ut nulla ipſis tributa ſint corpora. col. 339.

48. De Moyſe dicitur: Exod. 3. v. 5. *Solve calceamentatua*; & de Joſua: Joſ. 5. v. 15. *Solve calceamentum tuum.* col. 280.

49. Gigantes vocantur רפאים, id eſt, remiſſi ſeu relaxati, quia cùm debilitarentur, dimidia ſaltem corporis illorum pars debilitabatur, medietate alterâ incolumi. Mortuâ autem medietate priore, accipiebant herbas venenatas, quibus comeſtis moriebantur: & quia ſic cogebantur ſeipſos occidere; hinc vocabantur רפאים id eſt, αὐτόχειρες. R. Jitzchak dicebat, illos in mare magnum proſiliiſſe, ibique ſubmerſos ſic eſſe mortuos. col. 305.

50. Mori dicitur & ille, qui delabitur, adeoque deſcendit è gradu illo, in quo prius erat, juxta illud: *Et mortuus eſt Rex Ægypti.* Ex. 2, 23. col. 256.

51. Fœmina dicitur filia hujus vel illius, antequam nubat alicui: poſtquam autem matrimonium contraxit, dicitur mulier ſive uxor. col. 330.

52. Locus ille: *Et factum eſt poſt diem tertiam, ut Eſther veſtiretur regno.* Eſth. 5. v. 1. ſic explicatur, quod debilitatio corporis [v. g. per jejunium, ut fecerat Eſther] ſit corroboratio ſpiritus. col. 348. [conf. 1. Cor. 9. v. 27. *Sed caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo.* 2. Cor. 12. v. 9. *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur.*]

53. Pectus linguâ Arabicâ vocatur כח id eſt, fortitudo, vel potentia, vis &c. Hinc intelligi poteſt locus ille Ex. 15. v. 6. *Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine.* col. 371.

54. Iiſraë-

54. Iisraëlitæ scripturam habent & linguam, ita ut in singulis literis intueri queant formam atque figuram (sublimem) prout decet. Populi autem mundani, nec scripturam, nec linguam habent, nec contemplari aliquid vel scire possunt. col. 376.

55. Cum scriptum sit: Malach. 3, 6. *Ego Dominus, & non mutor:* quæritur, quomodo impii benignitatem Dei mutare queant in judicium. col. 256.

56. Deus ille Sanctissimus atque Benedictus vocatur אֵל, id est, Deus fortis; ut indicetur, illum potentem esse super omnem Deum: Et vocatur אֱלֹהִים; ut indicetur, illum esse judicem omnium judicum supernorum: Et vocatur אֲדֹנָי quia est Dominus omniū dominantium. Eademque est ratio omnium reliquorum nominum Dei. col. 395.

57. Mysterium Cantici simplicis, & duplicis, & triplicis, & quadruplicis, explicatur col. 401. 416.

58. Ubicunque dicitur: Et factus est dies: ibi intelligitur initium anni. col. 224.

59. Ratio, quare carnis esus prohibitus fuerit Adamo Protoplastæ, & concessus filiis Noach. col. 442.

60. Quæcunque dixerit Paterfamilias, id est, Deus; id facias: exceptô casu, quo dixerit: Exi. col. 451.

61. Quod futuris temporibus regnum superborum tollendum sit è terra. col. 456.

62. De dicto illo Sapientum, nihil incipiendum die secunda, & nihil finiendum die quartâ. vide col. 521. & 545.

63. Ubi scriptum est נְשֹׂא sensu portandi, ibi denotatur onus. Sed ubi scriptum est נְשֹׂא sensu tollendi, ibi denotatur ablatio oneris. col. 459.

64. Ubicunque occurrit vox מָתְנַיִם, ibi intelliguntur lumbi & pars illorum superior. Sed ubi dicitur חֹלְצַיִם: ibi intelligitur pars femorum & inferior. col. 397.

65. Cùm Deus Legem traderet Iisraëlitis, pactus quasi est cum populis mundanis, ne præ invidia exhinc contractâ nocerent Iisraëlitis: ubi simul adducitur simile aliquod. col. 355.

66. Explicatio illius dicti Eccles. 9. v. 10. *Omne quod invenerit manus tua ad faciendum, in virtute tua fac.* col. 338.

67. Cùm in Historia de vitulo Ex. 32, 28. cecidisse è populo dicuntur tria fermè millia: in Sohar hoc ita explicatur, quasi è Iisraëlitis ne unicus quidem homo mortuus esset. col. 358.

68. Nominum Balak, Bileam, & Amalek duplex expositio. col. 368.

69. De Regno Emanativo & Creativo vid. col. 537.

70. De Sene decrepito Sanctissimo, & Microprosopo videatur col. 561.

TITULUS SECUNDUS.

DOMUS PRECUM.

E Dictis in

GENESIN.

1. De præmio illius, qui pronuntiationi literæ ה in voce אחד ſub recitatione Lectionis, Audi Iſraël, diu immoratur. col. 2. & 8.

2. Tria ſunt precum genera, alterum alterô ſublimius: Oratio; Clamor; & Lachrymæ. Oratio fit voce ſilente: Clamor voce elevatâ; Lachrymæ autem ſuperant omnia. col. 314. [conf. Heb. 5, 7. *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationesque ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.*]

3. Quod homo teneatur elevare vocem ſuam ſub precibus, & attollere oculos ſuos in cœlum. col. 314. [conf. Joh. 11. v. 41. *Jeſus autem elevatis ſurſum oculis, dixit: Pater &c.* Joh. 17. v. 1. *Hæc locutus eſt Jeſus, & ſublevatis oculis in cœlum, dixit: Pater &c.*

4. Preces dicuntur Scala in terra conſiſtens & ſummitate ſuâ cœlum attingens. col. 347.

5. Quicunque deſiderat, ut preces ejus acceptæ ſint coram Deo illo Sanctiſſimo; is ſtudio Legis occupetur. col. 448.

6. Quandoque non opus eſt, ut homo clarâ voce preces ſuas fundat; ſed ſufficit, ſi tacitè id faciat. col. 457.

7. Locus Jeſch. 10 v. 30. *Jubilando eleva vocem tuam filia Gallim*; exponitur de eo, qui laudaturus eſt Sanctiſſimum Deum noſtrum, atque benedictum; ita tamen, ut eidem ſit vox dulciſona; quam niſi habeat, vocem quoque non elevet. col. 523.

8. De præmio illius, qui eſt è numero decem illorum, qui primi ſunt in ſynagoga. Ubi ſimul exponitur dictum illud Sapientum noſtrorum bonæ memoriæ! Quod Sanctiſſimus Deus noſter atque benedictus iraſcatur, ſi ibidem non inveniat decem: adducto pariter ſimili. col. 44.

9. De pœna illius, qui garrit in Synagoga, quod Deus avertat. col. 45.

10. Prohibitum eſt ſuper impiis orare, ut moriantur; ſed orandum ſaltem eſt, ut convertantur. col. 268.

11. Cum Eccleſia reſpondet; Amen! ſit nomen ejus magnum, &c. remiſſionem habent & quietem, illi qui judicantur in Gehenna. col. 194. [conf. 1. Cor. 14. v. 16. *Si benedixeris Spiritu, qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet: Amen, ſuper benedictionem tuam, &c.*]

12. Qui fundit preces ſuas, diſtinctè pronunciare tenetur voces ſingulas, ut accepta ſit precatio ejus. col. 387.

13. Ne precetur homo precationem ſuam, antequam ſplendet Sol. col. 403.

14. Patriarchæ quotidie ter orant pro Iſraëlitis. col. 474.

15. In oratione pomeridiana, quæ Minchah dicitur, cautior eſſe debet homo, quàm in aliis precibus. col. 486. & 414.] conf. Act. 3. v. 1. *Petrus & Johannes aſcendebant in Templum, ad horam orationis nonam.* Act. 10. v. 30. *Cornelius ait: A die abhinc quarto uſque ad hanc horam, orans eram horâ nonâ in domo mea.*]

16. Cùm homo peregrè abiturus eſt, preces priùs fundere debet ad Dominum ſuum, ut in ſeſe derivet cuſtodiam divinæ præſentiæ. col. 488. [conf. Act. 20. v. 36. *Cùm hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis, oravit cum omnibus illis.*]

17. Cum cantatur Hymnus Paſchalis [Pſalmus nempe 113. 114. 115. 116. 117. 118.] requiruntur tria hominum genera; Pii nempe, reputati ad dextram; Juſti reputati ad ſiniſtram: & Iiſraëlitæ ubique locum habentes. col. 495. [conf. Matth. 26. v. 30. *Et hymnô dictô exiverunt in montem oliveti.*]

18. Hoc tempore, cùm nulla nobis ſunt Sacrificia; Oratio ſupplet locum ſacrificiorum. Et qui benedicit Sanctiſſimo DEO noſtro atque benedicto, is bendictionem ab eodem accipit: qui verò non benedicit Domino huic Sanctiſſimo, nullam quoque accipit benedictionem. col. 525. [conf. Hebr. 13. 15. *Per CHRISTUM ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper DEO, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus, &c. Beneficentiæ & communionis nolite oblivi ſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.*]

19. Oratio Eccleſiæ non revertitur inanis: & quare idita fiat? Item quod oratio pauperis ſuperet cæteras omnes. col. 385. fol. 97. & col. 386. [conf. Act. 12. v. 5. *Oratio fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro Petro.*]

20. Perpetuò præmittere homo tenetur Laudem DEI ſui; & deinde precetur: quod didicimus à Jacobo. col. 327.

21. De ordine precum matutinarum & nocturnarum vid. col. 485. & 486.

22. Quod Sanctiſſimus ille DEUS atque benedictus eum, qui ſolus orat, quàm accuratiſſimè examinet, utrum dignus ſit, cujus oratio accipiatur, an minùs: quod non contingit, ſi quis orat cum Eccleſia. col. 495.

23. Licet quis non poſſit attentè meditari ſuper verſiculis Pſalmorum (nec eosdem intelligat:) nihilominùs eosdem recitare tenetur: & ſic quoque in precibus. col. 514.

24. Certum eſt, ſi quis meminerit ſacrificiorum in Synagogis ſive Oratoriis, & in Auditoriis ſive Scholis; illi nullum inferri poſſe damnum, ab angelis commemorantibus peccata ejus; ſed hos potiùs prodeſſe ipſi. col. 261.

25. Qui attendit, quando Sanctiſſimus ille atque benedictus accepturus ſit orationem ſuam: vocatur, *agritudine cordis affectus* juxta Proverb. 13. v. 12 col. 447. 448.

26. Qui iter facturus eſt, priùs oret. col. 452. & col. 507.

27. Qui iter facit, & non priùs conſilium habet cum DEO illo ſanctiſſimo atque benedicto, (id eſt, preces ad eum fundit:) infidelis eſt, & vocatur ſtultus. col. 186.

28. Unde id diſcatur: quod profundenti lachrymas inter preces ſuas, annihiletur ſententia judicialiter contra ipſum lata: nempe ab expemplo Leæ. col. 470.

29. Quare

29. Quare Angeli miniſtratorii non adjungant ſe *illi*, qui precatur linguâ Aramicâ, ſeu Syriaca: (ut nempe orationem ejus ad Deum deferant.) col. 243.

30. Quo ordine locentur Angeli illi, Michaël, Gabriël, Raphaël & Uriel; primus nempe ad dextram; ſecundus, ad ſiniſtram Schechinæ; tertius ante eam; & quartus poſt illam. vid. col. 258.

31. Qui cum attentione cordis recitat verſiculum primum Lectionis; Audi Iiſraël, &c. eidem hoc ſic imputatur, ac ſi ſe ipſum obtuliſſet ad martyrium pro ſanctificatione nominis divini; hæresque fit quadringentorum mundorum. col. 300.

32. Quia juxta dictum illud Sapientum, quilibet Magiſtrum ſuum timere debet, ut Deum ipſum; hinc nemo orare debet à tergo Magiſtri ſui: quia hoc ipſo oſtenderet, ſe tantam non habere reverentiam erga Magiſtrum ſuum, quantam habet erga Deum. col. 314.

33. Oratio pauperis tranſcendit omnia: hinc homo corde contrito fundat preces ſuas. col. 386.

34. Cùm quis noctu cubitum iturus eſt, prius legat Lectionem Audi Iiſraël &c. & verſiculum aliquem de amore divino. col. 412.

35. Cùm congregantur in Synagoga, decem; & unus ex illis abit; huic Deus ille ſanctiſſimus atque benedictus iraſcitur. col. 445.

36. Quamvis homo confeſſus ſit peccata ſua anni præteriti, & convertatur; utile tamen eſt eadem confiteri omni tempore. col. 216. [conf. Matth. 6. v. 12. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.*]

37. Qui orare vult pro remiſſione peccatorum ſuorum, primò animum eò dirigat, ut ipſum priùs peccatum expurget; ſicut dicitur: Thren. 3. v. 40. *Scrutemur vias noſtras, & inquiramus, & revertamur ad Dominum.* col. 483.

38. Liber Legis cùm ejicitur è Loco ſuo, ut exulare cogatur in loco quodam alio, expiationem quidem infert peccatorum illius generationis: ſed væ illi generationi, in quâ hoc fieri neceſſe eſt. col. 474. & 475.

39. Ratio elegans, quare precatio nocturna ſit arbitraria. col. 486.

40. Inter preces noſtras hæc quoque formula occurrit: & meminit Gratiæ Patribus exhibitæ: quia merita Patrum non abolentur in æternum. Et cùm Iiſraëlitæ in tribulatione ſunt, Deus intuetur iconem Jacobi, inſculptam Throno gloriæ; & propter illum eripit Iiſraëlitas. col. 385. [conf. Luc. 1. v. 72. *Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris.* Et Joh. 16. v. 23. ubi pro Patribus ſubſtituitur Chriſtus: *Amen, amen, dico vobis: ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*]

41. Iiſraëlitæ ter in die recitant verſiculum Jeſ. 6. verſ. 3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum: plenitudo totius terræ eſt gloria ejus:* quia ter ita canunt Angeli ſancti per noctem. col. 424.

DOMUS PRECUM.

è Dictis in

EXODUM.

1. De præmio illius, qui debitè in se suscipit jugum Regni Cœlorum. col. 283. [conf. Matth. 11. v. 29. *Tollite jugum meum super vos, &c.*]

2. Quia scriptum est Ps. 100. v. 2. *Servite Domino in latitia*: quæritur, quomodo acceptæ possint esse preces illius, qui in mœrore est, ita ut lachrymæ ex oculis ejus promanent? col. 292. ubi plura de dignitate illius, qui cum lachrymis orat.

3. Dum labia hominis mussitant sub precibus, cor ejus attentionem habeat, & devotè ad DEUM dirigatur: & nocte implebitur desiderium ejus. Excedit enim ex hoc mundo, & anima ejus ab ipso egressa redit ad Dominum suum. col. 382.

4. Qui in mediis precibus cessat, easque præscindit, ille præscindetur: qui preces abbreviat, illius dies abbreviabuntur, &c. col. 318.

5. Admonitio seria, ut homo cum attentione preces suas fundat. fol. 28. col. 112.

6. Antequam precatus est homo orationem suam, non componitur anima ejus in ipso, quamvis etiam in Lege studeat. col. 386.

7. Quatuor ordinationes fiunt in precibus: ordinatio sui ipsius; ordinatio mundi hujus; ordinatio mundi superni; & ordinatio ipsarum precum: Prima fit commemoratione sacrificiorum: secunda commemoratione operum hujus mundi in formula illa: Benedictus, qui dixit: Tertia commemoratione turmarum cœlestium in formula Hallelujah: Quarta fit per octodecim formulas Benedictionum. col. 387.

8. Multa sunt genera precum; sed clamor transcendit omnia. col. 34.

9. Illô tempore, cùm Sacerdotes expandunt manus suas, gloria Divina advenit, & implet manus eorum. col. 403. [conf. Luc. 24. v. 50. *Et sustollens manus suas, benedixit eis.*]

10. Cùm oratio cujusdam repellitur, quia indigna est, quæ ingrediatur ante Regem Sanctum, hæc traditur in manus Angeli cujusdam, qui vocatur Sahadiel. Et si homo ille verâ pœnitentiâ convertitur, & aliam orationem precatur meliorem & decentiorem, prior illa rejecta cum secundâ hac suscipitur. Si autem homo iste non convertitur, genus adversum orationem illam accipit, & commemorat peccata istius hominis. col. 401.

11. De dicto illo, quod portæ lachrymarum non claudantur, vid. col. 440.

12. Datur animal quoddam inter Angelos, cui nomen Basak, id est, fulgor. Et Angelus iste hanc habet præfecturam, ut numeret omnes illas preces, quæ ascendunt; & omnia illa verba Legis, de quibus tractatur nocturnô tempore, cùm exurgit aquilo, & nox fit media. col. 441.

13. Qui ex ore suo profert verbum aliquod non necessarium, & qui polluit os suum, vel aliàs peccat coram Domino suo, nec convertitur vera pœnitentia; illius preces non accipiuntur, donec pœnitentiam egerit. col. 448. [conf. Matth. 12. v. 36. *Dico autem*

autem vobis: quod omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.]

14. De excellentia precum, & de decem primis, qui in Domo precum sive Synagoga conveniunt. col. 448.

15. Quàm acerbum sit supplicium illius, qui intermittit & cessat inter tredecim illas laudes formulæ illius יִשְׁתַּבַּח à verbis illis שִׁיר וְשִׁבָחָה usque ad verba בָּרְכוּ col. 233.

16. Tredecim præcepta dantur in verbis illis Deut. 6. v. 5. *Et diliges Dominum Deum tuum*; usque ad verba v. 9. *Et in portis tuis.* col. 286.

17. De numeratione dierum manipuli, & quare eandem stando fieri oporteat: quodque mulieres ab illa sint liberæ. col. 319.

18. Encomium & excellentia illorum, cum Deus in Synagogam advenit, & ibi invenit decem, & quanta pœna sequatur, si non inveniat decem. col. 290.

19. De septem Benedictionibus in copulatione Sponsi & Sponsæ recitatis vid. col. 299. & in Genesin col. 157.

20. In formula Benedictionis, quæ recitatur super copulatione novorum Conjugum, quæ incipit: *Qui creavit gaudium & latitiam &c.* decem enarrantur species Gaudii. col. 300.

21. De precibus, quæ sedendo funduntur cum tota materia precum vide col. 315.

22. Nomen Dei celebrandum esse quàm optimè, & vero magnoque amore super illo meditandum: item de mysterio & sanctitate Lectionis: Audi Jisraël &c. & quâ ratione quis tradere seipsum debeat Deo totum. col. 387. & 388. [Conf. Rom. 12. v. 1. *Obsecro vos, fratres, per misericordiam DEI, ut exhibeatis corpora vestra (i. e. vos ipsos) hostiam viventem.*]

23. Quicunque comedit & bibit illotis manibus, & sine Benedictione desuper recitata, de eo intelligendus est locus: Lev. 19. v. 26. *Non comedetis super sanguine:* & ille accusatur in supernis, ac si esset præstigiator & augur. col. 386. [Conf. Matth. 15. v. 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, cum panem manducant.*]

24. Dantur præfecti quidam, qui accipiunt illas preces, quæ emittuntur ab his, qui Dominum suum ritè sanctificare nôrunt. Et deinde alii quoque dantur præfecti, qui preces illorum accipiunt, qui sanctitatem nominis Divini non deprædicant, prout decet: & utræque preces simul uniuntur. col. 444.

25. Oratio requirit attentas cogitationes & propositum Spiritûs liberum, & pronunciationem verborum. col. 448.

26. In Oratorio sive Synagoga faciendæ sunt duodecim fenestræ. col. 450.

27. Locus ille: Ezech. 1. v. 8. *Et manus hominis sub alis eorum &c.* sic explicatur, ut per manus has intelligatur officium accipiendi preces Jisraëlitarum, easdemque introducendi, per omnes portas supernas. col. 468.

28. Homo quotidiè tenetur cibum à Deo petere, quamvis cibos jam habeat in domo sua. col.109.110.

29. Non abeundum est in campum ad peragendas preces, sed extruendum est Oratorium sive Synagoga pulchra cum omnibus requisitis fenestrisque angustioribus. col. 105. [Conf. Luc.7.v.5. *Et Synagogam ipse ædificavit nobis.*]

30. Summopere monendus est homo, ut cautus sit circa preces pomeridianas, & magnâ devotione super illis meditetur. col.464.

31. Quare necessarium sit, speciatim enarrare peccata sua; cum tamen omnia manifesta atque nota sint coram Deo. col. 70.

32. Necesse est, ut homo elevet manus suas tempore orationis suæ, non verò extra hoc tempus. col.118.

33. Oratio pauperis citissimè suscipitur.col.154.

34. Ratio elegans, quare dicamus è Ps 69,14. *Et ego oratione mea ad te Domine &c.* Vid.col.164. Idemque latiùs deducitur sectione Truma. col. 278.

35. Qui se non incurvat, sive genua flectit in recitatione formulæ Modim: [cujus verba sunt hæc: Confitemur tibi, quod tu sis Dominus, Deus noster, & Deus Patrum nostrorum in seculum & in sempiternum &c.] non resurget in æternum.col.178. [conf. Phil.2.v.9. *Ideò & Deus illum superexaltavit & donavit illi nomen super omne nomen. Ut in nomine Jesu* (& non amplius in nomine, sive mentione facta Patrum) *omne genu flectatur*, (quando recitatur Oratio Confessionis:) *cœlestium:* (i.e.animarum in Paradiso superno degentium;) *& terrestrium* (i. e. hominum in terra degentium;) *& infernorum*, (i.e. animarum in Paradiso inferiore consistentium:) *& omnis lingua confiteatur;* (dùm dicitur in Ecclesiis: Confitemur tibi &c.) *quod Dominus Jesus sit Messias, in gloriam Dei Patris.* (Unde patet, quod formula hæc Modim, in primitivis Ecclesiis sic recitata fuerit: Confitemur tibi, quod tu sis Dominus Deus noster, & Pater Domini nostri Jesu, qui est Messias, in seculum & in sempiternum &c. & quod in ista Confessione flexa fuerint genua, ritu antiquo. Hæc enim formula est è numero octodecim benedictionum, quæ non sunt de recentioribus Judæorum precibus sed antiquissimi jam instituti.]

36. Ratio, quare verba illa, Amen, sit nomen ejus magnum &c. dicantur linguâ Chaldaicâ, videatur col.229.

37. Ratio, quare solitarius Hymnum angelicum, Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. in formula illa: &c. ובא לציון dicere possit: cum in aliis formulis, in quibus verba hæc occurrunt, requirantur decem ad minimum.col.229.

38. Nos in recitatione Hymni istius sanctificatorii plus præstamus quam Angeli ministratorii col. 229.

39. De oratione nocturna; quod sit res arbitraria. Et quare formula illa; והוא רחום & ipse misericors est, &c. recitetur diebus profestis; non autem in Sabbatho. Et sic etiam illud: שומר עמו ישראל לעד אמן, & custodit populum suum Jisraël in æternum, Amen. col.230.

40. Egregia explicatio illorum verborum: Et immutat tempora, & ordinat stellas, &c. col.131. & col.134.

41. Quan-

41. Quantum ſit præmium illius, qui primus accedit in Oratorium ſive Synagogam. Ubi ſimul ſit objectio, è dicto illo Sapientum: Deum cum in Synagogam venit & non invenit decem, iraſci. ad quam reſpondetur per ſimile. col. 232.

42. De acerbiſſima illius pœna, qui in Oratorio ſive Synagoga garrit. col. 233. [confer Matth. 21. v. 12. 13. *Et intravit Jeſus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo: & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas everſit, & dicit eis: Scriptum eſt: Domus mea domus orationis vocabitur; vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum.*]

43. Quanta ſit vis Canticorum & precum Jiſraëlitarum; & quomodo tres Hierarchiæ Angelorum ſupernorum ad cantica & preces Jiſraëlitarum deſtinentur. col. 233.

44. Ratio, quare ebrius orare non debeat. col. 273.

45. De oratione, & quo ordine accipiatur; & quod debeat eſſe tacita. col. 354.

46. Sex præcepta circa preces obſervanda, quæ dependent ab ore. Primum; Timendum eſſe DEUM benedictum: cum dicimus ea, quæ de ſacrificiis agunt; & cantica. Secundum, benedicendum eſſe Sanctiſſimo nomini Divino; cum dici debet formula: יִשְׁתַּבַּח; Laudetur nomen tuum &c. Benedictus ſis tu, &c. qui vivis in ſecula. Item, Benedictus ſis tu &c. qui formaſti lucem &c. Tertium; Eundem amandum eſſe; cum accedimus ad formulam, Amore magno &c. Quartum; deprædicandam eſſe Unitatem DEI, cum accedimus ad Lectionem: Audi Jiſraël &c. Quintum; A Sacerdotibus benedictionem pronunciandam eſſe ſuper populo. Sextum; tradendam eſſe DEO animam, prono corde, cum procidimus in faciem, & dicimus; è Pſal. 25, 1. Ad te Domine animam meam levabo. Vid. col. 362.

47. Certum eſt eum, qui cum attentione recitat ordinem ſuffumenti, liberari ab omni malo & ab omnibus pravis cogitationibus. col. 391.

48. Ratio, quare quotidie fiat mentio exitus ex Ægypto. col. 388.

49. De anima omnis Viventis, vid. col. 245.

50. Cum homo orat die jejunii, odor atque halitus, qui prodit ab ore ejus, omninò ſimilis eſt ſacrificio. Quodque preces inſtitutæ ſint loco ſacrificii jugis. col. 35.

51. De eo qui peccata ſua quidem ſpecialiter enarrat & confitetur, & tamen non veram agit pœnitentiam. col. 70.

52. De ordine precum, & ſuper quibus inſtituenda ſit meditatio; & de præmio ejus magno qui id obſervat. Item quod ad quemlibet cæli cardinem certi ſint præfecti ſuper preces: quodq; ad hunc cardinem converti debeat, qui precatur ut concidant oſores ejus: & ad cardinem alium, qui precatur ſuper anguſtia ſua &c. vid. col. 352. 353. & 354.

53. In formula illa, quæ incipit &c. עוזרת אבותינו Tu es auxilium Patrum noſtrorum ab æterno &c. quater inſtituenda eſt meditatio nominis אמת veritas. col. 388.

54. Duodecim ſunt membra in corpore humano, quę ad cultum divinum ipſo opere exercendum requiruntur. Et ſic quoque duodecim ſunt membra divini cultus interna, quæ conſiſtunt in ſpiritu & precibus hominis, in quibus magna latent myſteria, quæ homines ignorant. col. 352.

55. Quan-

55. Quanta sit excellentia precum, quæ fiunt cum attentione, & quo ordine suscipiantur. col. 353.

56. Admonitio seria, ut homo quotidie cum attentione recitet Canticum Maris rubri: quodque præmium ejus quasi infinitum sit. col. 95. & 96.

57. Non quilibet homo eâ pollet Sapientiâ, ut adimplere sciat voluntatem Dei Sanctissimi atque benedicti, & propterea precibus opus est. col. 166. [conf. Jac. 1. v. 6. *Si quis autem vestrûm indiget Sapientia, postulet à Deo &c.* 1. Thess. 5. v. 17. *Sine intermissione orate.* Judæ v. 20. *In Spiritu Sancto orantes vosmet ipsos in dilectione Dei servate &c.*]

58. In Psalmo 145. [qui secundum ordinem Alphabeticum conscriptus est,] semper altera pars versiculi incipit à litera Vav, excepta litera נ & litera פ; quarum una denotat peccatum, & altera est media vocis שקר i. e. mendacium: unde etiam duæ hæ literæ non inveniuntur inter nomina tribuum. col. 315.

59. Admonitio seria, ut cum attentione recitentur preces. col. 112. fol. 28.

60. Mentionem faciendam mixturæ suffimenti, omni tempore vespertinô & matutinô, ante omnia Cantica & Laudes. col. 392. 393.

61. In omni Benedictione digiti elevandi sunt sursum. col. 372.

62. Qui complet numerum denarium in Synagoga, tantundem habet præmii, ac cæteri novem: ad instar Numerationis ultimæ, quæ perficit decadem Divinæ Emanationis, eamque totam in se includit. col. 153.

63. Historia de quodam, qui desiliit de tabulato ædium, ut interesset recitationi Hymni Angelici: *Sanctus &c.* col. 293.

64. Sex gradus esse debent in suggesto, è quo prælegitur Lex Divina; & liber Legis gradus est septimus. col. 369.

DOMUS PRECUM
è dictis in
LEVITICUM.

1. Qui non numerat numerum manipuli (inter festum Paschatos & Pentecostes,) non dicitur purus. col. 187.

2. Quamvis Jisraëlitæ sint in exilio, ita ut quasi separati sint à Deo: nihilominus Sanctissimus ille Deus atque benedictus maturat adventum suum in Synagogam. col. 3.

3. Prius homo sese exhilaret in Lege, & deinde fundat preces suas. col. 11. & 12.

4. Cautiùs recitandam esse Orationem pomeridianam; additâ simul ratione. col. 115.

5. Jisraëlitæ vocantur filii & Servi Dei: quicunque enim Deum Sanctissimum atque benedictum tantùm cognoscit generaliter, ille vocatur Servus: qui verò eundem novit specialius, vocatur Filius, sicut filius accuratè novit, & perquirit omnia secreta patris sui. Inter preces autem assumenda est tàm filii quàm servi qualitas. Vide de his prolixiùs col. 216. [Conf. Rom. 8. v. 14. 15. 16. *Quicunque Spiritu Dei aguntur. hi sunt filii Dei:*

Non

Non enim accepiſtis Spiritum ſervitutis iterum in timore: ſed accepiſtis Spiritum adoptionis: in quo clamamus Abba Pater. Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit Spiritui noſtro, quod ſumus filii Dei. Gal. 3. v. 26. *Omnes filii Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu.* Gal. 4. v. 6. 7. *Quoniam autem eſtis filii Dei, miſit Deus Spiritum filii ſui in corda veſtra, clamantem: Abba Pater. Itaque jam non amplius eſt ſervus, ſed filius. Quod ſi filius & hæres per Deum, Dei per Chriſtum.*]

6. Qui linguam habet maledicam, illius precatio non intrat ante conſpectum Dei ſanctiſſimi atque benedicti. col. 94.

7. Si Angelus Eccleſiæ pravus eſt, nullius valoris quoque eſt Eccleſia, cui ipſe præeſt. col. 300. [Conf. Apoc. 1. v. 20. *Septem ſtellæ Angeli ſeptem Eccleſiarum ſunt.*]

DOMUS PRECUM

è dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quicquid vocari debet nomine Precum, proferri debet labiis & ore hominis; quia quod homo cogitat & meditatur in corde ſuo, nondum dicitur verbum, niſi poſtquam prodiit è labiis. col. 503.

2. Quæ ſit differentia inter קדוש & inter קדש ſine ו. vid. 575.

3. Quod verba illa: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, reſpectum habeant ad tres mundos. col. 493.

4. Qui ad ſingulas Benedictiones reſpondet, Amen, illi aperiuntur Portæ cæleſtes, & benedicuntur ſuperni & inferni: & cum eidem opus eſt, Sanctiſſimus Deus atque benedictus ipſi omnes portas aperit, ſuperiores & inferiores, quamdiu ipſe adhuc eſt in hoc mundo: & cum anima ejus ab ipſo diſcedit, eadem defertur in Regnum ſupernum, ubi exclamant coram ea, quod dicitur Jeſ. 26. v. 2. *Aperite portas & ingrediatur &c.* Si quis autem non reſpondet Amen, coram illo occluduntur omnes hæ portæ; tandemque deferunt eum in imum habitaculum Gehennæ, quod vocatur *terra obſcuritatis:* Job. 10. v. 22; *vel duplicata:* idemque etiam vocatur *Abaddon*, ſive *perditionis locus.* Prov. 15. v. 11. col. 555. [Conf. Apoc. 9. v. 11. *Et habebant ſuper ſe Regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen exterminans.*]

5. Deus Sanctiſſimus atque benedictus, orationem pauperis præ omnibus ſuſcipit precibus; hinc ſcriptum eſt: Pſal. 102. *Oratio pauperis cum deficit angore.* Sicut dicitur: Gen. 30. v. 42. *Pecora debilia pro Labano.* Hinc quilibet ſeipſum reddere debet pauperem, cùm precaturus eſt. col. 360.

6. Qui inter preces ſuas quatuor aſſumit gradus ſequentes, ille certus eſſe poteſt, quod oratio ejus ſuſcipiatur: nimirum ſi ſit pius; pauper; ſervus; & tradens ſeipſum pro Sanctitate Nominis benedicti. col. 360. 420.

7. Cum autem ſeipſum reddit pium; ſpecialiter confiteatur peccata ſua. col. 361. [conf. Jac. 5. v. 16. *Confitemini alii aliis peccata veſtra.*]

8. Sub precibus componendi ſunt pedes, & tegendum eſt caput, & claudendi ſunt oculi &c. & qui oculos ſuos aperit ſub precibus, ille gravi mulctatur pœna. col. 494. [conf. 1. Cor. 11. v. 4. *Ubi Paulus Græcis, accommodando ſeſe ad ritum eorum patrium, de capite contrarium præſcribit.*]

9. Si quis, qui mentionem facit bonorum proximi, v. 9. liberorum ejus, vel divitiarum, vel eruditionis aut gradus ejus, eidem benedicere tenetur oculo bono, i. e. ex animo, & non oculo malo ſive ex invidiâ: multò magis benedicere tenemur DEO ſanctiſſimo atque benedicto, ex intimo cordis affectu. col. 226. fol. 57. [conf. Matth. 20. v. 15. *Non licet mihi, quod volo, facere? An oculus tuus malus eſt, quia bonus ſum?* Matth. 6. v. 23. Luc. 11. v. 34. *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit: ſin autem malus fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit.*]

10. Quid requiratur ad preces, ſive quoad opera, ſive quoad verba & os? vid. col. 232.

11. Cum Sacerdotes aſcendunt in locum illum elevatum, unde benedicere ſolent populo; Gloria divina cohabitans reſidet in digitis manuum eorum. col. 278.

12. Quare etiam prohibitum eſt illos aſpicere. col. 153. Vide plura de dignitate Loci iſtius benedictorii. col. 274.

13. Levita ille, qui Sacerdoti benedictionem pronunciaturo manus lavat, ſeipſum prius ſanctificare, i. e. manus lavare debet. col. 276.

14. Dictum illud; qui abbreviat, abbreviabitur: ſic exponitur; qui breviter reſpondet Amen, illius vita abbreviatur in hoc mundo. col. 307.

15. Dictum illud; qui abbreviat, prolongatur; ſic exponitur: qui brevi raptu pronunciat literam Aleph in voce אחד, Lectionis, Audi Jiſraël &c. illius dies annique prolongantur. col. 307.

16. Quicunque non inflectit corpus & genua ſua ſub recitatione Formulæ, מודים Confitemur &c. è corpore ejus fit ſerpens. Qui in Synagogam ingreditur, quaſi duas occupaturus portas, is adhæret Domino ſuo. Qui ſpeculatur ſuper effectu orationis ſuæ, procul eſt ab exauditione. col. 311.

17. Tria ſunt orationum genera: Oratio Moyſis; cui non fuit ſimilis inter Prophetas. Oratio Davidis; cui non fuit ſimilis inter Reges. *Oratio pauperis* Pſal. 102. v. 1. quæ ſuperat cæteras omnes. Et quamvis etiam ſcriptum ſit Chabak. 3. v. 1. *Oratio Chabbakkuk* &c. Hoc tamen eodem modo non exponitur. col. 360.

18. Homo tenetur ſpecialiter confiteri peccata ſua; & quamvis non omnia enarrare queat, quæ per totam vitam ſuam commiſit, quia multa oblitus eſt; nihil tamen refert: Symbolum autem hujus habemus in Inquiſitione fermenti. col. 360. [conf. 1. Cor. 5, 7. *Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio, ſicut eſtis azymi.*]

19. Antequam Jiſraëlitæ congregantur in Synagogis, Genus adverſum circumit, & præcludit omnia lumina ſuperna, ne effulgeant ſuper mundum. col. 362.

20. O-

20. Omnes in mundo homines eunt in Synagogam ut excitent divinitùs influxum aliquem: ſed pauci ſunt, qui modum iſtius exſuſcitationis ſciunt. col. 349.

21. Ter in die Pars adverſa cum Uxore ſua abeundo per mundum, circumvolitat in montibus caliginoſis: atque tunc tempus eſt orandi; quia tum temporis accuſatores abſentes ſunt. col. 362.

22. Ter in die recitare Laudem Davidis, ſive Pſalmum 145. nemo obligatus eſt; ſed bis tamen: & prima quidem vice in laudem Regis ipſius. col. 424.

23. Quicunque confitetur peccata ſua, ab illo diſcedunt judices Tribunalis, & ipſe à ſolo Deo judicatur. Imò hanc enarrationem quis etiam facere poteſt per mandatarium. Vid. col. 425.

24. Quicunque iter facturus eſt, prius componat animum ad orandum. col. 499.

25. Adhortatio ſtrenua ut homines in Synagogam properent, tam manè quàm veſperi: deque præmio illius inſigni, qui primus eſt in eâ. col. 239.

26. Cum Sacerdotes expandunt manus ſuas, homo ſedeat in timore & tremore cum ſilentio. col. 274. & col. 286.

27. Sacerdos benedicere tenetur populo in charitate & amore plurimo. Ubi ſimul narratur hiſtoria de ſacerdote quodam, qui mutatus eſt in cumulum Oſſium antequam abſolverat benedictionem; quia non benedixerat ex intimo cordis affectu. col. 278.

28. Turris ſive ſuggeſtum Synagogæ, unde prælegitur Lex divina, debet habere ſex gradus. col. 312.

29. De pœna illius, qui non ex omnibus viribus ſuis reſpondet: Amen, ſit Nomen ejus magnum. col. 405.

30. Homo inter precandum aſſumere debet qualitatem ſervi; ita ut ſub benedictionibus primis ſimilis ſit ſervo, qui enarrat laudes domini ſui; in mediis ſervo, qui præmium accipit à domino ſuo; & in ultimis, ut accipiens præmium & abiens &c. col. 410.

31. Deus Sanctiſſimus atque benedictus dixit ad exercitus ſuos ſupernos: nullas preces intromittendas eſſe in Palatium ſuum, donec in illis appareant decem requiſita, de quibus vid. col. 415.

32. Incurvatio corporis facienda eſt, cum dicitur: Benedictus &c. & elevatio fieri debet, cum profertur nomen Dei. col. 420.

33. Hominem currere debere ad preces, & ad Lectiones Sabbathinas, & ad omnia præcepta: & ſub precibus componendos eſſe pedes; elevandum cor; & demittendos oculos. col. 451. [Conf. Luc. 18. v. 13. *Nec volebat oculos ad cœlum elevare.*]

34. Oraturus coronatus eſſe debet Phylacteriis. col. 422.

34. Et internum ſimile eſſe debet ipſius externo. col. 422.

35. De præmio illius, qui in ſe ſuſcipit jugum Regni cœlorum per Lectionem Audi Iſraël. col. 436.

36. Quâ ratione ordo precum inſtitutus ſit reſpectu ſacrificiorum. col. 446.

37. Odor precum Iſraëliticarum æquiparatur Myrrhæ & thuri: tempore Sabbathi autem melior cenſetur ſuffitu omnium aromatum. col.449. [Conf. Apoc.5.v.8. *Habentes ſinguli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.* c.8.v.3.4. *Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, ut daret de orationibus Sanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei. Et aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorum, de manu Angeli coram Deo.*]

38. Quare diebus profeſtis recitetur formula: Et ipſe eſt miſericors &c. non autem die Sabathi. vid.col.450.

39. Cùm homo venit in Synagogam, ſeipſum prius purificat commemoratione ſacrificiorum &c. & quare octodecim benedictiones ſtando recitentur.col.496.

40. De aliis requiſitis iſtarum precum.vid.col.232.

41. Quicunque in Synagogam abit inſtructus eſſe debet phylacteriis capitis & brachii: quod niſi fiat, ne etiam recitet è Pſal. 5. v. 8. *Et ego in multitudine miſericordiæ tuæ introibo domum tuam.* col.506. [Conf. Matth.23.v.5. *Dilatant phylacteria ſua.*]

42. A formula: *Qui creat lucem &c.* usque ad preces octodecim oratio dicitur ſedentaria: ipſæ autem formulæ octodecim vocantur oratio ſtationaria. col 424.

43. De præmio illius, qui benedictionem recitat, ad quam quis reſpondet Amen: & quantum ſit præmium illius, qui reſpondet Amen.vid.col.517.

44. Genua flectenda eſſe in benedictionibus, cum dicimus: Benedictus: & caput inclinandum eſſe, cum dicimus Tu. col.518.

DE PENICULAMENTIS.

45. Non pauciores nectendos eſſe nodos in quolibet filo peniculamenti: nec plures quàm tredecim.col.333. [Conf.Matth.23.v.5. *Et magnificant fimbrias veſtimentorum ſuorum.*]

46. Qui non amicitur veſte fimbriatâ in hoc mundo, ille in mundo futuro veſtitur veſtibus impuris & ſordidiſſimis; plurimique lictores hominem talem corripiunt, eumque abducunt in Gehennam.col.331.

47. Veſtis, in qua non eſt peniculamentum, vocatur veſtimentum perfidorum.col. 332.

48. Quàm magnum ſit præmium fimbriarum. 500.

49. Qui è domo ſua egreditur involutus pallio fimbriatô & inſtructus phylacteriis, illum duo Angeli comitantur usque ad Synagogam: & Angelus ille noxius, qui adſtat portæ abinde diſcedit: & ipſe inſequitur veſtigia gloriæ Divinæ unà cum duobus illis Angelis; auditque benedictiones illorum, quibus ipſi benedicunt: iisque reſpondet Amen. col.332.

50. De præmio illius, qui amicitur veſte peniculata, & applicat phylacteria, & obſervat ſchedulam poſtis in porta domus ſuæ, atque ſic abit in Synagogam. Item de pœna illius, qui iſta negligit.col.506.

DE

DE PHYLACTERIIS.

51. Qui coronatur Phylacteriis, vocatur Rex hîc infra, ſicut Deus Sanctiſſimus atque benedictus vocatur Rex ibi ſupra. col. 514.

52. Tres illi nodi, qui nectuntur ſuper digito, in loro phylacterii fiunt reſpectu trium illarum vocum: Sanctus, Sanctus, Sanctus. col. 419. & 422.

53. Quàm magnum ſit præmium illius, qui applicat phylacteria. vid. col. 500.

DE SCHEDULA POSTIUM.

54. Admonitio ſchedulæ de circumſpecto uſu Schedulæ poſtium, & quomodo illa hominem dirigat in viam rectam. col. 499. it. col. 506. 507. & 509.

55. Qua benedictione benedicatur ei, qui Schedulam in poſte occultat: & de pœna illius, qui eandem negligit. col. 509. [conf. Joh. 10. verſ. 9. *Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet.*]

56. In Schedula poſtium deſcripta eſt tota ſectio Lectionis Audi Iiſraël, exceptô textu de fimbriis: cujus complemetum tunc accedit, cum homo per portam exit & intrat involutus palliô fimbriatô. col. 332.

57. Multæ catervæ ſanctæ præſtò ſunt, cùm homo ſchedulam poſti ſuæ imponit; quæ omnes exclamant ex Pſ. 118. v. 20. *Hæc eſt porta Domini, juſti intrabunt per eam.* col. 508.

58 Phylacterium brachii vocatur ſedentis: capitis autem vocatur ſtantis. vide in Geneſin col. 314.

59. De præmio illius, qui applicat Phylacteria: & de pœna ejus, qui eadem negligit. vide in Geneſin col. 331.

60. De Phylacterio brachii, quodque benedictio ſuper illud ſedendô recitari debeat juxta quosdam: vide in Exodum col. 235. v. 247. Et in Levit col. 186.

61. Neceſſe eſt, ut in Phylacteriis adhuc appareat aliquid de pilo vitulino. Rationem vide in Exodum col. 424.

62. De myſterio textuum in phylacteriis deſcriptorum. videatur in Exodum col. 280. & col. 300.

TITULUS TERTIUS.

SEMITA ELEEMOSYNARUM.

E Dictis in

GENESIN.

1. Excellentia Eleemoſynæ liberat à morte. col. 274.

2. Qui liberalis eſt erga pauperes, dignus eſt, ut mundus propter illum conſervetur. col. 282.

3. Qui non refocillat animam pauperis in hoc mundo, illius animam Deus Sanctiſſimus atque benedictus non refocillabit in mundo venturo. col. 282.

4. In omni gaudio aſſociandi ſunt pauperes: & quanta ſit pœna illius, qui hoc negli-

git unà cum historia quadam. vid. col. 35. [conf. Luc. 14. vers. 13. *Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.*]

5. Deus Sanctissimus atque benedictus homini largitur divitias, liberos & omnia bona, ut horum beneficiô impleat voluntatem Divinam: si verò per illa extollitur, iisdem quoque punitur. col. 296.

6. Cùm judicia Divina in mundo sæviunt, Deus Sanctissimus atque benedictus ei homini, quem diligit, mittit donum quoddam, id est, pauperem, ut eidem opituletur, atque benefaciat: quod si fiat, Deus hunc hominem filô quôdam sive tenui quôdam signô benignitatis signare solet; cumque judicium in mundum venit, Angelus perditor conspectô hôc signô, illum ipsum non attingit. col. 274.

7. Moris esse in terra, ut novis conjugibus donentur munera. col. 346.

8. Inter officia hospitis esse, ut faciat voluntatem patrisfamilias, quamvis aliàs ipse hospes sic agere non soleat. Exemplum autem hujus proponitur in ipso Deo, cùm hospes esset Davidis. col. 345.

9. Avari homines, qui usque adeò obdurarunt cor suum, ut thesauros sibi cumulent, & nullam dent Eleemosynam, intelliguntur in loco illo Proverb. 10. v. 2. *Non proderunt thesauri impietatis.* col. 442.

10. Nec plus laudatur, nec plus plangitur homo, quàm honor ejus fert. col. 492.

11. Qui sustentat Studiosos Legis, meretur accipere divitias hujus & alterius mundi. col. 510.

12. Cùm fames in mundo grassatur, duo eidem præpositi sunt Spiritus. Et si populi mundani aliis benefaciunt & Eleemosynas distribuunt, potentia illorum corroboratur. Si autem Israëlitæ Eleemosynas largiuntur, potentia illorum infringitur. Et certi præpositi huic pœnæ præsunt, ut quamvis comedant homines, non tamen saturentur. col. 481. [conf. Luc. 15. v. 14. *Et postquam omnia consumsisset, facta est fames valida, &c.* Item Act. 11. v. 28. *Agabus significabat per Spiritum, famem magnam futuram in universo orbe terrarum.*]

13. Quanta sit excellentia eorum, qui pacem diligunt. col. 444. 445. 446. [confer Matth. 5. v. 9. *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur.*]

14. Deus Sanctissimus atque benedictus in mundo creavit sapientes & insipientes; justos & impios; divites & pauperes sibi invicem oppositos, ut isti his benefaciant. Et vide plura de excellentia Eleemosynæ col. 458. it. col. 455. fol. 115. [conf. Hebr. 13. v. 16. *Beneficentiæ nolite oblivisci.* 1. Timoth. 6. vers. 18. *Divitibus præcipe, &c. facilè tribuere, communicare.*]

15. Qui eleemosynam largitur, non est quod metuat feras bestias, quia in illo effigurata est imago Divina, per quam dominium habet in omnia viventia. Cujus exemplum est Nebucadnezar col. 41. [conf. Colos. 3. v. 10. *Qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* 2. Cor. 3. v. 18. *Nos omnes &c. in eandem imaginem transformamur.*]

16. De

16. De excellentia illius, qui cibat pauperes. col. 376.

17 Quanta sit excellentia illius, qui ægrotum commovet, ut convertatur à peccatis suis. col. 300. [conf. Jac. 5. v. 20. *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam à morte.*]

18. Homo tenetur comitari hospitem suum: Ab ista enim deductione dependent omnia; & talis in se derivat præsentiam Divinam. col. 275. [conf. Act. 20, 38. *Et deducebant eum ad navem.* Act. 15. v. 3. *Illi deducti ab Ecclesia pertransibant, &c.* Act. 21. v. 5. *Profecti ibamus deducentibus nos omnibus, cum uxoribus & filiis usque foras civitatem.*]

19. Hospes laudandus est, (non verò extenuandus.) col. 243.

SEMITA ELEEMOSYNÆ.

è dictis in

EXODUM.

1. Qui convivam invitat, cum illo etiam conversetur, & non cum alio. col. 82. [conf. Luc. 7. v. 44. *intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: osculum mihi non dedisti: oleo caput meum non unxisti.*]

2. Certi quidam præfecti præsunt, & inspectionem habent super illos, qui consolantur pauperes, vel afflictos corde suo: item illos, qui ambulant in via præceptorum, & qui misericordiam exercent erga mortuos: & mentionem eorum faciunt, ut efiguretur forma ejus in supernis, & ipse introducatur in mundum venturum. col. 449 [conf. Matth. 25. v. 34. 35. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, &c.*]

3. Certi quidam Præfecti inspectionem habent in eos, qui visitant pauperes, illosque edocent, quomodo inquirere debeant in opera sua, & converti verâ pœnitentiâ: talis enim quasi fit curator ejus & advocatus, ut eundem eripiat à judicio. col. 108. & 449 [conf. Matth. 25. *Ægrotavi & visitastis me.*]

4. Qui miseretur pauperis, & nummos suos erogat in Eleemosynam, & in Sabbatha atque festa; eidem DEUS Sanctissimus atque benedictus hæc omnia retribuit dupliciter: quasi nimirum pecuniam suam mutuò dedisset Domino, sicut scriptum est: Eccles. 8. vers. 15. *Et ipse mutuò dabit ei in labore suo.* col. 458.

5. Si quis pauperem ad mensam suam assumat, & verba Legis inter cibos contempletur; illa mensa dignum eum reddit, ut particeps fiat mundi omnium summi: & duo Angeli veniunt, & duabus benedictionibus benedicunt ei. col. 274. [conf. Luc. 14. v. 13. *Sed cùm facis convivium, voca pauperes.*]

6. Benefaciendum esse pauperibus de mensa nostra. vid. col. 298.

7. De magno præmio illius, qui libenter erogaret Eleemosynam, & observaret præcepta, quamvis in potestate ejus non sit. Item de eo, qui consolatur pauperem, & hortatur ægrotum, ut convertatur. col. 444. 449. 450.

8. Pauper,

8. Pauper, qui ad hominem aliquem accedit, donum est Regis cœlestis: quare hic hilari vultu eundem suscipere tenetur: & Deus Sanctissimus atque benedictus ipsi hoc, imputat, quasi hunc hominem de novo creasset. col. 347.

9. Homo tenetur pauperi frusta panis frangere in conspectu ejus, ne ille erubescat juxta illud: Jes. 58. v. 7. *Nonne frangere debes esurienti panem tuum.* col. 347. idque facere debet de pane proprio, & non de injusto, vel rapto: qui enim hoc facit in causa est, ut peccatorum ejus fiat commemoratio. col. 347.

10. Qui ab alio quicquam accipit, vocatur domus respectu illius, qui dat. col. 5.

11. Quàm magnum sit opus Eleemosynarum cum multis historiis huc pertinentibus. vid. col. 108.

12. Multa genera ciborum supernorum dantur pauperibus & ægrotis & studentibus in Lege, è loco omnium summo. col. 108. & 109.

13. Sunamitis appellatur mulier excellens, quia cum gaudio excepit hospitem suum, & pecuniam pro illo erogavit. col. 76.

14. De Excellentia Eleemosynæ videantur plura col. 108.

15. Spiritus prodeuntes de latere sinistro, accedunt ad hominem, & impediunt manus ejus, ne Eleemosynas eroget, & benefaciat. col. 114.

SEMITA ELEEMOSYNÆ.

E Dictis in

LEVITICUM.

1. De dignitate & excellentia Eleemosynæ vid. col. 219.

2. Homo erogare debet Eleemosynam, & non dicere: Si hoc nunc erogo, quid faciam cras. col. 213. Ubi simul narratur historia.

3. Qui miseretur pauperis, pacem largitur Ecclesiæ Israëlis, cumulatque benedictiones supernas. col. 210.

4. Qui multa contribuunt fisco studiosorum Legis, illorum præmium transcendit super caput ipsorum. col. 94.

5. Quousque pertingat excellentia & meritum Eleemosynæ. col. 220.

6. Cum annonæ caritas est in mundo, & pauperes plorando & clamando invocant Deum Sanctissimum atque benedictum, hic animitùs miseretur eorum. Væ autem divitibus illius temporis! Deus enim vel pestem in mundum mittit, vel famem majorem. col. 12.

7. Qui satisfacit animæ pauperis, illius animæ Deus iterum satisfacit, vel ipso tempore discessus ejus è mundo. col. 154.

8. Cùm affluentia & benedictio in mundo est, homo studeat Eleemosynis & beneficiis. col. 69.

SEMITA

SEMITA ELEEMOSYNÆ.

E Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. De excellentia Eleemosynarum porrò vid. col. 292.

2. Magna est vis pacis. col. 335.

3. Qui consolari vult lugentem, priùs meditari debet, ut verba inveniat pro fundando solatio. col. 336.

4. Si Discipulus Sapientum moritur, alii studiosi Legis divinæ congregari debent in locum illum, ubi ille solitus fuit studiis suis incumbere dum viveret. col. 404.

5. Cùm quis convivium apparat, ne negligat ad illud quoque vocare pauperes: quod nisi faciat, Satanas ipsum propterea accusat, & pœna ejus magna admodum est. col. 484. & col. 487. & 488.

6. Locus ille Exod. 5. v. 16. *Palea non datur, &c. otiosi estis, &c.* exponitur de divitibus, qui nolunt erogare Eleemosynam. col. 290. [conf. Luc. 15. v. 21. *Erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ante januam divitis ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat.*]

TITULUS QUARTUS.

PORTA POENITNTIÆ

è Dictis in

GENESIN.

1. Kain expulsus de superficie terræ, quæ אדמה dicitur; dejectus est in locum terræ infimum, qui vocatur ארקא. col. 176.

2. Cùm Adam protoplastes peccasset, ablatus ipsi est Liber ille, qui antehac ipsi traditus erat è cœlo. Abiit igitur & flevit, & consedit in flumine Gichon, donec caput ejus situm contraheret & scabiem: atque tunc Deus ipsi misit Raphaëlem, qui sanavit eum; & redditus ipsi est Liber ejus. col. 178.

3. Adam Protoplastes residet ad portam Paradisi, gaudetque cum Justis & pœnitentibus; quia & ipse conversus est à peccatis suis. col. 200. [conf. Luc. 15. v. 7. *Dico vobis, quod gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem justis, &c.*]

4. Adam Protoplastes transgressus est totam Legem ab Aleph, usque ad Tav. Deinde autem convertebatur, initium faciendo à duabus ultimis literis Alphabethi, quæ sunt שׁ ת, in voce תשובה seu pœnitentia; usque ad primas, quæ sunt ב א. Atque sic literæ Alphabethi erant inversæ, donec Deus sanctissimus atque benedictus traderet Legem in monte Sinai, & inciperet per אנכי, in voce אנכי Ego &c. vid. col. 178. & 179. [confer Apoc. 22. v. 13. *Ego sum* Α *&* Ω, &c.]

5. Lachrymæ illę, quas demisit Esav coram Patre suo, demiserunt Israëlitas in exilium: atque hinc cum lachrymis isti redibunt in terram suam; sicut scriptum est: Jer. 31. v. 9. *Cum fletu venient, & cum miserationibus faciam adducere eos.* col. 341.

6. Justi non nisi post longum temporis intervallum & de gradu in gradum perveniunt ad desiderium suum, Deum nempe Sanctissimum atque benedictum: qui convertuntur autem, & pœnitentiam agunt, simul & semel. col. 307. [conf. *quæ de regeneratione Joh. 3. v. 5. & de resuscitatione dicuntur Rom. 6. v. 4. 1. Cor. 6. v. 14. Col. 2. v. 12. 13. quæ propriè loquendo intelligenda sunt de instantanea illa Conversione.*]

7. Initium justorum est dolor, sed finis, tranquillitas. Impiis autem contrarium accidit. col. 396. [conf. 2. Thess. 1. v. 7. *Justum est apud Deum retribuere vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum, in revelatione Domini JESU de cœlo, cum angelis virtutis ejus, in flamma ignis, dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi.*]

8. Deus Sanctissimus atque benedictus retardat iram suam erga impios, ut pœnitentiam agant atque convertantur: Vel ut ex illis prodeat stirps quædam sancta. col. 329. [conf. Rom. 2. v. 4. *An divitias bonitatis ejus &c. contemnis? ignorans, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te invitat.*]

9. Ærumnæ dulces sint homini. col. 408. [conf. Rom. 5. v. 3. *Gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, &c.* 2. Cor. 7. v. 4. *Repletus sum consolatione, superabundo gaudiô, in omni tribulatione nostra.*]

10. Quare justi quidam pluribus ærumnis premantur quàm alii justi. col. 408.

11. Qui traditur in manus inimici, difficilius eripitur quàm ex aliis periculis. col. 417. [conf. Joh. 18. v. 36. *Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset, ministri mei utique decertarent, ne traderer Judæis.*]

12. Deus Sanctissimus atque benedictus affligit justos, ut dominium habeat anima ipsorum: cùm enim corpus in statu sanitatis est, Anima non dominatur. col. 330.

13. Quanta sit excellentia Conversionis: quodque animanda sit Concupiscentia bona adversus pravam: [conf. Gal. 5. v. 17. *Spiritus concupiscit adversus carnem.*] Item quod meditanda sit dies mortis, ut ambulemus in via recta. Singulis quoque diluculis homo consideret in corde suo, quod testes contra ipsum constituti sint, qui testimonium contra ipsum perhibeant: quodque singulis horis vel ipsa anima ejus testis sit contra eum. Si igitur auscultat, bene est; sin minus libri aperti sunt, & opera ejus ibidem consignantur. col. 477. [conf. Rom. 9. v. 1. *Veritatem dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto.* Apoc. 20. p. 12. *Et libri aperti sunt, & liber alius apertus est, qui est vitæ.*]

Qui cupit, ut peccata sua aboleantur precibus & lachrymis, ille priùs cessare debet ab omnibus peccatis prioribus. Sicut scriptum est Thren. 3. v. 40. *Scrutemur vias nostras.* col. 483. & col. 70.

15. De afflictionibus justorum, vide plurima col. 408.

16. Qui

16. Qui pœnitentiam agit & convertitur, hunc ſtabiliet DEUS Sanctiſſimus atque benedictus in mundo hoc & in mundo venturo. col. 417.

17. Anima ipſum hominem admonet, ut convertatur verâ pœnitentiâ, dum adhuc vivit in hoc mundo, qui unico ſaltem quaſi oculi ictu durat. col. 261.

18. De dicto illo Sapientum: Qui incipit purificari, eundem adjuvant col. 299. & col. 302.

19. Dum nondum ſuſcipit conſolationem ſuper impiis, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus; locus eſt pœnitentiæ: ſed cum accepit conſolationes, locus non ampliùs eſt pœnitentiæ. col. 183.

20. De excellentia pœnitentiæ videatur quoque col. 307.

PORTA POENITENTIÆ

è Dictis in

EXODUM.

1. Scriptum eſt Pſal. 34. v. 16. *Oculi Domini ad juſtos.* Et tamen videmus multis juſtis ne tantum quidem alimenti ſuppetere, quantum eſt corvis. col. 404.

2. Cùm homo ægrotat, judiciô Legis ſuperni judicatur: & Angelus quidam omnia peccata conſcribit, quæcunque ille fecit, eademque proponit DEO Sanctiſſimo atque benedicto. col. 452.

3. Cùm dicitur Ezech. 1. v. 8. *Et manus hominis ſub alis eorum:* ibidem intelliguntur miniſtri illi, qui ſuſcipiunt pœnitentes, eosque introducunt in omnes portas ſupernas. col. 468.

4. Quanta ſit excellentia mercesque illius, qui paupertatem ſuam lubenti animô in ſe ſuſcipit, nec obloquitur providentiæ ſupernæ. col. 210.

5. Quod pauper habeatur pro mortuo. col. 210.

6. Jejunium hominis majoris æſtimatur, quàm ſacrificium. col. 210. [conf. Act. 13. v. 2. *Miniſtrantibus autem illis Domino, & jejunantibus dicit &c.*]

7. De dignitate pœnitentiæ. col. 267.

8. Omnia dependent à Converſione & à precibus: multoque magis ſi quis lachrymas profundat orando. col. 19.

9. De dicto illo: Juſtum perire in juſtitia ſua propter peccatum generationis illius. col. 68.

10. Si homo objurgationem & afflictionem cum amore ſuſcipit, hôc ipsô viam ſibi ſternit introeundi in mundum venturum. col. 293. [conf. Luc. 24. v. 26. *Nonne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam?*]

11. Finis dependet à pœnitentia: ubi ſimile datur de filio Regis nimiô ſale conſpergente cibos ſuos. col. 329. 330. 331.

12. Gratum eſt juſtis, ſi pluribus gradatim fracturis confringantur propter ſanctitatem

ctitatem nominis Divini. col. 347. [conf. Gal. 5. v. 24. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* c. 6. v. 13. *Per Christum mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*]

13. Homo contemplari tenetur opera sua, & converti ad Dominum suum, antequam veniat tempus ejus, ubi non amplius converti poterit. col. 349. & 350. [conf. 1. Tim. 4. v. 16. *Attende tibi.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis.* Matth. 6. v. 1. *Attendite, ne eleemosynam &c.*]

14. Quod magni æstimetur pœnitentia vid. col. 189. & 190.

15. Quod morbi infectantur justos atque pios, id non provenit de parte mali, quia scriptum est: Esa 53. v. 10. *Et Dominus voluit contundere eum morbo.* col. 338.

16. De dicto illo: Portas lachrymarum non occludi. col. 401.

17. Quatuor Angeli præfecturam habent super eum, qui peccat coram DEO Sanctissimo atque benedicto, & non agit pœnitentiam, ut eundem excommunicent, & increpent: imò nocturnô etiam tempore, cum anima ejus ascendit, eadem foras expellitur. col. 448.

18. Quare justo cuidam bene, cuidam autem malè sit. col. 208. & col. 17.

19. Israëlitæ non agunt pœnitentiam, nisi tempore calamitatis. col. 81.

20. Quâ ratione homo per jejunium, quasi sacrificet adipem & sanguinem suum superigne. col. 35.

21. Duo sunt palatia: in uno præfectus est Angelus quidam illis, qui sibi proposuerunt pœnitentiam agere, sed morte præventi sunt: & in altero Angelus præfectus est illis, qui in vita sua conversi sunt. col. 391.]conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.*]

PORTA POENITENTIÆ.

E Dictis in

LEVITICUM.

1. De dignitate pœnitentiæ vid. col. 125.

2. Cùm mundus in tribulatione est, abire debent in cœmeteria, secum illuc deportantes librum Legis, in quo nullus sit error, ut ibidem pœnitentiam agant cum jejuniis & precibus. Cum Historia quadam. col. 127.

3. DEUS Sanctissimus atque benedictus supplicia retardat erga impios, si fortè converterentur pœnitendo. col. 95.

4. Quotidiè homo sacrificium offerre potest adipis & sanguinis sui. col. 13. [conf. Rom. 12. v. 1. *Obsecro vos, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, &c.*]

5. Ob meritum conversionis exibimus ab exilio. col. 37.

6. Quomodo DEUS Sanctissimus atque benedictus consilium inierit cum conversione, dum crearet hominem. col. 125.

7 Qui in facie sua signatus est nævis & plagis malignis, hæc velut signa peccati habet; & istis non datur nomen castigationis amorosæ. col. 80. & 135. it. 136.

8. Qui

8. Qui dolore tangitur ſuper morte juſtorum, ab illo tolluntur peccata ejus. col. 102. [Conf. Luc. 23. v. 48. *Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora ſua, revertebantur.*]

9. Cùm homo peccat bis vel ter, & non redit converſus, eidem in publico propalantur peccata ejus, & proclamatio fit ſuper illo. col. 193. [Conf. Matth. 18. v. 17. *Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.*]

10. Cùm homo quidam peccat coram Domino ſuo, qui aliàs juſtus eſt, tàm ſuperi quàm inferi illud contegunt. col. 193. [conf. 1. Pet. 4. v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.*] Et projiciunt peccata ejus in profundum maris Michæ 7. v. 19. Atque hinc mos inolevit, ut die Novi anni ad flumina & ſtagna aquarum abeant, dicendô verſiculum iſtum. *Et projicies in profundum maris omnia peccata eorum.*

11. Cùm homo contegit peccata ſua, nec eadem confitetur coram Rege Sanctiſſimo, eidem non aperiuntur portæ Converſionis. col. 33. [conf. Actor. 5. v. 8. *Dic mihi mulier, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam tanti.*]

12. Admonitio ut homo revertatur verâ converſione: quoniam mundus iſte in judicio creatus eſt: omnique die, cùm homo exit è domo ſua, ipſe ſanè ignorat, an ſit rediturus: vel ſi conſidet, ignorat, an ſit exiturus. col. 51. [conf. Jac. 4. v. 13. *Ecce nunc, qui dicitis: Hodie aut craſtinô ibimus in illam civitatem &c. qui ignoratis, quid erit in craſtinum.*]

13. Cùm polluitur homo peccato ſuo, in ipſo reſidet Spiritus impuritatis, donec purificetur. col. 98. [conf. Tit. 1. v. 15. *Coinquinatis & infidelibus nihil eſt mundum, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia.*]

14. Locus ille Lev. 6. v. 4. *Cum peccaverit & deliquerit & reddet &c.* ſic exponitur: Si quis peccaverit & correctus fuerit converſione, ſicut dicitur Num. 5. v. 8. *Delictum redditum Domino* &c. col. 163.

15. Converſio nominatur vita. col. 164. 165. & 166. [conf. Luc. 15. v. 32. *Quia frater hic tuus mortuus erat, & revixit.*]

16. Dives majori expiatione atque lytro opus habet, quàm pauper: quia cor ejus elatum eſt; non autem cor pauperis. col. 12.

17. De dignitate pœnitentium & converſorum vide plura col. 24. & 25.

18. Si homo quidam incedat viâ perversâ, oculi Domini vagantes per omnem terram, faciem ejus ſignant nævis & characteribus quibusdam; deque eo proclamationes fiunt in omnibus mundis in deterius. Per converſionem autem iterum tolli poſſunt iſta ſigna. col. 135. & 136. Ubi ſimul narratur hiſtoria de tali, cui ſignatum erat in facie ſua, quod peccator eſſet; qui deinde pœnitentiam agebat cum lachrymis & corde contrito, & ſanabatur à nævis iſtis.

19. Quandoque homini denegatur converſio. col. 135.

20. Multæ ſunt ſpecies Converſionis, alia aliam ſuperans. col. 165.

21. Ad locum illum: *Quem diligit Dominus, illum redarguit.* Prov. 3. v. 12. col. 222.

22. Qui inter jejunandum quieſcit tempore Sabbathi, illius decreta judicialia reſcinduntur in ſeptuaginta annos. Cum ſimili de Rege. col. 204.

23. Jejunium conducit, ſi quis ſomnium vidit terribile. vid.col.176.

PORTA POENITENTIÆ

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Cùm convertuntur juſti perfecti & mediocres & impii, ſimiliter fit, ac ſi vaſa Paſchalia eluuntur, quædam aquâ frigidâ, quædam tepidâ, quædam fervente.col.289.

2. Juſtus, cùm in adverſitate verſatur, ſimilis eſt ligno, quod accenditur, ſique flammam non edat ſatis claram, agitare ſolent illud & concutere, unde flamma deinde prodit pulchrior. Eôdem enim modô res ſe habet cum corpore, è quo non clarè ſatis prodit lux animæ. Et hæc de juſto. Impius autem in tribulatione ſua blasphemias evomit & contumelias. Unde *juſtus probari* dicitur Pſal.11.v.5.col.319.

3. Debilitas corporis eſt robur animæ, quod probatur è loco Eſth.5,1. *Et die tertia Eſther ſe induit regno.* col.348.

4. Melius eſt, ſi homo accuratè inquirat in opera ſua, antequam cum ipſo incipiat judicium cœleſte: tunc enim longè difficillimum eſt, illud ipſum cohibere.col.235.

5. Cùm homo in hoc mundo ambulat & agit, quod ſuum eſt, & peccat coram Domino ſuo, tunc finis iſtius operis ejus eſt judicium. Si autem convertitur verâ converſione, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus eundem iterum recipit. col. 336. [Conf. Hebr 9.v.27. *Statutum eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem judicium.*]

6. Homo convertatur verâ converſione in hoc mundo, quia poſt mortem ejus nihil ipſi prodeſt quicquam. Singulis igitur noctibus computum ineat operum ſuorum, antequam cubitum eat: & ſi quædam invenit pravè facta, pœnitentiam agat, & confiteatur, & miſericordiam exoret à Domino ſuo.col.338.

7. Lepra ex undecim cauſis originem habet, ut ſunt inceſtus; falſum teſtimonium; furtum; convitiatio; perjurium; oculus pravus ſive invidia; amotio terminorum; pravæ cogitationes; ſeminatio litium inter fratres; ſi judex pervertat judicium; & blasphemia. col.381.

8. Qui orat pro remiſſione peccatorum; prius ipſum peccatum aboleat; atque tunc precetur. col.483.

9. Homo convertatur pœnitendo in juventute ſua, antequam cortex pravæ concupiſcentiæ in ipſo obdureſcat; quia tunc durities vix cedit loco: ad inſtar nucis aridæ, è qua cortex difficilius amovetur.col.414.

10. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus tribulationibus affligit Jiſraëlitas: quia ſi in judicium venire debeant coram Deo, inter cæteros populos, Deus ipſis vix poſſet parcere, propter Samaëlem accuſatorem. Hinc illô tempore eidem commonſtrat tribula-

bulationes illas, quas jam ſuſtinuerunt. col.368. Et huc pertinet illud Jerem. 30. v. 11. & cap.46.v.28. *Et caſtigabo te pro judicio.*

11. Qui verè convertitur, tenetur mutare nomen, mutare locum, & mutare opera. col.400. [Conf. Apoc. 2. v.17. *Dabo illi novum nomen ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit.* 1. Tim. 2. v. 10. *Promittentes pietatem per opera bona.* Eph. 2, 10. *Creati in Chriſto Jeſu in operibus bonis.*]

12. Quare Juſti affligantur tribulationibus: cum Simili. col.400. & 401.

13. De dicto illo: Quod juſti moriantur propter peccatum illius generationis. Item quod dolores juſtorum expient peccatum generationis: unà cum ſimili de Phlebotomia in brachio inſtituta. col.402. & col.28.

14. Quandoque morbis affliguntur homines, quia numerare debuiſſent hanc vel illam ſummam pecuniæ: quâ erogatâ ſanantur. col.570.580.

15. De præmio illius juſti, qui ſimul abripitur propter peccata generationis. col. 402.

16. Etiam perfectè juſti deſcendunt ad inferos, & exinde efferunt multos homines, converſos quidem pœnitentiâ, ſed morte præventos ante ſatisfactionem. col. 405. [Conf. 1. Pet. 3. v. 17. 18. *In quo & his, qui in carcere erant ſpiritu veniens prædicavit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant &c.*]

17. Egregia explicatio dicti illius Pſal. 51. v. 19. *Sacrificia Dei Spiritus contritus.* col. 443.

18. De juſto, qui adverſitatibus agitatur. col.319.

19. Dives, qui afflictionibus & doloribus oneratur, vocatur pauper. col.522.

20. Cùm homo peccatum aliquod committit, adverſarius ille, qui ipſum accuſat, non ſtatim in cœlum aſcendit, ſed expectat, an forte pœnitentiam agere velit. col.512.

21. Omne opus malum, quod homo perpetrat, deſcriptum manet coram Deo Sanctiſſimo atque benedicto, donec homo ille convertatur verâ pœnitentiâ. col.523.

22. Homo qui peccat, non poteſt reſtituere animam ſuam, niſi quoad id, in quo deliquit. col.398.399.

23. Cùm Jiſraëlitæ verâ converſione convertentur ad DEUM Sanctiſſimum atque benedictum, ob meritum Legis congregabuntur ab exilio, & redibunt in Terram Sanctam. col. 515.

TITULUS QUINTUS.

ORDO JUDICII

è Dictis in

GENESIN.

1. Quamvis decretum fiat divinitùs, ſive in bonum ſive in malum; DEUS tamen Sanctiſſimus atque benedictus illud ipſum rurſus immutat, propter opera hominum. col.283.

2. In-

2. Interdum juſtus quidam in omni opere ſuo perfectus propterea moritur, quia DEUS Sanctiſſimus atque benedictus novit, quod poſtmodum peccaturus ſit. col. 181.

3. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus non exercet judicium in impios, donec prius conſilium capiat cum animabus juſtorum. col. 265.

4. DEUS hominem bonis cumulat, ut per illa voluntati Creatoris ſui ſatisfaciat: & ſi ſuperbit propter illa, iisdem quoque punitur. col. 296.

5. Cùm homo prehenditur propter peccata ſua, quamvis deinde liberetur intuitu bene meritorum ſuorum, tamen accuſator ille eundem non dimittit, niſi ipſi locô hujus tradatur impius quidam alius. Et huc pertinet illud Hiob. 33. v. 24. *Invenī expiationem.* col. 97.

6. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus revelat myſteria ſua juſtis, ne impii excuſationem habeant: quia non puniuntur, niſi priùs moneantur. col. 275.

7. Interdum DEUS Sanctiſſimus atque benedictus pœnas impiorum retardat, donec moriantur juſti illius generationis. col. 181.

8. Ratio, quare multi impii è morbis ſuis reconvaleſcant, quandoque hæc eſt, quia adhuc ſemen bonum ex iis proditurum eſt. Vide rationes plures col. 477.

9. Deus Sanctiſſimus atque benedictus non exercet judicium in impios, donec impleta ſit menſura illorum omnium. Quia difficile eſt, judicare hos, & liberare illos. col. 286.

10. De juſtis morientibus propter peccata generationis; vide col. 407. [conf. Joh. 11. v. 49. *Expedit nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Ad Rom. 4. v. 25. *Qui traditus eſt propter delicta noſtra.* cap. 5. v. 6. *Chriſtus pro impiis mortuus eſt.* 1. Cor. 5. v. 7. *Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus.*]

11. Jizchak Patriarcha notum in mundo fecit, quod judicium ſit atque judex. Et hanc ob cauſam ubique dicitur, quod Jizchak ſeſe applicuerit ad metrum judicii. col. 214. & col. 241.

ORDO JUDCII

è dictis in

EXODUM.

1. Attributum miſericordiæ convertitur in attributum judicii per opera impiorum. col. 111.

2. Seſſiones judicii inſtiduendas eſſe manè, non autem poſtquam homo comedit atque bibit. col. 215. [Conf. Joh. 18, 28. *Adducunt Jeſum ad Caipham: Erat autem manè.*]

3. Admonitio ad judices, ut primò incipiant à benè meritis. col. 462. & 463.

4. Attributum judicii Divini comparatur cum roſa rubra, cujus aqua eſt alba. Item attributum judicii quaſi rubicundum eſt, & mutatur in album, i. e. in miſericordiam. col. 34.

5. Duæ

5. Duæ rationes, quare DEUS retardet iram ſuam erga impios in hoc mundo. col. 401.

6. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus nulli creaturæ ſuum præſcindit præmium. Et hæc eſt ratio, quare regnum Jismaëliticum tamdiu dominetur. col. 56. [Conf. Matth. 10, 42. *Et quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ &c. non perdet mercedem ſuam.*]

7. Satanæ creditur deferenti quæcunque opera hominum ſingulorum; non verò plurium. col. 58.

8. Nunquam DEUS Sanctiſſimus atque benedictus voluntatem imputat pro facto, niſi in Idololatria. Videatur ratio col. 63.

9. Tres ſunt, qui judicant ſine teſtibus: Moſcheh; Schlomo; & Meſchiach. col. 133. [Conf. Joh. 5. v. 22. *Neque enim judicat Pater, ſed omne judicium dedit Filio.* Act. 17. v. 31. *Statuit diem, in quo judicaturus eſt orbem in æquitate, in viro, in quo ſtatuit.*]

10. Conceſſum eſt judici, furtim & callidè expiſcari circumſtantias facti litigantium: ut re ſic inveſtigatâ, ſententiam ſtatuere poſſit veram. col. 166.

11. Cautiſſimum eſſe debere hominem in exercendo judicio, cò quod in illo conſiſtant omnia. Vid. col. 217.

12. Quandocunque judicia exercentur erga mundum, Angelus mortis ibidem ſemper præſtò eſt. col. 407. [Conf. Apoc. 9, 11. *Et habebant ſuper ſe Regem, cui nomen Hebraicè Abaddon.*]

13. Juſtus è mundo tollitur propter peccata generationis; vel quia DEUS prænovit, illum non fore conſtantem. col. 17.

ORDO JUDICII
è dictis in
LEVITICUM.

1. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus ſellam judicii locat illâ ipſa horâ, cum Judices conſident. col. 155.

2. Permiſſum & præceptum eſt judicibus, exploratores conſtituere, in provincia, qui inquirant in opera mala, & illa coram judicibus referant. Quia DEUS diligit judicium, & ſuper eo mundus conſiſtit. col. 191.

3. Cum decretum malum decernitur erga mundum, triginta diebus hoc ipſum ſuſpenditur, donec DEUS Sanctiſſimus atque benedictus illud notificet juſtis. col. 162.

4. Si Deus Sanctiſſimus, qui benedictus ſit, exactè expoſceret hoc ipſum, quod illi debetur, mundus ne unicô quidem momentô ſubſiſtere poſſet. col. 222.

5. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus quàm exactiſſimè procedit cum juſtis ad pili usque ſubtilitatem. Cum hiſtoria huc pertinente de R. Pinchas, filio Jair. col. 62.

6. Certi præfecti quotidiè per mundum oberrant, qui observent opera hominum, venientesque referant ea coram Rege Sancto. col. 401. Et id quoque tribunalia terrena observare debent.

7. Mors justorum est expiatio seculi. col.100. [conf. Matth.20 v.28. *Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis.* 1.Tim.2, 6. *Christus dedit seipsum redemptionem pro omnibus.*]

8. Quotidie circa horam sacrificii pomeridiani DEUS Sanctissimus atque benedictus judicat omnes transgressores præceptorum Legis.col.115. [conf.Matth.27.46.*Circa horam nonam clamabat Jesus.* Luc.23.v.44. *Et tenebræ factæ sunt usque in horam nonam &c. Et clamans Jesus expiravit.*]

9. Singulis diebus tribunalia sublimia aperiri jubentur: exceptâ vesperâ dici expiationis.col.139.

10. Cum dictum sit ob tres causas famem in mundum venire: quæ omnes tamen reperiuntur in divitibus: quæritur quare tunc divites superstites maneant; pauperes autem moriantur? col.12.

11. Quamvis pauperes interdum propositum habeant peccandi: ob crucem tamen suam & miseriam domesticorum suorum hoc ipsis non imputatur. ibid.

ORDO JUDICII

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. DEUS Sanctissimus atque benedictus justos assumit in mundum venturum, ut protegant mundum istum: quoniam & ipsi sunt de mundo hoc. col. 65. [conf. Hebr. 2, 17. *Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex in Divinis ad expiandum peccata populi.*]

2. Propter justos & pueros Scholam frequentantes conservatur mundus, & DEUS benedictus illos è mundo tollit, cùm puniturus est populum.col.38.& 402.

3. Nisi judicium & supplicia reperirentur in mundo, homines non studerent in Lege, nec observarent mandata Domini sui, prout decet. col.339.

4. Judicium durissimum exercetur mensibus Juniô, Juliô & Decembri. col. 330.

5. Cum pars quædam litigantium judicem quendam metuit, ne scilicet propter odium aliquod antiquum ipsi adversetur; judex ille surgere debet; & discedere ab illo judicio. Quod nisi faciat, vocatur vir protervus & impudens.col.380.

6. Illo tempore cum judicium mundo imminet, hic protegitur per justum aliquem istius generationis. Ubi quomodo hoc fiat, explicatur per simile de Rege quodam &c. col.337.

TITU-

TITULUS SEXTUS.

PORTA CASTITATIS & SANCTITATIS

è Dictis in

GENESIN.

1. De pœna illius, qui obſcœna loquitur, ut in eo naſcantur laſcivæ cogitationes ad committendas pollutiones fornicationis. col. 31. [conf. 1. Cor. 15. v. 33. *Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Eph. 4. v. 29. *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat.*]

2. Parentes ſponſæ eandem introducant in ſponſi propria [conf. Johan. 16, 32. *Ut diſpergamini unusquisque in propria.* cap. 19, 29. *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in propria.*] col. 138.

3. Quilibet homo reperiri debet ut mas & fœmina [contractô ſcilicet matrimoniô:) & cum peregre abiturus, uxoris loco ſibi ſociare debet Præſentiam Divinam, per preces & pia vota. col. 139. [conf. 1. Cor. 7. v. 2. *Propter fornicationem unusquisque ſuam uxorem habeat, & unaquæque ſuum virum.*]

4. Ratio, quare homo viſitare debeat uxorem ſuam peregrè abiturus & è via redux. col. 139.

5. Atque ſic quoque nocte Sabbathinâ & nocte Baptizationis. col. 160.

6. Qui ritè obſervat tempus elongationis uxoris ſuæ; cum illo interea copulatur Gloria Divina, donec purificetur uxor ejus. col. 160.

7. Quandocunque quis tempus eſſe ſcit copularum, hilari admodum ſit animô. col. 160. 140.

8. Non datur benedictio & ſocietas DEI Sanctiſſimi atque benedicti, niſi ubi contractum eſt matrimonium: quia mas & fœmina ſimiles ſunt cœlo & terræ. col. 178. [conf. Eph. 5, 23. *Vir caput eſt mulieris, &c.* Et v. 31. *Et erunt hi duo in carnem unam. Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico de Chriſto & de Eccleſia.*]

9. Nihil datur in mundo, quod DEUS Sanctiſſimus atque benedictus majori zelô proſequatur, quàm debitum fœdus Divinum in perpetua conſervandi ſanctitate. col. 202. [conf. 1. Theſſ. 4, 4. *Ut ſciat unusquisque vas ſuum poſſidere in Sanctificatione & honore: non in paſſione deſiderii.*]

10. DEUS Sanctiſſimus copulat matrimonia, atque tunc dicitur ædificare mundos. col. 245.

11. Populi gentiles non dominati ſunt in Jiſraëlitas, niſi poſtquam hi neglexerunt denudationem fœderis. col. 251.

12. Panis ille, quem comedit improles, vocatur panis mœſtorum: ſed cum alicui liberi ſunt, panis ejus vocatur Panis lætitiæ. col. 420.

13. De pœna illius acerbiſſima, qui ſemen ſuum profundit inaniter, quod Deus avertat. col. 421.

14. Si quis nudus concumbit cum uxore ad lumen lucernæ, in liberos exinde natos intrat spiritus malignus, & epileptici fiunt: vel strix illa Lilith in eos intrat, eosque occidit. col.42.

15. Quanta sit dignitas signi circumcisionis, & fœderis sancti: & quantâ pœnâ afficiatur ille, qui negligit sanctificationem ejus: (per castitatem.) Cum enim Adam Protoplastes in hoc transgressus esset, DEUS sanctissimus atque benedictus jam destruere volebat mundum; nisi respexisset id, quod Jisraëlitæ susceperi essent Legem. col.179.

16. Generatio diluvii multa quidem perpetrabat scelera; delicta tamen ejus non consummabantur, donec sanguinem profunderent inaniter. Quid autem per hoc intelligitur? quod nempe juxta Gen.6.v.12. *Omnis caro corrumperet viam suam super terram.* col.182.

17. Quandocunque Jisraëlitæ fœdus sanctum castè custodiunt, nullus populus vel Lingua in illos dominari potest. col.201.

18. Id quod dixerunt Sapientes nostri bonæ memoriæ! Circumcisum non descendere in Infernum: intelligendum de eo casu, si egregiè caverit, ne fœdus suum pollueret. col.250.

19. Cum amor mariti excusciatur erga uxorem, & desiderium hujus erga illum; ex hinc nascitur filius, qui continet duos gradus. Quare quilibet seipsum sanctificare debet, tempore copulæ. col 246. & col.229.

20. Cum homo è via redux est, magnopere cavere debet, ne aspiciat mulieres: quia calor itineris in ipso prædominatur & parum abest, quin dominium in ipsum obtineat prava concupiscentia. col.273.

21. De pœna illius, qui improles moritur: quod Deus avertat. col. 483.

22. Qui Legis est studiosus, & omnia opera sua peragit in honorem Dei sanctissimi atque benedicti; & non habuit liberos: vel si habuit, & mortui sunt: vel si ipse est sterilis: Ille magnam tamen habet portionem in mundo venturo. col.420. & 421.

23. Quomodo, cum Deus matrimonia jungat; quædam tamen adeo eidem dicantur difficilia, ac fissio maris rubri. col.184.

24. Cautissimè observandum esse signum fœderis sancti: deque pœna illius, qui illud polluit. col 507.

25. Fœdus constans atque sanctum (circumcisionis scilicet) vocatur Opus manuum ejus; & opus manuum nostrarum. col.31.

26. Qui negligenter observat fœdus circumcisionis, idem facit, ac si dirueret altare. Qui verò (vera castitate) conservat illud, idem agit, ac si altare constitueret. col 201.

27. De dicto illo: Quædam matrimonia tam difficilia esse, atque fissio maris rubri. Item; quod dicitur: Cavendum, ne alius quidam ipsi præveniat in amore. Item, an alius hic non habeat consortem? col.248.

28. Mundus non nisi super his consistit qui dominantur spiritui (seu affectui) suo: prout fecit Joseph justus. col. 268. [conf. Rom. 6. v. 12. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.*]

29. Qui

29. Qui fœdus ſanctum ritè cuſtodit, & obſervat præcepta Legis, vocatur Juſtus: & cùm benedictiones deſcendunt, eædem quieſcunt ſuper capite ejus: & ab illo benedictiones iſtæ derivantur in liberos ſanctos atque probos. col. 373.

30. Quanta ſit dignitas illius, qui fœdus ſtabile atque ſanctum legitimè conſervat atque ſtabilit. Et quanta ſit pœna illius, qui facit contrarium. col. 424.

31. Non alio loco quieſcit benedictio, quam ubi mas & fœmina matrimonio juncti ſunt. Quod probatur exemplo Jacobi Patriarchæ; ſuper quo pax. col. 378.

32. Uxorem ducendam eſſe in juventute tenera. col. 422.

33. De pœna illius, qui ſemen inutiliter profundit. col. 422.

34. De dignitate illius, qui ſtudioſus eſt prolificationis & multiplicationis: & de pœna illius, qui præceptum illud negligit. col. 39.

35. Ubicunque celebratur circumciſio, ibi Elias præſtò eſt, quatuor volatibus: cui propterea locanda eſt ſella, his verbis clarè prolatis: Hæc eſt ſella Eliæ; quod niſi quis dixerit; Ipſe illuc non accedit. col. 40. & col. 251.

36. De præmio illius, qui caſtè cuſtodit fœdus ſtabile atque ſanctum: quodque propterea particeps fiat mundi venturi. col. 188. & col. 189.

37. Qui moritur improles, quamvis aliàs multis polleat benè meritis, non tamen videt faciem Adami protoplaſti, qui conſidet ad portam Paradiſi. col. 200. & col. 245.

38. Fœdus circumciſionis æquiparatur toti & univerſæ Legi. col. 438.

39. Ratio, quare prohibitum ſit cohabitare uxori, illis annis, cùm annonæ caritas & fames dominantur. col. 450.

40. Cum Pater profert filium ſuum ad fœdus circumciſionis, Deus Sanctiſſimus atque benedictus totam aulam ſuam cœleſtem congregat, &c. & Elias advolans, quatuor volatibus illuc accedit: hinc ſella ibidem collocanda eſt. Ubi hic deinde aſcendit & teſtimonium perhibet coram Deo benedicto. col. 251.

41. Cùm circumciditur infans, adſtantes dicere tenentur è Pſal. 55. v. 5. *Beatus, quem elegiſti, & appropinquare feciſti, &c.* Deque pœna illius, qui id non dicit. col. 253.

42. Pater circumciſi hilaris eſſe debet per totum diem illum, quod præciſum ſit præputium filii ſui. col. 254.

43. Qui liberos generat in hoc mundo, meretur intrare intra Velum mundi venturi. col. 288.

44. Qui ſeipſum ritè ſanctificare novit in hoc mundo; cùm filium generat, è cœlo in illum derivat Spiritum Sanctum: & tales vocantur filii Dei. col. 311. [conf. Joh. 1. v. 12. 13. *Quotquot receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios DEI fieri, his, qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex DEO nati ſunt.*]

45. De pœna illius, qui fœdus ſanctum polluit mulieribus alienis: filius enim, qui ab illo naſcitur, immundus eſt duplici impuritatis genere. col. 312.

46. Quicunque impedit concubitum legalem, de eo Scriptura dicit, quod concubuerit cum uxore proximi ſui. col. 400.

47. Mulier illa, quæ duobus nupsit in hoc mundo, restituitur primo. col. 100. [conf. Matth. 22. v. 27. *Novissimè omnium & mulier defuncta est.*]

48. Fœdus circumcisionis vocatur Altare. col. 201.

49. Quæritur, quomodo intelligendum sit dictum illud Jesch. 60. v. 21. *Et populus tuus omnes justi, &c.* Cum tamen multi sint impii in illo? Nimirum ex eo, quod circumcidantur die octavâ: & fœdus circumcisionis vocatur sacrificium perfectum. col. 200.

50. Quindecim genera incestus recensentur Levit. 18. respectu duarum literarum Tetragrammati יה : & adhuc sex alia, vid. col. 148.

51. Præceptum est homini ut cum zelo amet uxorem suam, veroque amore cordis copuletur cum ipsa: nec oculis suis sectetur alias. col. 516.

52. Qui fœdus stabile atque sanctum castè custodit, dignus evadit, ut ab ipso generentur Reges atque dominantes: vel ipse evadit Rex. Quod nos docent exempla Josephi & Boasi. col. 251.

53. Fœdus sanctum non stabilitur, donec quis uxorem ducat, & illud loco debito inferat. col. 252.

54. Qui offert filium suum ut intret in fœdus, idem præstat, ac si obtulisset omnia mundi sacrificia. Et hinc præputium mandatur terræ: ac si altare terreum adesset. col. 253. 254.

55. Benjamin vocatur Justus, quia custodivit fœdus stabile atque sanctum. col. 356.

56. Cum pudore instituendam esse copulam maritalem, propter duos illos angelos, ad dextram & ad sinistram homini assistentes, qui sunt cupido boni, & cupido mali. col. 378.

57. Ubicunque instituitur copula legalis, ibi reperitur Gloria divina cohabitans. Et qui hanc copulam impedit, in causa est, ut Gloria divina tollatur è mundo. col. 400.

58. Qui improles moritur, non ingreditur intra velum, donec frater ejus ipsum liberet è manu Angeli perditoris. Quam ob causam hic vocatur Redemptor. col. 420.

59. Ratio, quare Elias ubique adsit locis illis, ubi circumcisio celebratur: quia nimirum ipse descendit è mundo masculino. col. 456 fol. 115.

60. Nullus est peccator in mundo, cui non concedatur pœnitentia, præter illum, qui semen inutiliter profudit. col. 467.

61. Qui habitat sine uxore, illi non cohabitat Præsentia Divina. col. 483.

PORTA CASTITATIS ET SANCTITATIS,

E Dictis in

EXODUM.

1. Fœdus sanctum vocatur janua corporis.

2. Tempore concubitûs instituendas esse meditationes sanctas. col. 18.

3. Tres sunt, qui Gloriam Divinam cohabitantem è mundo expellunt: qui concumbit cum menstruata: qui concumbit cum Syriaca (seu Gentili): & præ cæteris ille, qui infantem occidit in utero matris (i.e. qui abortum causatur. col. 4.

4. Capi-

4. Capita populi in qualibet generatione puniuntur, quia non impediunt illos, qui rem habent cum Syriacis (ſive Gentilibus) & illi hoc ſciant. col. 4.

5. In exilio Babylonico Iſraëlitæ duxerunt uxores alienas: & propterea DEUS Sanctus atque benedictus nulla ipſis exhibuit miracula. col. 10.

6. Filius probus, qui generatur ab impio, laudabilior eſt patre. col. 80.

7. In dicto illo Jobi 3. verſ. 2. *Et nox dixit: Conceptus eſt vir*: Intelligitur Gabriel. col. 18.

8. Cujus ſemen reprobum eſt uſque in tertiam generationem, ab iſtius poſteris non facilè recedet improbitas. col. 132.

9. Propter dignitatem fœderis ſancti, Iſraëlitis oſores ſui ſubjiciuntur. col. 219.

10. De præmio illius, qui cuſtodit fœdus ſanctum: quodque pœna transgreſſoris in hoc genere ſit gladius. col. 45.

11. Qui non timet DEUM ſanctiſſimum atque benedictum, in puncto fœderis ſancti, eundem planè non timet. col. 45.

12. In mundo venturo è bello Gog & Magog nemo ſuperſtes erit, niſi qui fuerit circumciſus, & fœdus ſtabile atque ſanctum cuſtodit. col. 101.

13. Tempus copulæ diſcipulis Sapientum eſt Nox Sabbathica; & quidem præcisè poſt mediam noctem; neutiquam verò ante meſonyctium. Ratio hujus videatur col. 241. Vid. etiam fol. 28. col. 112.

14. De pœna acerbiſſima illius, qui cum uxore ſua concumbit præter viam naturalem. col. 465. 466.

15. Hiſtoria de quodam, qui duxerat uxorem Idololatricam: cujus proſapiam cum inquiſiviſſent, inventum fuit quod ipſe filius mulieris Idololatricæ, & pater ejus è ſemine rejecto natus fuerit. col. 79.

16. Qui uxorem ducit alienigenam, circa illum ſunt præfecti quidam, qui ſeipſos transformant in formas illarum mulierum, quibus ipſe polluit fœdus ſanctum: cumque ex hoc mundo abit, illi ipſi coram eo præcedunt, eumque polluunt. col. 476.

17. Certi quidam præfecti ſunt, qui in Gehennam detrudunt eum, qui non cuſtodit fœdus ſanctum. col. 481.

18. Cùm DEUS ſuppliciis mundum affligere cogitat, certi quidam Angeli conſtituti ſunt, qui ſanguinem circumciſionis ante Deum apportent: quô factô decretum illud rigoroſum mox reſcinditur. Item quomodo fœdus circumciſionis accuſationem convertat in apologiam. col. 459. [confer Hebr. 12. v. 24. *Et ſanguinis adſperſionem melius loquentem, quam Abel.*]

19. Certi quidam Spiritus conſtituti ſunt ſuper eum, qui præputium filii ſui circumcidere impedit. col. 481.

20. Non falſificandum eſſe fœdus ſanctum. col. 158. 155.

21. Certus quidam præfectus conſtitutus eſt nomine פתוי, qui perſuadet homini, eumque ſeducit, ut intueatur pudenda, & res illicitas. Cumque hic moritur, ille ad ipſum intrat in ſepulchrum, & confringit oculos ejus, quia ipſius ſunt. col. 575.

22. Adhuc

22. Adhuc alii præfecti constituti sunt super illos, qui semen suum emittunt vel inutiliter; vel in brutum; vel in mulierem Dei alieni. col. 456.

23. Duo dantur Angeli, quilibet præpositus duodecim millibus præfectorum. [conf. Matth. 26. v. 53. *Et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum:*] Et omnes illi lachrymas profundunt super eo, qui divortium facit cum uxore sua legitima, propter septem illas benedictiones, in copulatione super illa exsuscitatas, jam verò non conservatas. col. 458. conf. Matth. 19. v. 9. *Quicunque dimiserit uxorem suam nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*]

24. De dignitate illius, qui custodit fœdus stabile atque sanctum. col. 106.

25. De denudatione circumcisionis. col. 106.

26. Propter denudationem signi sancti meriti sunt Israëlitæ panem cibumque accipere cœlestem. col. 108.

27. Cum circumciditur filius cujusdam, vocatur altare expiationis: cui nomen est; *Dominus signum meum* Exod. 17. v. 15. col. 117.

28. Cavendum esse, ne quis ducat viduam, præsertim si jam nupta fuerit duobus. col. 183.

29. De matrimonio primo & matrimonio secundo, videatur col. 180. & 183. it. col. 194. & 199.

30. Qui circumcisus est, & custodit fœdus sanctum, vocatur justus. col. 40. & col. 105.

31. Prohibitum est, inspicere pudenda propria & aliena. col. 117.

32. Ratio, quare matrimoniô secundô juncti continuò altercentur. Quia nimirum Spiritus ille, quem maritus prior reliquit in uxore, adversatur illi Spiritui, quem in eam introduxit maritus secundus: unde perpetua altercatio: & illa semper mentionem facit prioris mariti. col. 172. 182.

33. Mulier, cui moritur maritus, si non nubit viro alii, hôc ipsô beneficium & rem gratam præstat marito priori. col. 122.

34. Cum hominem judicant in mundo altero, inter opera ejus inquirunt, an etiam vitiaverit signum illud stabile atque sanctum: item de pœna illius acerbissima, qui signum hoc stabile atque sanctum non servavit purum; nisi plenè fuerit conversus. col. 384.

35. Cum mulieri cuidam moritur maritus, quamvis ille non fuerit verus ejus consors; & deinde verus illius compar eam quidem desiderat, illa verò eidem nubere renuit: illa propterea non punitur. Huic autem viro destinatur uxor alia. Sed levirum admittere ex præcepto tenetur. col. 183.

36. Cùm circumciditur infans, incipit vocari homo: & cùm studet in Lege, meritò demum vocatur homo. col. 153.

37. Si quædam mulier non accuratè observat dies indumentorum suorum alborum; vel si se baptizaverit, & non indicaverit marito suo, ut saltem ipsi incommoda creet; cum ipsarem habent stryges & maligni Spiritus. col. 197.

38. Ob

38. Ob dignitatem fœderis circumciſionis Iſraëlitis ſubjiciuntur hoſtes ſui, ut occupent hæreditates eorum. col. 219.

39. Sponſæ præparandum eſt conopeum nuptiale pulcherrimum, in honorem ſponſæ alterius, quæ accedit & ibi quieſcit. Sicut in Circumciſione locanda eſt ſella fœderis, ut in illa quieſcat fœderis Angelus. col. 299.

40. Mulier gentilis & Idololatrica, quamvis fiat proſelyta; debitè tamen non legitimatur; eamque homo omninò vitare debet: quia difficile eſt, inquinamentum illud everrere. col. 156.

PORTA SANCTITATIS ET CASTITATIS

E Dictis in

LEVITICUM.

1. Quòcunque tempore populus congregatur ad præſcindendum præputium infantis, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus totam familiam ſuam cœleſtem congregat, eidemque hoc notificat. col. 76. [conf. Luc. 12. v. 8. *Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei.*]

2. Pater infantis meditationem inſtituere debet ſuper circumciſione, ac ſi obtuliſſet ſacrificium. col. 76.

3. Quicunque approximat uxori alteri præter ſuam, idem facit, ac ſi ſerviret duobus dominis; [id eſt, Diis] col. 78. [conf. Matth. 6. v. 24. *Nemo poteſt duobus dominis ſervire.*]

4. In muliere inveniuntur quinque ſpecies ſanguinis puri, & quinque ſpecies ſanguinis impuri; & qui his caſibus transgreſſor eſt, idem facit, ac ſi transgrederetur Decalogum. col. 57.

5. De dicto illo; hominem non ſatisfeciſſe præcepto de fructificatione & multiplicatione, niſi genuerit filium & filiam. col. 58. Vid. quoque col. 157. & 414.

6. Qui approximat uxori alii præter ſuam, quamvis illa ſit ſoluta, illius pœna magna eſt: & difficile eſt, ut admittatur ad converſionem. col. 78.

7. Cùm quis cogitationes habet de uxore proximi ſui, & deinde rem habet cum uxore propria, illius liberi, qui hinc generantur, vocantur Dii fuſiles. col. 172.

8. Non præficitur homini Spiritus cœleſtis, donec circumciſus eſt. col. 174. it. fol. 33. col. 130.

9. Illâ horâ, cùm copula exercetur hîc infra, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus formam quandam demittit in ſimilitudine hominis, &c. Et ſi homini concederetur facultas illam videndi, tunc videret imaginem ſupra ſe adſtantem: & hæc vocatur Spiritus tertius. col. 199.

10. Quicunque ſeipſum ſanctificat hîc infra, illum ſanctificant ſupra. col. 53.

11. In quo non invenitur ſignum ſanctum (circumciſionis,) cum illo non inſtituenda eſt ſocietas, nec gaudendum cum eo: imò prohibitum eſt eidem aperire verba Legis Divinæ. col. 130. & 131. [conf. 1. Cor. 5. v. 11. *Nunc autem ſcripſi vobis non commiſceri cum*

fratre, qui est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi ne cibum sumere. 2. Thess. 3. v. 6. *Denunciamus vobis fratres, in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè.*]

11. Uxor resecare debet omnes crines & ungues, qui ipsi creverunt in diebus impuritatis suæ. col. 142.

13. Prava concupiscentia magis suscitatur in homine circa libidinem, quàm circa actus illicitos alios. col. 25.

14. De ordine copulæ conjugalis. col. 147.

15. Homo non vocatur homo integer, nisi in copula sua conjugali. col. 147. & 157.

16. Quicunque vitiat signum hoc sanctum, dignus est, ut eradicetur è mundo. col. 350.

17. Conjunctio maris & fœminæ vocatur Unum. col. 158. [conf. Matth. 19. v. 6. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro.*

18. Antequam mulier ter fuerit prægnans, non absoluta est fructificatio ventris ejus. col. 161.

19. De dignitate fœderis sancti: unde etiam Iismaëlitis, quamvis in illis sit tantùm pars una istius signi, non verò signum totum, Deus Sanctissimus atque benedictus concedit partem terræ sanctæ, per omne tempus exilii nostri. col. 179.

20. De dicto illo; *Si mulier sementaverit, & pepererit masculum*, Levit. 12. vers. 2. col. 33.

21. Cùm homo copulatur cum uxore sua in Sanctitate & puritate, in illum è supernis derivatur Spiritus quidam sanctus. col. 75.

22. Pro præputio parari solet vasculum cum pulvere terræ, ad implendum dictum illud: Gen. 3. v. 15. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* col. 76.

23. Locus ille, ubi non invenitur mas & fœmina, dignus non est ut videat faciem Præsentiæ Divinæ. col. 105. & col. 65.

24. Omnes animæ creatæ sunt androgynæ: & si homo dignus est, ipsi destinatur vera compar ejus. col. 75.

25. Qui uxorem habet, in qua non est timor Domini Benedicti, ille non vocatur magnus. col. 5.

26. Qui non est uxoratus, non pertinet in genus Adami, nec dignus est Benedictione. col. 5.

27. Homo non vocatur integer, nec nomine Adam, donec genuerit filium & filiam. Deque pœna illius, qui non contrahit matrimonium, & moritur. col. 9.

28. Qui descendit ab impuro semine, tandem detegitur coram omnibus. col. 204.

29. Sacerdos, qui non habet comparem suam, arcetur à cultu. col. 275.

30. Si vir quidam descendit è latere dextro; ipse dominium habet in uxorem suam; quia

quia & ipſa venit è latere dextero. Sed ſi ipſe venit de latere ſiniſtro; illa dominatur ipſi; quamvis & ipſa de eodem ſit latere: quoniam mas & fœmina de uno latere deſcendunt. col. 76.

31. Tempore copulæ conjugalis componendus eſt animus piis meditationibus, ut liberi generentur ſancti. col. 99.

32. De temporibus ſtudioſorum Legis, quod eſt de veſpera Sabbathi in veſperam Sabbathi. col. 108.

33. Sub mediam noctem, vel poſt noctis medium congredi ſolent plebeji & idiotæ: ſed tempus Diſcipulorum Sapientum eſt à nocte Sabbathina in noctem Sabbathinam. col. 146.

34. Si mas & fœmina ſe ipſos ſanctificant tempore miniſterii lecti, major eſt laus fœminæ, quàm viri. fol. 37. col. 148.

35. De dicto illo Sapientum noſtrorum bonæ memoriæ; Si mulier maritum alliciat ad negotium legale, ex illis progenerantur liberi virtuoſi. col. 79.

36. Sanguinem circumciſionis DEUS ſanctiſſimus atque benedictus cuſtodit: & cum judicia ſtatuenda ſunt ſuper mundo, hunc ſanguinem intuetur; mundumque liberum dimittit. col. 22.

PORTA SANCTITATIS atque CASTITATIS

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Juſti, qui cum uxoribus ſuis, quæ ſteriles ſunt, tamen copulantur, generant animas præſelytorum. col. 318.

2. Cum mulier ſe ipſam purificat pro marito ſuo, abſcindat ungues ſuos cum ſpurcitie illorum, & aliquid de capillis capitis ſui: & hæc omnia convolvat & abſcondat in foramine quodam occulto atrii ſui, ubi non tranſeunt homines. col. 460.

3. De matrimonio primo & ſecundo: & quare moriatur maritus primus. col. 550.

4. Mulier quam verecundiſſima eſſe debet, ita ut ne unicum quidem pilum capitis ſui denudet: niſi mala quam plurima cauſari velit tam ſupra quàm infra: & marito ſuo liberisque ſuis in ſpecie paupertatem. col. 239. & 287.

5. Homo tenetur alloqui uxorem ſuam ante concubitum; quia fieri poſſet, ut ſuccuba ipſi quædam illius loco ſubſtituta eſſet. col. 537.

6. Admonitio ſeria, ut quilibet caveat, ne ſemen ſuum permiſceat cum familiis rejectis. col. 438.

7. Cum Juſtus magno zelo conſervare conatur ſanctitatem Domini, circa fœdus ſanctum, Patriarchæ mundi eidem ſeſe aſſociant: & DEUS avertit iram ſuam. col. 439.

8. Quotiescunque Achaſverus voluit congredi cum Eſthera, hujus loco ipſi ſubſtituta fuit ſuccuba. col. 533.

9. Encomium atque excellentia illius, qui fœdus ſanctum ritè cuſtodit. col. 313.

10. Nulla laus quam quis coram DEO habere queat, huic ſimilis eſt, quæ eidem

tribuitur, qui fœdus ſanctum legaliter ſervat: Deus enim ſanctiſſimus atque benedictus illius quotidiè meminit. col. 314. & 315.

11. De Leviratu, rationes elegantiſſimæ. col. 317.

12. Qui fœdus ſanctum non legaliter obſervat, idem eſt ac ſi non eſſet circumciſus. col. 350.

13. Præputium deponendum eſt in vaſe cum pulvere terræ. col. 478.

14. Mulier tollere debet omnem capillum ſuum cum matrimonio jungitur cum marito ſuo. Et propterea nullam ipſa habet barbam. col. 241.

15. De pœna illius, qui vitiat ſignum fœderis ſancti, illudque immittit loco alieno. col. 508.

16. De pœna illius, qui ſemen ſuum inaniter educit; vel coit cum menſtruata; vel cum filia Dei alieni. col. 451.

17. Matrimonia cur adeò difficilia dicantur Deo, atque fiſſio maris rubri. col. 550. in fin.

18. Nulla in tali quieſcit benedictio, qui maſculus eſt ſine fœmina; quia ipſe dimidium tantùm corpus eſt. col. 573.

19. Qui vitiat fœdus ſanctum, ſeipſum vitiat: & illi liberi, qui hinc naſcuntur, vitiati ſunt ſupra & infra. col. 551.

20. Quandoque moritur homo hanc ob cauſam, ut vir quidam alius ducere queat uxorem ejus. col. 550.

21. Præſentia divina non quieſcit ſuper tali, qui non init matrimonium: & multò magis ſi ſacerdos ſit, quia hi cautiores eſſe debent, quàm omnis populus. col. 275.

22. De copula corporea quæ in hoc mundo fit: & de copula animarum mundi illius: quodque hæc fiat ſub noctem mediam. col. 318.

23. Mulier antequam nubit, vocatur filia hujus vel illius: contracto autem matrimonio eadem vocatur אשה uxor. col. 330.

24. De diſcalceatione vid. col. 343.

25. Qui ritè cuſtodit fœdus ſanctum, liberatur in ſupernis & hîc infra. col. 437.

26. Qui ſtabile conſervant fœdus ſanctum, merentur filios accipere ſanctos. col. 495.

Sequuntur Loca quædam, ob analogiam materiæ ad hunc Titulum relata.

1. Ratio arcana, quare homo anno ætatis ſuæ decimo quarto obligatus ſit obſervare præcepta. col. 225. in princip.

2. Homo cum abſolvit annum ætatis ſuæ decimum tertium, eſt filius hominis. Cum autem abſolvit annum vigeſimum, tunc filius eſt DEI Sanctiſſimi atque benedicti. Qui ipſum alloquitur è Pſ. 2. v. 7. *Filius meus es tu; ego hodie genui te.* col. 175.

3. Homo tredecim annorum vocatur filius diei. In Exodum col. 201.

TITU-

TITULUS SEPTIMUS.

OPUS MENSÆ

è Dictis in

GENESIN.

1. Homo bibere tenetur poculum benedictionis, ut dignus evadat benedictione supernâ. col.274. [conf.1.Cor.10,16.

2. R. Jebha senex, quamvis habuisset quod ederet, non tamen accubuit, antequam illud petiisset è domo Regis, per preces.col.442.

3. Poculum benedictionis vocatur Rosa. col.17. [conf. Marc.14. v.23. *Et acceptô calice gratias agens, dedit illis &c.*]

4. Raf Hammenuna poculum benedictionis non dedit alii, nisi illud prius prehendisset dextrâ.&c. vid.col.525.

5. Sinistra non debet juvare dextram in actu poculi benedictionis col.360.

6. Ratio quare panis in mensa esse debeat, cum dicitur benedictio cibi. col. 244.

7. Discipulus Sapientum qui sese inebriat, vocatur *Inauris aurea in nare porci.* Prov.11.v.22.col.269.

8. Moris est, quod conviva facere debeat id, quod vult hospes ejus. col. 345.

9. Ratio, quare manus tempore matutino impuræ sint: quodque nemo accipere debeat aquas, ab eo qui non est lotus: item quod non accipere debeat vestes suas ab eo qui non lavit manus. col.147.

10. Homo nihil comedere debet tempore matutino, donec studuerit in Lege. col.442.

11. De præmio illius, qui cautè observat lotionem manuum: deque pœna ejusdem qui illam negligit. col. 342. [conf. Matth. 15. v. 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lavant manus suas, dum panem manducant.*]

12. Quod etiam qui aliquantulum saltem dormitat, & interdiu; teneatur lavare manus. col. 409.

13. Benedictio cibi dicenda non est, mensâ adhuc vacuâ.col.507.

14. Qui cibum largitur studiosis Legis, meretur accipere divitias hujus & illius mundi. col. 510.

15. Cautè observandam esse lotionem manuum: easque aquas non amplius esse adhibendas. col. 415.

16. Ratio, quare manus levandæ sint manè; & cum quis redit è cloaca. col. 35.

OPUS MENSÆ
è Dictis in
EXODUM.

1. Explicatio benedictionum menſalium, quarum una formula incipit, המוציא: idque tam Cabbaliſticè, quam populariter. col.297.

2. Benedictio cibi recitanda eſt cum gaudio, & velando caput. col.298.

3. Multas benedictiones, cum longævitate accidere illi, qui dicit benedictionem cibi. col.299.

4. Cavendas eſſe aquas ultimas. col.299.

5. Non dicendam eſſe benedictionem cibi ſuper menſa vacua, quia benedictio ibidem non quieſcit. col.156.

6. Qui non cautè tractat carnem & lac, ſed utrumque ſimul comedit; & genuerit filium intra quadraginta dies, huic inditur anima de latere adverſo. col.221.

7. Ratio, quare ebrio liceat dicere benedictionem cibi. col.273.

8. Si quis ad menſam ſuam aſſumit pauperem, & verba Legis meditatur, ille meretur in mundum omnium ſupremum ingredi: & duo angeli accedentes eîdem benedicunt duabus benedictionibus. col.274.

9. Vetitum eſt comedere ante levatam alvum. Et ratio petitur è loco Jeſ. 28. v. 8. *Omnes menſæ repletæ ſunt vomitu ſordeque absque loco.* Adde quod ſalutare hoc ſit corpori, & conducat ſanitati. col.275.

10. Ratio, quare in benedictione cibi mentio fiat terræ bonæ &c. cùm tamen ſit devaſtata. col.280.

11. Cavendas eſſe aquas ultimas. col.280.

12. Qui triſtis eſt, & cum dolore cibum capit propter vaſtatum Sanctuarium, eidem DEUS Sanctiſſimus atque benedictus hoc imputat, ac ſi reædificaret domum Sanctuarii, & omnia loca deſolata Hieroſolymarum. col.280.

13. Ratio quare benedictio poſt menſam dici nequeat, niſi in conſeſſu trium. col.280.

14. Admonitio, ut quis pauperes invitet ad menſam ſuam. col.298.

15. Tota benedictio poſt menſam explicatur ſenſu Cabbaliſticô col.298.

16. Pauperi frangendæ ſunt fruſta ſuper menſa, ne erubeſcat aliquid accipere & comedere. col.347.

17. Qui Eleemoſynam dat pauperibus de raptu & furto, ipſe facit ut mentio fiat peccatorum ejus. col.347.

18. Quicunque comedit antequam oraverit orationem ſuam, ille defertur ac ſi eſſet hariolus & augur. col.386.

19. De præmio illius, qui benedictionem cibi, (ſive poſt menſam,) debite recitat, & corde hilari. col.391.

20. Qui

20. Qui non ſectatur voluptates, in eum dominium non habet genus adverſum poſt mortem ejus. col. 290.

21. Nihil expetendum eſſe ab eo, qui invitus aliquid largitur & oculô malo col. 5. fol. 1.

22. Quotidie precandum eſt ante cibum, quamvis cibum quis habeat in domo ſua: Nec præparandi ſunt cibi, niſi hora una poſt factas preces. Nec coquendum eſt una die pro die alia. col. 109. & col. 110.

23. Qui convivam invitavit, cum illo etiam converſetur, & non cum alio. col. 82.

24. Poculum benedictonis elevandum eſt è menſa, diſtantiâ unius palmi. col. 331.

25. Quicunque comedit & bibit, antequam lavet manus aquis, de eo intelligendus eſt locus ille Levit. 19. v. 26. *Non comedetis ſuper ſanguine.* col. 386.

OPUS MENSÆ

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Principium vini eſt lætitia, & finis ejus mœror. Hinc Sacerdotibus prohibitum eſt bibere vinum. col. 67.

2. Prohibitum eſt vinum libaminis Idololatræ; quamvis ſaltem tetigerit illud Idololatra. Deque pœna illius, qui non cautè hîc agit. col. 69.

3. Dictum illud Eccleſ. 6. v. 7. *Omnis labor hominis ob os ejus:* explicatur de eo, qui ſeipſum contaminat eduliis immundis: quodque hîc judicetur in mundo venturo. Unde verba illa, *Ob os ejus*, ſic explicantur, quod puniatur propter os ſuum. Vide de pœna ejus inſupportabili. col. 72.

4. Qui ſeipſum ſanctificat hîc infra, illum ſanctificant è ſupernis. Et ſic quoque qui ſeipſum polluit hîc infra, eundem inquinant è ſupernis: quia è verbis & dictis inferioribus dependent ſuperna. col. 53.

OPUS MENSÆ

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Qui contemnit panem, eumque rejicit in locum indebitum, illum perſequitur paupertas: & certus quidam præfectus conſtitutus eſt ſuper tales. col. 451.

2. Meditationes ſuper benedictione cibi: & encomium atque præmium illius, qui benedicit. col. 517.

3. De rebus illis, quas homo cautè tractare & adhibere debet ſuper menſa. col. 453.

4. De

4. De dicto illo, quod non negligendæ & dispergendæ sint micæ. col. 519.

5. Omninò hilaritas, ubi non invitatur DEUS Sanctissimus atque benedictus, & Gloria ejus cohabitans, non est habenda pro hilaritate. Quod si autem quis invitet DEUM Sanctissimum, etiam parentes ejus jam demortui simul cum illo accedunt. col. 403.

6. Non parandum esse convivium ullum, nisi eodem quoque fruantur pauperes. Deque pœna illius, qui hanc admonitionem negligit. col. 484. 485. 486.

7. Cùm paterfamilias accumbit mensæ, Præsentia Divina ibidem adstat: sed pariter quoque genus adversum. Et si quis legaliter incipit benedicere, genus adversum supprimitur. col. 486.

8. Ratio quare non ad benedictionem super omnia utibilia recitandam, etiam requirantur tres viri. col. 486.

9. Qui accumbit mensæ & proponit verba Legis, ei de jure incumbit, ut benedictionem recitet.

10. De præmio illius, qui benedictionem dicit super omni, quô utitur: & quænam sit hujus benedictionis natura. col. 516.

11. Homo debet invitare Legis peritum, qui secum conversetur ex Lege Divina super mensa sua. col. 522.

12. Qui seipsum inquinat hîc infra, eundem inquinant è supernis: & hic longè removetur à DEO. vid. col. 191.

13. Quia Jisraëlitæ comessantur & compotant inter alios populos, hinc refractarii & rebelles dicuntur coram DEO Sanctissimo atque benedicto. col. 365. & 519.

TITULUS OCTAVUS.

PORTA FESTORUM SIVE CONVOCATIO SANCTITATIS

è Dictis in

GENESIN.

1. Nocte Sabbathicâ & die Sabbathi genus adversum seipsum abscondit, exceptô Spiritu unico, qui vocatur אסימן cum tota sua caterva: qui circumvolitant & inquirunt, utrum inveniant aliquem, qui ministerio lecti utatur denudato corpore ad lumen lucernæ: atque tunc introducunt Spiritum malum in tales infantes, ut epileptici fiant: vel ipsa Lilith in illos ingreditur, eosque occidit. col. 42.

2. Tres sunt, qui sibi ipsis malum creant: unus, qui sibi maledicit; secundus, qui micas quantitate olivæ negligit; & tertius, qui lucernam accendit, antequam instruxit sanctitatem, [recitandô benedictionem, cujus initium קדיש vesperâ Sabbathi:] omnes enim damnati in Gehenna eidem maledicunt: cum alias eidem benedicant, ut vera in ipso fiat benedictio illa, quæ incipit ויתן לך &c. col. 43.

3. Tem-

3. Tempore neomeniæ & Sabbathi, Pſyche delitiis fruitur Spiritûs & Mentis ſuæ. col. 472.

4. Non dicendum eſſe nocte Sabbathinâ : *& cuſtodi exitum noſtrum* : quia omnes Spiritus maligni ſponte fugiunt, ſeſeque abſcondunt, usque ad finem Sabbathi. col. 130.

5. Præceptum de accendendâ lucernâ Sabbathinâ potiùs incumbit fœminæ, quam viro : & præmium illius valdè magnum eſt. col. 130.

6. Ad minimum homo duo edulia cocta comedere debet die Sabbathi. col. 130.

7. Copula diſcipulorum Sapientum tantùm inſtituitur noctibus Sabbathinis. col. 140.

8. Die Sabbathi diebusque feſtis & neomeniarum mundus abundantiùs cibatur, quàm diebus aliis : item de diſtinctione inter ſanctum & profanum. col. 219.

9. Circa finem Sabbathi dicimus è Pſ. 90. v. 17. *Et ſit jucunditas Domini DEI noſtri ſuper nos* ; ut derivemus in nos jucunditatem ſupernam, & liberemur à judicio Gehennæ ; quæ robur ſuum recipit hâc ipsâ horâ. col. 439.

10. Cùm Jiſraëlitæ faciunt ſeparationem [inter ſacrum & profanum recitandô formulam benedictionis in hunc finem inſtitutæ :] in exitu Sabbathi ; genus adverſum fugit & deſcendit in infernum, in locum ubi Korach & aſſeclæ ejus. col. 92.

11. Quomodo quis intueri debeat ungues digitorum ſuorum tempore ſeparationis Sabbathinæ. col. 98.

12. Vide quoque de unguibus col. 305. & col. 373.

13. In exitu Sabbathi omnes Spiritus maligni per mundum circumvolitant, ut veſtiantur corpore quôdam : ſed non poſſunt, atque tunc contra illos nos præmunire tenemur, dicendô Pſalmum malorum contingentium [i. e. nonageſimum primum] col. 129.

14. Die Sabbathi & neomeniarum quietem habent damnati in inferno : & ſic pariter ſingulis diebus ter. col. 199.

15. Eadem eſt ratio hirci, qui oblatus fuit feſtô neomeniæ ; quæ fuit hirci emiſſorii. col. 199.

16. Tempore neomeniæ, cum Spiritus aſcendit, ut delitiis Paradiſi fruatur, hic intrare tenetur in ſpeluncam illam, ubi ſunt Adam atque Patriarchæ, ibique eidem datur tabella quædam ſigni locô ; & ſic intrat in Paradiſum, ubi Cherubini adſtant cum flammagladii : ſi igitur dignus eſt, conſpiciunt tabellam iſtam, eique aperiunt Paradiſum : ſin minus &c. vid. col. 229. & 230. ubi deſcribitur, quomodo invicem delectentur in horto Eden, Pſyche, Spiritus & Mens, feſtis Neomeniarum & Sabbathi aliisque majoribus. vid. quoque col. 473.

17. Die Sabbathi omnes portæ aperiuntur, & benevolentia, & quies ubique reperitur. col. 219.

18. Tres caterva Angelorum ministrantium die Sabbathi & Neomeniæ, mentem deducunt ad locum dignitatis suæ. col. 320.

19. In inferno septem dantur gradus, & septem portæ: & animæ impiorum die Sabbathi abinde exeunt; & quietem habent, usque ad finem Sabbathi. col. 502.

20. Singulis Neomeniis animæ justorum fruuntur facie præsentiæ Divinæ. col. 277.

21. Quare die Sabbathi panis duplicatus mensæ imponi debeat. col. 515.

CONVOCATIO SANCTITATIS
SIVE
DE FESTIS
è Dictis in
EXODUM.

1. Omnes dies profesti benedictionem accipiunt à die Sabbathi: & propterea mensa probè instruenda est; quia benedictio non quiescit in loco vacuo. col. 112. fol. 28. & col. 157. 158. & 164.

2. De tribus epulis Sabbathicis, & quomodo singulis his epulis contineantur reliqua epulorum genera: unde etiam cœna Sabbathica instructior esse debet, quàm prandium Sabbathicum. vid. in Numeros col. 559. 156. & 164. & 165.

3. Quam magni æstimetur populus Jisraëliticus sub ingressum Sabbathi: & quare nocte Sabbathinâ non recitetur formula precum והוא רחום. col. 260.

4. Sabbathum æquiparatur toti legi: & quomodo hac die homo se gerere debeat: item quare die Sabbathi homo non loqui debeat, sicut diebus profestis: cum similibus quibusdam huc facientibus. col. 82.

5. Spiritus quidam præpositus est mensis, quæ vacuæ sunt nocte Sabbathi, vel nocte festi cujusdam: & hic Spiritus vocatur נגע i. e. plaga, quæ est metathesis, vocis עגג i. e. voluptas. col. 480.

6. Tempus copulæ Legisperitorum nonnisi noctibus Sabbathicis est. col. 336. & 386. & 241.

7. E quo loco in hominem die Sabbathi veniat anima adhuc alia superflua. col. 175.

8. Sub ingressum Sabbathi omnes species ignis judicii rigorosi occultantur; adeoque & ignis Gehennæ, usque ad exitum Sabbathi; & Jisraëlitæ benedictionem recitant super igne: atque tunc omnes redeunt in loca sua. col 364.

9. De anima superflua, quæ est spiritus descendens, qui superadditur hominibus; & quando descendit, priùs lavatur liquoribus aromaticis in Paradiso &c. col. 368.

10. Et iste Spiritus usum habet certum ex illo cibo ac potu Sabbathico: hinc cùm dicitur Exod. 31. v. 16. *Et custodient filii Jisraël* את השבת Sabbathum; Particula את superinvolvit significationem istius Spiritus qui probè observandus est &c. col. 365. & 366.

11. Quod

11. Quod circa exitum Sabbathi diu ſatis ſit retardandum, ne videamur expellere convivam hunc ſanctum. col.371.

12. De benedictione, quâ benedicitur illi homini, qui ritè inſtruit menſam pro Sabbatho, & quomodo, quid & quando &c. Item de caſu contrario. col.453.

13. Qui prophanant Sabbatha & Feſta alia deliberatô animô; illi nullam quietem habent in inferno, per omnia ſecula: quamvis enim die Sabbathi diebusque feſtis judicium ab illis ceſſet; nihilominus tamen non exeunt ex inferno, ſicut cæteri, quibus venia conceditur exeundi. col.268.

14. Die Sabbathi ab hora diei nona & porrò, homo non ſtudere debet in Lege: (quia Moſes illo tempore mortuus dicitur) col.278. [conf.Luc.23.v.44. *Usque in horam nonam &c. & clamans Jeſus &c. expiravit.*]

15. Qui die Sabbathi in jejunio ſedet, illius decretum judiciale reſcinditur: videatur ratio col.292.

16. Præceptum eſt, quod homo lavare debeat veſperâ Sabbathi in Sabbathi honorem. videatur ratio col.364.

17. Ratio, quare prohibitum ſit jejunare die Sabbathi: item quare (ſi dies jejunii alicujus incidat in Sabbathum,) diei jejunii ſui adhuc aliam ſuperaddere debeat, & quidem præcisè ſeptimanæ primum. col.371.

18. Quod homo teneatur incurvare digitos ſuos coram lucerna, ſub egreſſum Sabbathi: quodque intueri debeat quatuor digitos manus dextræ, extroverſos & non intro in manum verſos. col.373.

19. Die neomeniæ atque Sabbathi Gloria Divina in cœlo quodam, qui vocatur רקיע i. e. firmamentum, manifeſtatur, & juſti adveniunt, & coram ea ſe incurvant. Et ſi juſti illi induti ſint veſte quadam honorificâ è bonis ſuis operibus, quæ fecerunt in hoc mundo; nunc, cùm reverentiam hanc exhibent Divinæ Gloriæ, veſtiuntur veſtibus aliis. col.376.

20. Quot laudibus & benedictionibus cumulentur Jiſraëlitæ, ita ut illis benedicant impii in Gehenna; qui ſub egreſſum Sabbathi in infernum redeunt, cum dicimus: *Et ipſe eſt miſericors &c.* Item de ordine Sanctificationis Sabbathinæ, & de dicto Pſ.90. *Et ſit jucunditas &c.* col.371.

21. Ratio, quare dicamus è Pſ. 90. v.17. *Et ſit jucunditas Domini &c.* Sub exitum Sabbathi. col.95.

22. Sabbathum & omnia feſta memoria ſunt exitus ex Ægypto. col.67.

23. Mundus non aliter ſubſiſtit, niſi per illos, qui creati ſunt è concubitu noctibus Sabbathicis inſtituto. col.159.

24. De præmio Spiritus, in Paradiſo inferiore; quodque hic omni Sabbatho & neomenia deliciis fruatur ſuperioribus cùm mente ſua. col.174.

25. Multi præfecti conſtituti ſunt, qui cùm anima illa redundans, quæ die Sabbathi Jiſraëlitis ſuperadditur, rurſus diſcedit, cum ipſa exeunt: omnemque dolorem & triſtitiam & mœrorem à Jiſraëlitis arcent; nec non ab illis, qui in gehenna judicantur. col. 460.

26. Admonitio seria, de gaudio Sabbathino; quodque mensa hac die sic instruenda sit, ut ab ea benedictionem accipiant omnes dies hebdomadæ: item de necessitate trium epulorum; & de pœna illius, qui illa non cautè observat. col. 157. & 158. item col. 164.

27. Hominem die Sabbathi non exhilarari debere solum, & sine pauperib. Quodq; voluptas dierum festorum & neomeniarum major sit quam Sabbathi &c. col. 158. & 157.

28. De tribus epulis Sabbathicis, quò pertineant, & quid denotent? col. 157.

29. Quod homini die Sabbathi detur anima alia. col. 157. & col. 158.

30. Quod Sabbathum multis gradibus sublimius sit cæteris festis. col. 157. & 158.

31. Quare die Sabbathi recitetur hæc precatiuncula: ואני תפילתי: vid. ibidem: item Sectione Trumah col. 278.

32. Quod inter aromata, quæ adolentur sub egressum Sabbathi, sumenda sit myrtus. col. 374.

33. Quod tempus copulæ Legisperitorum sit nox Sabbathica, & præcisè mesonyctium; & quare? col. 241.

34. Nocte Sabbathica & festorum & neomeniarum psyche à corpore separata eandem assumit speciem in qua vixerat, illoque corpore & ossibus vestitur. Et nisi homines præ stultitia quasi cæci essent, illam videre possent sub exitum Sabbathi & festorum atque neomeniarum. col. 252. 253. & 279.

35. Die Sabbathi circa nonam pomeridianam mortuus est Moscheh Magister noster, super quo pax! & Joseph justus: & sic David Rex, super quibus pax. col. 278.

36. Cum nocte Sabbathi non dici soleat precatiuntula illa: *qui custodit populum suum Israël in æternum. &c.* quia custodia opus non habemus; quæritur, quare Sapientes nostri bonæ memoriæ præceperint, hominem non debere solum exire nocte diei quartæ; & nocte Sabbathi. &c. col. 367.

37. De pœna illius, qui verba inania profert in Synagoga die Sabbathi. col. 367.

38. Ratio, quare die Sabbathi ad Librum Legis advocentur septem; & die festo, quinque; & die expiationis, sex; & die neomeniæ, quatuor? col. 368.

39. Prohibitum est Angelo Ecclesiæ (sive Præcentori;) ne legat in Lege, nisi prius Sectionem illam perlustraverit. Item de ritibus istius lectionis vid. col. 370.

40. Cautè adornandas esse delicias Sabbathi; & procuranda omnia eidem necessaria dum adhuc dies est. col. 82.

41. Lectio quæ legenda fuit Sabbatho præterito, non est legenda Sabbatho sequente. col. 370.

42. De pœna illius, qui non singulis Sabbathis lectiones Sabbathorum illorum proprias legit. col. 370.

43. Qui die Sabbathi loquitur ea, quæ dicenda sunt diebus profestis, eidem hoc imputatur, quasi feciisset opus aliquod, vel exiviisset è termino Sabbathico. col. 370.

44. Singulis neomeniis & Sabbathis ascendunt animæ usque ad locum quendam, qui vocatur murus Hierosolymarum: intrò autem pergere nequeunt, quia nondum dealbatæ sunt; & ibi delectantur. Porrò autem hinc abeunt & conspiciunt pœnas impiorum in gehenna. col. 379.

45. Sin-

45. Singulis Neomeniis & Sabbathis Anima juſtorum accedit ad illos peccatores, qui ſuſtinent pœnas ſuas: prout etiam ad illos, qui tolerant mala quædam propter unitatem Dei Sanctiſſimi atque benedicti; abiensque hæc annunciat Meſſiæ; hic igitur in ſe ſuſcipit partem aliquam dolorum iſtorum: quod niſi fieret, impoſſibile eſſet ut ſubſiſterent. col. 379. [conf. Matth. 8. v. 17. *Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portavit.*]

46. Singulis diebus hora ſacrificii pomeridiani judicium inſtituitur; exceptâ die Sabbathi, quia hoc tempore beneplacitum excitatur: hinc Moſches Magiſter noſter, ſuper quo pax! mortuus eſt circa ſacrificium pomeridianum Sabbathinum; ut indicetur, illum non eſſe mortuum, ut cæteri homines moriuntur. col. 158.

47. De voce illa Ex. 31. v. 17. ויִנָּפַשׁ, quod communiter ſonat: *& reſpiravit.* Myſticè autem dividitur, quaſi dicatur וי נפש væ animæ! vel potius, væ corpori! col. 366.

48. Homo teſtimonium illud Gen. 2. v. 1. ויכלו השמים *& perfecti ſunt cœli & terra* &c. perhibere debet, cum gaudio & animo lubente. col. 372.

CONVOCATIO SANCTITATIS, ſeu DE FESTIS

E Dictis in

LEVITICUM.

1. Die Sabbathi non dicitur: Convocatio Sanctitatis; quia ipſa eſt Sanctitas. Sed feſta ſic inchoantur ſanctificando: quia Sabbathum ſublimius eſt illis. col. 180.

2. Quod etiam non dicatur: Convocatio Sanctitatis, feſto novi anni; & die expiationum. col. 180. & 182.

3. Peccatoribus in Gehenna quies conceditur die Sabbathi: Cum ſimili quodam. col. 181.

4. Si feſtum incidat in diem Sabbathi, quare non inſtruantur duæ menſæ. col. 181.

5. Non eſſe negligenda tria epula Sabbathica: & ſi in Sabbathum incidat feſtum aliud, quomodo ordinanda ſint tria hæc epula. col. 182.

6. Quid interſit Sabbatho, utrum quis loquatur inania, illa die, an minus? Quodque qui hoc facit, dicatur transgreſſus eſſe limitem. col. 203.

7. Ratio, quare reſcindatur decretum aliquod judiciale, vel ante ſeptuaginta annos contra aliquem promulgatum, ſi die Sabbathi ſedeat & jejunet. Una cum ſimili. col. 203.

8. Omni neomenia, omnique Sabbatho & feſto, Deus Sanctiſſimus atque benedictus accedit, & viſitat Iſraëlitas. Hinc quilibet ſeipſum ritè præparare debet. col. 221.

9. Ad tertium Sabbathi epulum neceſſariò requiritur Panis. col. 181.

10. Ratio, quare die Sabbathi neceſſariò facienda ſit benedictio ſuper vino. col. 181.

11. Quamvis Iſraëlitæ ſint in exilio; Deus Sanctiſſimus atque benedictus, tamen advenit eosque reſpicit ſingulis Sabbathis, neomeniis, & feſtis: propter Pignus illud, (quæ eſt Lex divina,) quam in manibus ſuis habent. Una cum ſimili de Rege quodam. col 221.

12. Die Sabbathi adhuc una homini ſuperadditur anima è mundo venturo. col. 182.

13. Ne parcus ſit homo circa expenſas in Sabbathum & feſta; & confidat in Dominum. col. 214.

14. Homo die Sabbathi & neomeniæ sit hilaris lætique animi: quia DEUS Sanctissimus atque benedictus manifestatur nobis illis diebus. col. 221.

15. Ad dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Afferte mihi expiationem; quia diminui Lunam; egregia explicatio. col. 142.

16. Singulis neomeniis & Sabbathis psyche, spiritus & mens hominis invicem uniuntur; & adorant (reverentiam exhibendo) Regem sanctum, qui benedictus sit. col. 126.

17. De dignitate Sabbathi super cætera festa. col. 181.

18. Quod nocte Sabbathi ad recitandam benedictionem panis per formulam מוציא, frangendus sit panis inferior. col. 186.

CONVOCATIO SANCTITATIS seu DE FESTIS,

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quod die Sabbathi non recitatur hæc precum formula: Et ipse est misericors, &c. col. 450.

2. De pœna illius, qui adornare potest tria epula Sabbathina; & illa tamen negligit. col. 402. & col. 522.

3. Singulis neomeniis homo tenetur suscipere faciem Divinæ præsentiæ. col. 580.

4. Cùm incipit Sabbathum, animæ superfluæ descendunt super populum sanctum; & animæ justorum ascendunt. col. 328.

5. Et sub exitum Sabbathi animæ istæ iterum ascendunt: & interrogantur, quæ nova iisdem proposita sit explicatio in Lege? & utrum novi quid istius generis audiverint? col. 328.

6. Qui in Legis studio versatur die Sabbathi, illius præmium majus est, quam si id faciat diebus profestis. Et quo præmio afficiatur Pater talis Viri. col. 329.

7. Quamvis die Sabbathi descendat anima redundans super omnes Israëlitas; hoc tamen non fit æqualiter: sed quilibet eam accipit pro suo gradu: Nimirum quatenus vel benignus est, vel severus; vel perfectus, vel justus, vel sapiens vel intelligens, catenus peculiarem quoque accipit animam superfluam. col. 448.

8. Singulis neomeniis & Sabbathis & festis masculi illi, qui in mundo altero degunt, ascendunt ad Regem Sanctum. col. 317.

9. De tribus epulis Sabbathicis, & quid designent; deque præmio illius, qui eadem celebrat ritu debito. col. 559. Ubi etiam exponitur: quare dicatur tempore sacrificii pomeridiani; ואני תפילתי &c. col. ead.

10. Qui tria epula Sabbathina observat, non opus habet ut metuat, sibi jejunandum fore (propter somnium aliquod infaustum) die Sabbathi: quia nihil tale ipsi accidet. col. 559.

11. Quod nocte Sabbathinâ non dicatur formula illa: Et ipse est misericors, remittet peccatum, &c. col. 450.

12. Cuicunque possibile est, is singulis epulis Sabbathicis apponat quatuor panes. col. 453.

13. De

13. De pœna illius, qui lucernam accendit, antequam Israëlitæ dicant benedictionem de sanctificando Sabbatho. col. 455.

14. Admonitio seria, quod quilibet pro facultatibus suis in honorem Sabbathi adornare debeat lucernas & sellas. col. 520.

15. Quod in benedictione nocte Sabbathi super vino recitandâ, verba quædam omittantur, quæ agunt de convocatione Sanctitatis, quæ efficiunt voces septuaginta duas. col. 454. & in Genesin col. 26.

16. Quare in Sabbatho panis duplex apponatur. col. 515.

17. Quod epula Sabbathica respectum habeant ad Sapientiam cum corona unitam; ad pulchritudinem; & ad regnum. col. 559. & in Exod. col. 157. & 165.

TITULUS NONUS.

DE FESTO PASCHATOS ET RELIQUIS FESTIS IN SPECIE

è Dictis in

EXODUM.

1. Præceptum est, historiam Exitûs ex Ægypto enarrare corde hilari: & de præmio illius, qui hoc observat. col. 70.

2. Ratio, quare Deus præceperit enarrationem istius exitûs ex Ægypto: cùm tamen coram eo omnia sint manifesta atque cognita. col. 70.

3. Qui comedit fermentatum tempore Paschali, idem facit, ac si adoraret Idola. col. 317.

4. Quod homo teneatur hilaris esse temporibus festivis, & benefacere pauperibus. In Genes. col. 35.

DE FESTO PASCHATIS

E Dictis in

LEVITICUM.

5. De agendis vesperâ Paschali, item de his, quæ agenda sunt nocte Paschali: nec non de quatuor calicibus epuli Paschalis. col. 183.

6. Benedictio recitanda super numeratione manipuli, recitanda est stando. col. 186.

7. Qui non numerat numerationem dierum manipuli, non vocatur purus. col. 187.

8. Quod homo teneatur exhilarari tribus festis majoribus, quasi nimirum invitasset convivam aliquem &c. Una cum Simili de Rege quodam &c. quodque hæc multò magis fieri debeant die Sabbathi: & quæ sit inter hoc & cætera Festa differentia. Una cum simili de filio Regis. col. 180.

DE FESTO PASCHATIS.

E Dictis in

NUMEROS.

9. Qui comedit fermentatum tempore Paschali, mortem sibi accelerat in mundo hoc & in mundo venturo: Quod observari potest voce מחמצת; ubi prima litera cum ultima mortis; mediæ autem fermenti significationem habent.

10. Azyma efficiunt, ut fugiant omnes Spiritus noxii: quod etiam efficit nomen שדי si scribatur in poste januæ. Et hinc azyma vocantur מצות quasi à bello, quod inferant spiritibus malignis. col. 468.

11. Dictum illud Jesai. 58. v. 9. *Tunc invocabis, & Dominus exaudiet*; explicatur de azymis & septem diebus Paschalibus. col. 548.

DE FESTO PENTECOSTES

è dictis in

GENESIN.

12. De dignitate & præmio illius, qui in Lege studet, nocte Pentecostali. Una cum historia de R. Schimeone filio Jochai. col. 30.

E Dictis in

LEVITICUM.

13. In quocunque est Spiritus Pietatis, ille non dormit nocte Pentecostali; sed studet in Lege orali. Una cum simili. col. 188.

DE FESTO NOVI ANNI & DIE EXPIATIONIS.

E Dictis in

GENESIN.

14. De festo Novi Anni & signo tubæ: item de hirco emissario: & quare unus immolandus fuerit Domino; ubi quæritur, si hoc factum sit ad Samaelem ab Israëlitis arcendum, annon sufficisset hircus unus. Una cum simili. col. 328.

15. Quod die expiationis homo non teneatur confiteri peccata sua coram alio: & quam ob causam. 351.

16. De tuba & de die expiationis vid. quoque col. 287. Ubi simul traditur ratio, quare in confusionem seducatur Satan.

17. De festo Novi Anni & die expiationis; item de festo tabernaculorum videri quoque possunt columnæ 207. & 208.

18. Quamvis homo confessus est peccata sua die expiationis præteritâ, & revera conversus sit; bene tamen agit, si eadem semper iterum confiteatur. col. 216.

19. Qui aliquid comedit die Jejunii nona mensis Abh: idem facit, ac si comederet de nervo luxato. col. 390.

20. Fe-

20. Feſtô Novi Anni & die expiationis tres formulæ recitandæ ſunt, quarum initium eſt וכבן. col. 92.

E Dictis in

EXODUM.

21. De feſto novi anni deque libris viventium & de libris mortuorum. col. 57. 58. 59. [conf. ad Philip. 4. v. 3. *Quorum nomina ſunt in libro vitæ.* Apoc. 3. v. 5. *Qui vicerit, &c. non delebo nomen ejus è libro vitæ.* cap. 13. v. 8. *Quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ agni.* cap. 17. verſ. 8. *quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ.* cap. 20. verſ. 12. *Et libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt liber vitæ: & judicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris.* ibid. v. 15. *Et qui non inventus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.* cap. 21. v. 26. *Non intrabunt in eam, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* c. 22. v. 19. *Si quis diminuerit &c. auferet Deus partem ejus de libro vitæ.*]

22. Datur palatium, quod vocatur meriti; item aliud quod vocatur culpæ. Feſtô novi anni autem utriusque fit invicem comparatio: & hoc eſt, quod dicitur de lance meriti & de lance culpæ. col. 479.

23. De die expiationum materia pleniſſimè tractatur; unà cum ratione nominis. col. 322.

E Dictis in

LEVITICUM.

24 Quod circa feſtum novi anni & diem expiationis Conciones haberi debeant in cœtu plurium. col. 11.

25. Meditatio, quæ inſtituenda eſt ſuper clangore tubæ: quod clangere non debeat, niſi talis, qui exactè noverit methodum meditandi. col. 181. 283. & 192. [conf. Matth. 24. v. 31. *Et mittet Angelos ſuos cum tuba & voce magna.* 1. Cor. 15. v. 52. *In noviſſima tuba mortui reſurgent &c.* 1. Theſſ. 4. v. 16. *Ipſe Dominus in tuba Dei deſcendet de cœlo.*]

26. Preces novi anni & diei expiationum publicè non recitandas eſſe à quolibet, ſed à talibus tantùm, qui eruditi ſunt, & juſtorum operum ſtudioſi. Multò magis autem cautionem adhibendam eſſe his temporibus circa clangorem tubæ. col. 28. & 30. Ubi plenè tractatur tota hæc materia de ſono tubæ, & meditationibus ad eundem requiſitis.

27. De ſono tubæ videatur etiam col. 320.

28. Si homo juſtus peccet, peccatum hoc abſconditur in profundo maris. col. 193. Atque hinc ortus eſt ritus feſtô novi anni abeundi ad flumina & recitandi verſiculum illum Michæ 7, 19. *Et projicies in profunda maris omnia peccata eorũ.* vid. etiã col. 323. & 114.

29. De feſto novi anni, & quare DEUS Sanctiſſimus atque benedictus mundum judicet per teſtes & probationes: & teſtimonia edita conſcribat igne nigrô ſuper igne albo. Et quare hæc omnia fiant, cùm tamen omnia manifeſta ſint ipſi, col. 191.

30. Per totum annum certi præfecti per mundum obvolitant, ut contueantur opera hominum, quæ deinde referunt coram DEO Sanctiſſimo atque benedicto. col. 191.

E Dictis in

NUMEROS.

31. Babylonii ex ignorantia instituunt & cum dubio, clangorem tubæ Altum & Bassum: & nesciunt, quod utrôque modô præcisè sit opus. Altus enim sonus denotat judicium remissum; & Bassus judicium rigorosum. col. 428.

32. Quod die novi anni recitanda sit formula תְּקִעוּן תְּרוּעִים. col. 401.

33. Quomodo tres modi clangendi tubâ, applicentur ad exilium Israëlitarum. col. 401.

34. Tota materia de clangore tubæ ulteriùs explicatur col. 430. & 283.

35. Festum novi anni celebrandum est per biduum, quamvis non ob dubium de ortu Lunæ, sicut fit in festis aliis. col. 425.

36. De clangore tubæ vide etiam col. 548.

37. De festo novi anni pleniſſimè tractatur, & quare hoc sit initium judicii. col. 424

DE DIE EXPIATIONIS

E Dictis in

LEVITICUM.

38. De die expiationis, & quomodo judicent juxta meritum & juxta culpam. vid. col. 200.

39. Ratio dicti illius: Qui comedit die nonâ, idem facit ac si jejunaret die nonâ & decimâ mensis Tisri. col. 122.

40. Quando Israëlitæ expiati sunt die expiationis, DEUS Sanctissimus atque benedictus omnia illorum peccata conjicit in capita populorum mundi. Unde si scivissent populi gentiles, quodnam fuerit mysterium hirci emissarii, Israëlitas ne unicâ quidem horâ in mundo reliquissent. col. 194.

41. Propter amorem, quo DEUS Sanctissimus atque benedictus Israëlitas diligit, iisdem dedit diem expiationis. col. 112.

42. Die expiationis legitur sectio Achare moth: ut mentio fiat mortis duorum filiorum Aaron: fiatque expiatio locô duorum hircorum. Quia mors justorum expiat peccata generationis. col. 100.

43. De tribus libris, qui aperiuntur die expiationis: & de tota materia diei expiationis vid. col. 119. & col. 120.

44. Tribunalia cœlestia semper sunt aperta, exceptâ vesperâ diei expiationum. col. 119.

45. Explicatio Cabbalistica de ritu numerandi conspersiones sanguinis hirci expiatorii, ut diceret: Semel: Semel & semel &c. col. 195.

46. Sacerdoti magno intranti Sanctum Sanctorum ad pedem alligatus fuit quasi funiculus; ut si ibidem fuisset mortuus, per hunc potuisset extrahi. col. 195.

47. Quicunque dicit, non opus esse opere in omnibus; vel voces non clarè proferendas, illius exturgescat Spiritus. col. 203.

48. Ra-

48. Ratio, quare nocte expiationis recitanda sit formula כל נדרי vid. col. 414.

49. Bonum est, ut etiam pueri jejunent die expiationum, totumque diem maneant in Synagoga. col. 374.

DE FESTO TABERNACULORUM.

E Dictis in

GENESIN.

50. Omnibus septem diebus festi Tabernaculorum preces fiunt pro pluvia: ut populi mundani strenuè incumbant agriculturæ, nec veniant & imisceantur Israëlitis. col. 197.

51. Quare immolati fuerint septuaginta tauri, intuitu populorum mundanorum. Una cum simili. col. 197.

52. De dicto illo: quod videns umbram suam nocte Hoschanah magni (seu diei ultimæ festi tabernaculorum,) absoluturus sit annos suos. col. 60.

53. De festo tabernaculorum brevibus agitur. col. 60.

54. De fusione aquarum: Una cum explicatione dicti illius Hillelis: Si ego hîc sum; omnia hîc sunt. col. 70. [conf. Joh. 7. v. 37. *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.*]

E Dictis in

EXODUM.

55. De mysterio festi Tabernaculorum & quatuor speciebus Rami festivi mysticè expositis. col. 324. & 325.

56. E festo novi anni, & festo Pentecostes discitur; quod omne initium sit difficile, finis autem jucundus. col. 324. & 325.

E Dictis in

LEVITICUM.

57. De sessione in tabernaculis; quodque homo hospites supernos ad se invitare; & eleemosynam pauperibus distribuere debeat antequam ipse comedat; & aliis prolixius videatur col. 198.

58. Cùm Israëlitæ capiunt ramum palmæ & citrum, (ut benedictionem desuper recitent:) hoc signum est, quod vicerint die Expiationis accusatores suos: Una cum simili. col. 202. [conf. Apoc. 7. v. 9. *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum &c.*]

59. E vocula בֹּץ Cant. 8. v. 7. probatur; quod in festo tabernaculorum die secunda, sexta, & septima vinum & aquam libaverint super altari. col. 97.

60. Tres myrti exponuntur de tribus Patriarchis. col. 60.

61. Ratio quare die ultima festi Tabernaculorum fasciculum saliceum concutiant. col. 54. fol. 14. Ubi tota hæc materia de festo Tabernaculorum, deque quatuor speciebus fasciculi palmei explicatur.

62. Quare nocte Hoschianah magni ad splendorem Lunæ disquirant de umbrâ sua; & si cuidam vel caput, vel aliud è membris ejus, desit, quid hoc sibi velit? col. 4.

E Dictis in

NUMEROS.

63. Rationes de Festo tabernaculorum, & fasciculo palmeo, & octodecim quassationibus, Cabbalisticè explicatæ reperiuntur. col. 475. & 476. Ubi plurima invenies de numero octodecim. [conf. Luc. 13. v. 4. *Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloa &c.* v. 11. *Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, &c.* v. 16. *Quam alligavit Satanas decem & octo annis, &c.*]

64. Quod taurorum numerus festo tabernaculorum immolatorum, propterea diminutus fuerit, quia illo mense Israëlitæ multâ observatione præceptorum Legis effecerint, quod & peccata sua diminuerentur, & angeli perditores super peccata constituti; qui sunt Præfecti septuaginta populorum. col. 476.

65. Instituendum esse gaudium die Pentecostes, quod vocatur Gaudium Legis; ubi Lex conoratur coronâ suâ. col. 476.

66. Admonitio seria ut diebus festis pauperibus aliquid distribuatur, iidemque ad mensam assumantur: deque pœna illorum, qui hoc negligunt. col. 484.

67. Cùm Jesch. 58. v. 9. dicitur: אָז *tunc invocabis &c.* per literam א vocula אָז, denotatur Tabernaculum: & per ז septem species fasciculi palmei; quæ sunt tres ramuli myrtei; duo salicei; & palma, & citrus. col. 548.

68. In dicto illo: Cant. 7. v. 8. *Dixi:* אֶעֱלֶה *ascendam in palmam &c.* literis vocis אֶעֱלֶה denotantur literæ initiales specierum fasciculi palmei; ita ut א sit אֶתְרוֹג citrus; עֲ, עֲרָבָה salix; ל, לוּלָב palma; & ה, הֲדַס myrtus. col. 548.

TITULUS DECIMUS.

SEMITA JUSTORUM.

E Dictis in

GENESIN.

1. Homo, qui ambulat in via bonâ, in se derivat Spiritum Sanctum supernum &c. & filius ille, qui ab ipso generatur, descendet de genere sancto atque superno. col. 175. & 177.

2. Excellentia piorum transcendit omnia; quin etiam excellentiam eorum, qui per pœnitentiam convertuntur. col. 117.

3. Qui sustentat Studiosos Legis, illisque alimenta subministrat, meretur accipere divitias mundi hujus & mundi venturi. col. 510.

4. Legis Studiosi cum uxoribus non copulantur nisi de nocte Sabbathi, in noctem Sabbathi: per totam autem septimanam cum ipsis copulatur Gloria divina cohabitans. col. 101.

5. Cùm Noah videret, quod Ætas illa, in qua viveret, mala esset; ipse occultatus in Lege studebat. col. 186.

6. Cum

6. Cum homo polluit viam ſuam, in ſe attrahit omnes ſpiritus malignos. Quæcunque autem occultantur ab oculis aliorum, magnum accipiunt auxilium è ſupernis. col. 25. [conf Matth. 6. v. 4. *Sit eleemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in propatulo.* Matth. 6. v. 6. *Clauſô oſtiô, ora Patrem tuum in abſcondito, & Pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi in propatulo.*]

7. Si ſecta quædam, quæ non reſpicit honorem Dei, ſubſiſtere poteſt, cum unanimes ſunt & in una ſocietate permanent: multò magis ſocietas ſancta talium, qui ſtudent in Lege. col. 221.

8. Homo ne loquatur verba inania, quæ in ipſo excitare queant pravas cogitationes, ut polluat ſignum fœderis ſancti. col. 31.

9. Quod homo Jugum regni cœlorum lubenti animo ſingulis noctibus in ſe ſuſcipere, & depoſitum ſuum Domino reſtituere (animam ſcilicet eidem commendando:) mane autem dicere debeat (è Num. 24. v. 1.) *Quam bona ſunt tentoria tua Jacob: &c.* col. 36. [conf. 2. Tim. 1. v. 12. *Certus ſum, quod potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem.*]

10. Timor Domini triplex eſt: primò cum timetur pœna, quæ hoc in mundo nobis immitti poteſt; ſecundò, cum timetur pœna mundi venturi; & tertiò, qui verus eſt timor, cum homo Deum timet ob magnificentiam & potentiſſimum robur atque Majeſtatem ejus; quodque eidem meritò debeatur reverentia. col. 37. [conf. Actor. 9. v. 31. *Eccleſia per totam Judæam &c. ædificabatur ambulans in timore Domini.* 2. Cor. 7. v. 1. *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore DEI.* Eph. 5. v. 21. *Subjecti invicem in timore Chriſti.* Col. 3. v. 22. *Servi obedite per omnia Dominis carnalibus, &c. in ſimplicitate cordis timentes Dominum.* Hebr. 12. v. 28. *Habemus gratiam, per quam ſerviamus, placentes Deo cum metu & reverentia.*]

11. Credendum eſt, DEUM eſſe in ſupernis; & illius unitas ritè curanda eſt; idemque quoque amandus eſt utroque cupidinis genere, bono ſcilicet, & malo; credendumque, quod ille qui eſt יְהוָה i. e. Dominus benignus; etiam ſit אֱלֹהִים i. e. Judex ſeverus col. 38.

12. Cum homines benè inſtituunt vias ſuas; Gloria divina habitat in terra, & propter illos omnia bona in mundo reperiuntur. Caſu contrario autem eadem ſurſum aſcendit, & terra diſperditur, ob malum eorum qui in ea habitant. col. 151.

13. Influxus ſuperni non demittuntur, donec hîc infra aliquid præparetur, ubi quieſcere queant. col. 223.

14. Mulier non debet ſuſcipere convivam niſi cum conſenſu mariti ſui. Paterfamilias quoque non debet recipere hoſpitem talem, quem novit eſſe impium. Hoſpes etiam non debet alios hoſpites ſecum introducere. col. 202.

15. Portio proſelyti non tam perfecta eſt, quam portio Jiſraëlitæ. col. 40.

16. Si quis objurgat proximum ſuum, quamvis hic admonitionem ejus non ſuſcipiat, ille cum hoc non punitur propter peccatum illud (ſciente ipſo) commiſſum. Sed tamen (ſi pœnæ hujus particeps eſſe nolit,) tam ſeria debet eſſe increpatio illa, donec hic

eundem verberet, vel ei maledicat. col.204. [conf. Matth. 18. v. 15. *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum, &c.*]

17. De impiis illis, qui opera sua occultare volunt coram mundi domino, qui benedictus sit! Unà cum simili. col.502. [Actor.5.v.3. *Anania, cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui Sancto, & fraudare de pretio agri?*]

18. Justi seipsos custodiunt, ne polluantur operibus malis. Quicunque enim polluitur, & polluit mundum hunc, non resurget ad mundum venturum: sed resurget ad judicium magnum. col.206. [conf. Luc.14.v.14. *Retribuetur tibi in resurrectione justorum.* Joh.5.v.29. *Procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Apoc.20.v.5.6. *Cæteri mortuorum non revixerunt, donec consumentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non dominatur &c.* Apoc. 20. v. 13. *Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus, dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & judicatum est de singulis, secundum opera ipsorum.*]

19. Quicunque saltem desiderio tangitur inspiciendi & addiscendi Sapientiam, quamvis non possit, laude tamen dignus est. col.207. [conf. Act.8.v.28. *Ecce vir Æthiops eunuchus &c. revertebatur, sedens supra currum suum, legensque Esaiam Prophetam &c.* v.34. *Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc, de se, an de alio aliquo &c.*]

20. Cum judicium mundo imminet, homo cavere debet ne nominis ejus mentio fiat coram Deo sanctissimo atque benedicto; ne forte & peccata ejus commemorentur coram illo. col.207.

21. Homo non solus ambulare debet in via, sed cum alio quodam, cum quo loqui possit de divina Lege. col.213. [conf. Matth.10.v.2. *ubi emittuntur sex paria.* Luc.10.v.1. *Posthæc designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, &c.*

22. Corpus hominis vocatur Castrorum nomine: hinc dicitur Deut.23,14. *& erunt castra tua sancta, & non videbitur in te turpitudo aliqua:* i.e. turpiloquium, ex ore tuo egrediens. col.220. [conf. Eph.5,4. *Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas &c.*]

23. Homo admonitiones suas erga impium perpetuo continuare, nec eundem dimittere debet, quia aliàs statim relaberetur ad viam suam pravam. col.226.

24. Si quis proximum suum aliquid boni edocet, omnia bona opera hujus, eidem imputantur qui eum ita docuit, quasi ipse illa fecisset. col.226.

25. Multas tentationes acerbas & dolorosas justi tolerant à prava concupiscentia, ut ritè præparentur ad mundum venturum. col. 406.

26. Beneficia, quæ quis in pios confert, hominem in mundo protegunt. col. 275. [conf. Matth. 10. v. 40. *Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, &c.* cap. 25. v. 40. *quæcunque fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.*]

27. Antequam homo aliquid faciat vel discat, fœdus inire debet cum Deo Sanctissimo atque benedicto, ne hic ob eo discedat: & deinde facere potest, quæ ipsi facienda sunt pro lubitu suo. Una cum simili de homine quodam &c. col.285.

28. Justi

28. Juſti non attingunt ſcopum DEI Sanctiſſimi atque benedicti, niſi poſt multa temporum intervalla, atque gradatim: ſed pœnitentes, qui convertuntur, ſimul atque ſemel eodem perveniunt. col. 307.

29. Conceſſum eſt homini, ut exploret tempora ſua, nimirum an proſperè res ipſi ſuccedat: ſin minus; ab opere deſiſtat. col. 370.

30. Si quis deſiderat adhærere DEO Sanctiſſimo atque benedicto, DEUS ipſe eum prehendit, nec iterum dimittit. col. 374.

31. Quod nemo hominum ſit contemnendus! Unà cum hiſtoria quadam huc pertinente. col. 376.

32. De præmio illius, qui diſcipulo Sapientum pecuniam ſuppeditat pro ſtudiis: quodque mala multa Jiſraëlitis accidant, quod in ſtudioſos tàm parum conferant. col. 391.

33. Per verba ſancta & bona, quæ homo eloquitur, creari dicuntur cœli: & per verba prava atque perjura & ſimilia, ſibi ipſi totique mundo multa creat mala. col. 187.

34. Homo pius quaſi ſacrificium eſt, & ſicut victima expiare poteſt. Sed de homine impio ſcriptum eſt: *Nævum habet, non eſt acceptus.* Lev. 22. v. 20. col. 199.

35. De dignitate oculi faventis: ſi autem quis habet oculum avarum, ſuper illo quieſcit oculus perditoris; & talis vocatur corrumpens terram. col. 205. [conf. 2. Cor. 9. v. 7. *Hilarem datorem diligit Deus.* Jac. 1. v. 5. *Deus dat omnibus affluenter, & non improperat:* Matth. 6. v. 22. 23. *Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebroſum erit.*]

36. Studioſus Legis depoſitum domini ſui in manu ſua habet. col. 248.

37. Res omnes ſive bonæ ſive malæ, conſiſtunt in verbis, operibus & in voluntate. col. 266.

38. Prout homo in hoc mundo ambulat, ſive in via bona, ſive in via mala, talem è ſupernis in ſeſe derivat ſpiritum: & poſt mortem ſuam genus illud ipſi adhæret. col. 263. & 266.

39. Tria in ſe gubernare debet homo: intellectum ſuum, concupiſcentiam pravam, & corpus ſuum. col. 269.

40. Conviva componat res ſuas juxta conſuetudinem patrisfamilias, quamvis ipſe ſic non conſueverit. col. 345.

41. Admonitio ſeria, ne homo ſuſpicetur mala; quia omnia dependent à cogitationibus. col. 361. [conf. Matth. 9. v. 4. *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?*]

42. Cùm homo incedit in via bona, concupiſcentia prava à bona ejus intentione ſupprimitur, cumque hac conjungitur in cuſtodiam hominis. col. 379.

43. Quantâ vi armandus ſit homo contra pravam concupiſcentiam; quia hæc hominem perpetuò tentat; quodque tales vocentur *fortes robore.* Pſ. 103, 20. col. 424. [conf. Matth. 11, 12. *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Jac. 1, 14. *Unusquisque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.*]

44. In

44. In quocunque exurgunt pravæ cogitationes, ille ſtudeat in Lege. col. 425. 426. 427.

45. Opera bona, quæ homo peragit, ſunt robur cordis: & opera mala, ſunt rupturæ cordis. col. 447.

46. Præcepta Legis ſunt iſtud, è quo veſtimenta fiunt homini pro mundo venturo. col. 477. ubi de veſtimentis his plura. [conf. Apoc. 19. v. 8. *Byſſinum enim juſtificationes ſunt Sanctorum.* Apoc. 3. v. 18. *Ut veſtimentis albis induaris, ut non appareat confuſio nuditatis tuæ.*]

47. Si ita dicere liceat, Congregatio Jiſraëlis [i. e. gradus ille Divinitatis, ubi prævalet Spiritus S.] juramentum expoſcit ab animabus illâ horâ, cùm producuntur; quod velint eſſe ſanctæ: ut illas redimat DEUS Sanctiſſimus atque benedictus. col. 510. [conf. 1. Petr. 3. v. 21. *Baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum &c.* Rom. 6. v. 4. *Conſepulti ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: ut quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis, per gloriam Patris: ita & nos in novitate vitæ ambulemus.*]

48. Illi homines, qui peccatum tàm vilipendunt ac pilum, intelligendi ſunt per dictum illud. Jeſ. 5. v. 18. *Væ trahentibus iniquitatem in funibus mendacii &c.* col. 182.

49. Mos eſt in terra, ne hoſpes patrifamilias nuncium bonum nunciet, antequam comederit: ne hic videatur cibum ei dediſſe propter nuncium hoc. col. 267. [conf. 1. Pet. 4. v. 9. *Hoſpitales invicem ſine murmuratione.* Hebr. 13. v. 1. *Hoſpitalitatem nolite oblivi ſci.*

10. Quicunque oculis ſuis periculum aliquod videt, & ſeipſum tamen eidem immittit; ab ipſo diſcedit Gloria Divina cum omnibus cuſtodibus ſanctis. col. 380.

51. Duo genera gaudii ſunt: gaudium Legis pro concupiſcentia bona: & gaudium vini, pro concupiſcentia mala. col. 446. [conf. Eph. 5. v. 18. *Nolite inebriari vinô, in quo eſt luxuria.*]

52. Qui peccaturus eſt, metuat, ne bonæ cogitationes ſupprimantur à peccatis; & in ipſo deinde nullum amplius ſit robur. col. 447.

53. Cùm homo manè ſurgit, jam teſtes quidam ipſi adſunt, qui ipſum moneant: & ipſa anima ejus ſingulis horis contra ipſum teſtatur, (quaſi certa quædam dicta contra ipſam allegandô) cùmque aperit oculos ſuos, eidem ſuggeritur dictum Prov. 4. v. 25. *Oculi tui ad rectum aſpiciant, & palpebræ tuæ dirigant coram te ſemitam tuam.* Et ſic circa ſingula ejus membra. ſi itaque obedit bene eſt; ſin minus; libri aperiuntur, & opera conſcribuntur in illis. col. 477. & 427. [conf. Rom. 8. v. 16. *Ipſe Spiritus teſtimonium reddit Spiritui Dei.* 2. Cor. 1. v. 12. *Teſtimonium conſcientiæ noſtræ.*]

54. Si quis aliquid laudare vult, is priùs benedicere debet DEO Sanctiſſimo atque benedicto. col. 481. 482. [conf. 1. Theſſ. 5. v. 18. *In omnibus gratias agite.* Coloſſ. 3. v. 17. *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Jeſu, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.*

55. Pro-

55. Prohibitum eſt, ne homo priùs laudet proximum ſuum, antequam benedixerit DEO Sanctiſſimo atque benedicto: rationem vide col. 521.

56. Homo ne ſolus ambulet noctu, & præcipuè nocte diei quartæ. col. 388.

57. Viro benedicendum eſt priùs, & deinde mulieri; quia hæc ab illo benedictionem accipit. Et quando uxorem duxit homo, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus duas eidem largitur portiones. col. 494.

58. Cùm homo in hoc mundo Deum ſectatur, eundem etiam poſt mortem ſuam inſequitur. col. 263. & 266.

59. Qui filium ſuum manè & veſperi in ſcholam ducit, idem præſtat, ac ſi bis accepiſſet legem in monte Sinai. col. 265.

60. Non licet orare ſuper impiis, ut moriantur, ſed ut convertantur in melius. col. 268.

61. Si Legis peritus inebriatur, meritò dicitur, *monile aureum in naſo porci* Prov. 11. v. 22. col. 269.

62. Homo tenetur ſtudere in Lege, ut liberetur à Spiritibus malignis, qui dominium habent noctu. [conf. Eph. 6. v. 12. *Non eſt nobis colluctatio &c. adverſus rectores tenebrarum harum.*]

63. Qui venit ſibique proponit, ut purificetur, eundem adjuvant &c. Una cum hiſtoria quadam huc pertinente. col. 299. & 302.

64. Dantur fluvii, unde educantur ſapientes; & dantur fluvii, unde educantur ſtulti: & qui obſervat animam ſuam, ab his longè diſcedat. col. 301.

65. Qui ſeipſum humiliat, illum DEUS Sanctiſſimus atque benedictus magnum reddit: & contra. col. 318. [conf. Luc. 14. v. 11. Luc. 18. v. 14. *Omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.*]

66. Ne confidat homo, quod DEUS Sanctiſſimus atque benedictus eidem facturus ſit hôc vel illô modô; vel quod illum ſit liberaturus, ſed fiduciam habeat in eum, quod ſibi auxilium miſſurus ſit ad obſervanda præcepta Legis. col. 333. [conf. Rom. 8. v. 26. *Spiritus adjuvat infirmitatem noſtram.* Hebr. 2. v. 18. *In quo paſſus eſt ipſe tentatus, potens eſt eis, qui tentantur, auxiliari.*]

67. Hiſtoria de quodam, qui R. Jitzchakum non invitaverat ad nuptias filii ſui ob tres rationes: primò, quia ipſum non noviſſet; ubi ſi fortè vir eſſet magnus, facilè aliquid fieri potuiſſet contra honorem ejus: ſecundò, quia fortè feſtinâſſet in itinere ſuo, unde nullam ipſi creare voluerit moleſtiam: & tertiò, ne fortè pudefactus eſſet coram convivis, qui omnes dona darent novis nuptis; cum ipſe manus haberet vacuas. col. 346.

68. Quod homo cautiſſimè honorare debeat Patrem ſuum. col. 377.

69. Nemo peccata committit, niſi qui humanitatis vix habet initia, ſicut embryo, (i. e. inſipiens,) col. 296.

70. Satanas hominem accuſat tempore periculi; unde homo cavere debet, ne Satanæ occaſionem præbeat calumniandi. col. 394. 398. [conf. Apoc. 12. v. 10. *Accuſator*

fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei, die ac nocte. Eph.4,27. *Nolite locum dare calumniatori.*]

71. Homo tenetur purificare omnia membra sua, quia unumquodque est similitudo quædam rerum supernarum.col.419.

72. Admonitiones necessariæ, ut homo magnam cautelam adhibeat in operibus suis; filiumque suum doceat Legem: & uxorem ducat in juventute sua. col. 422. [conf. Phil.2.v.12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.*]

73. In quo exurgunt cogitationes malæ, ita ut prava concupiscentia, jamjam inclinet eum, is studeat in Lege. vid. col.425. & 426. [conf. Matth.26,41. *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.*]

74. Tempore exilii homo cautiùs observare debet opera sua, & diligentiùs studere in Lege; quia hæc sacrificiorum loco est, omnemque cultum domus sanctuarii supplet. col. 428.

75. Ad omnia verba inferius facta aliquid excitatur superius.col.362.

76. Duo Angeli hominem comitantur per totum diem: sique bonum aliquod opus facit, is qui ad dextram est, adjuvat eum. col.435.

77. Quidam timent, & nesciunt, quid timeant: & hoc fit propter peccata, quæ ab illis vilipenduntur.col.401.

78. Quatuor fuerunt Reges, qui timuerunt peccata, quæ alii quasi pedibus calcant præ contemtu: quantò magis id facere debet quilibet alius homo? col.441.

79. Homo singulis noctibus remittere debet culpam illi, qui offendit eum: unà cum historia insigni huc pertinente. col. 446. [conf. Matth. 18, 22. *Non dico tibi, usque septies; sed usque septuagesies septies.* Ephes. 4, 26. *Sol non occidat super iracundiam vestram.*]

80. Semper instiget homo bonam suam cupiditatem contra concupiscentiam pravam, eamque moneat, quod aliquando constituenda sit coram judicio Regis superni, qui benedictus sit! col. 446. [conf. Rom. 14, 11. *Omnes stabimus ante tribunal Christi.*]

81. Qui exit iter facturus, instructus esse debet tribus requisitis; nempe precibus, donis & armis. Ubi quoque narratur historia de quodam, qui indutus erat palliô peniculatô, sub quo accinxerat arma sua. col. 452.

82. Cum Angelus perditor dominium habet in mundum [tempore pestis vel belli] homo cavere debet, ne in publicum prodeat, nec ab illo conspiciatur: quia hic in omnes habet potestatem, qui in conspectum ejus veniunt. col. 205. & 267. & 412.

83. Excitatio ad homines, qui in hoc mundo incedunt cœcorum instar. col. 263.

84. Quantopere quis DEUM æstimat in corde suo, tantam quoque acquirit illius cognitionem.col.271.

85. Quamvis Jaacob callidè egerit cum Esavo & Labano, nihilominus vocatur vir perfectus: quia in eo consistebat perfectio ejus, ut pius esset cum piis, & perversè ageret cum perversis.col.329.

86. Ad-

86. Admonitio ſeria, ne homines cedant illecebris pravæ ebncupiſcentiæ: quid igitur agendum? Cogitationibus tuis bellum gerere debes, bellum nimirum Legis. col. 368. [conf. 1.Pet.2, 11. *Obſecro vos abſtinere à carnalibus deſideriis, quæ militant adverſus animam &c.* Jac.4,1. *Unde bella & lites in vobis? nonne ex concupiſcentiis veſtris, quæ militant in membris veſtris.*]

87. Adhortatio, ne quis juret per nomen Dei. col.377. [conf. Matth.5.v.34. *Ne jurate omnino &c.*]

88. Cavendum eſſe, ne aquas lotionis manuum effundamus illô loco, ubi transeunt homines. col.415.

89. Non plus laudandum eſſe in homine quodam, quàm in ipſo eſt.col.492.

90. Cùm homo vadit in via bona, in ſe attrahit omnes ſpiritus ſanctos: & filius, quem generat, provenit de parte Spiritûs ſancti: ſi autem ambulat in via prava, in ſeſe derivat Spiritum polluentem, & filius, quem generat, provenit de latere impuritatis.col. 175. & 177. & 147. & 263. & 266. [conf. 1.Cor.7.v.14. *Sanctificatus eſt vir infidelis per mulierem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum: alioquin filii veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.*]

91. Quodcunque peccatum committitur in propatulo, illud præſentiam Divinam cohabitantem ex mundo expellit.col.181.

92. Mulier quidem licentiam habet hoſpitem è domo ſua educendi, ſed non introducendi. col.210.

93. Moris eſt in terra, ſi hoſpes munus aliquod det mulieri, quod illud eidem tradat in manus ſuas, non verò in manus mariti ejus. col.210.

94. Cùm quis in ſe derivare vult influxum quendam cœleſtem, fundamenti locô aſſumere debet rem omninò certam. Unde in omnibus amuletis & cameis mentio facienda eſt nominis tantùm matris cujusdam, non vero patris: quia certiſſimum eſt, quod ille ſit filius matris ſuæ. col.205.

95. Singulis diebus hora quædam eſt, in qua dominium habet judicium, unde homo magnâ cautione opus habet. col.411.

è Dictis in
EXODUM.

1. Nunquàm ſeipſum ſeparet homo è cœtu plurium (ſive ab Eccleſia) col.59. & 77. [conf. Hebr.10.v.25. *Nec deſerentes majorem Synagogam noſtram.*]

2. Ubicunque ſimul ſermo eſt de maſculo & fœmina, laus nonniſi ad maſculum pertinet. col. 68.

3. Quicquid homini accidit in mundo, ſive bonum ſit ſive malum, id omne dependet ab operibus ejus.col.63.

4. Qui invitat convivam, cum eo quoque converſetur, & non cum alio. col. 82.

5. Duobus modis Jiſraëlitæ DEUM Sanctiſſimum atque benedictum ad iram commoverunt: quod conjuraverint Angelos ſupernos: & quod in ſe attrahere potuerint virtutem Planetarum atque ſtellarum. col. 199.

6. Non licet homini ignominiosè convitiari genus adversum, quia de illo scriptum est: Ezech. 1. v. 4. *Et splendor undique circa eum.* [conf. Judæ v. 9. *Michaël non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Increpet te Dominus.*]

7. Si primores populi justi sunt; benè populo: sin minus; væ populo. col. 64.

8. Si quis manus suas elevat exceptô casu precum, illi maledicitur 248 maledictionibus à decem potentibus, qui in urbe. Eccles. 7. v. 20. col. 118. 472.

9. Homo non debet occidere, nec contemnere ullam creaturam, à Creatore benedicto conditam, sive bona sit, sive mala. col. 120. 121.

10. Homo non potest in se attrahere Spiritum aliquem supernum, nisi per timorem & meditationem cordis. col. 121.

11. Nihil potest dici purum, nisi quod exivit ab impuro: & tales sunt meliores omnium. Et huc pertinet dictum illud Sapientum nostrorum bonæ memoriæ: Observate filios plebejorum, quia ab illis prodit lex. col. 20. & 122.

12. Qui mentionem facit nominis Divini inutiliter, melius illi foret, si non esset creatus. col. 156.

13. Nunquam debet commemorari Nomen DEI Altissimi, nisi præmissâ voce quadam ad minimum unicâ. col. 156.

14. Cùm homo in melius convertit vias suas hôc in mundo, DEUS Sanctissimus atque benedictus proclamationes fieri curat de eo, eôdemque gloriatur quotidie. Quod etiam post mortem ita fit cum anima ejus. col. 173.

15. Vir maledicus in Gehennam detruditur, & propter illum morbi pessimi in mundum descendunt. Deque pœna illius, qui proximum suum turpi nomine compellat. col. 214. & 478. [conf. Matth. 5. v. 22. *Qui dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit: fatue, reus erit gehennæ ignis.*]

16. Qui non cautè tractat carnem atque lac, & intra quadraginta dies eidem nascitur filius, huic anima datur de latere adverso. col. 221.

17. Qui præceptum aliquod observat, circa illud occupari tenetur omni modô, prout decet; nec enim frustra id faciet, sed mercedem perfectam accipiet: quod latè deducitur col. 226. & 227.

18. Quàm magnum sit præmium illius, qui impios convertit in viam Domini benedicti: & quàm acriter iisdem sit insistendum. col. 222.

19. Gratum est justis pati afflictiones propter Deum, quia sic liberantur ab exilio hoc. col. 347. [conf. Matth. 5. v. 10. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.*]

20. Insignis admonitio, ne quis sectetur voluptates vanas, sed voluptates Divinorum præceptorum. col. 250.

21. Homo piis meditationibus sibi proponere ad minimum debet, quod velit observare hæc vel illa præcepta, & erogare tales eleemosynas, quamvis forte occasionem

nem non habeat, eadem actu præſtandi: quia & hoc acceptum erit. col. 267. 448. 449. & 450.

22. Omne præceptum, quod homo obſervat in hoc mundo, eidem fit lumen, quod ipſi lucebit in mundum venturum: Lex ipſa autem lucerna eſt horum luminum. col. 293.

23. Per iram hominis cognoſcitur via ejus, utrum nempe benè compoſitus ſit, an minus, &c. Ibidemque etiam ratio additur dicti illius Sapientum noſtrorum bonæ memoriæ: Quicunque iraſcitur, idem facit ac ſi idola coleret. Sed ira Rabbinorum legitima & conceſſa eſt. col. 318. [conf. Matth. 5. v. 22. *Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio.*]

24. Si in urbe quadam peſtis graſſatur, homo in occulto verſari debet: quia aliàs perditor commemorat peccata ejus, & ipſe citatur ad judicium. col. 343.

25. In arbitrio hominis poſitum eſt, propoſitum habere ſerviendi Domino, donec in ſe attrahat ſplendorem ſupernum, cum omnibus benedictionibus. col. 348.

26. Homo protervus portionem nullam habet, nec in hoc mundo, nec in venturo. col. 391.

27. De pœna illius, qui avertere poteſt malum, & non avertit. col. 200.

28. Adhortatio de lotione manuum, una cum ratione, quare lavandæ ſint manus. col. 322.

29. Tres ſunt, qui Gloriam divinam ex hoc mundo expellunt: qui concumbit cum alienigena; & qui cum menſtruata; & multò magis qui fœtum occidit in utero matris. col. 3. & 4.

30. Quotidie vox auditur è monte Choreb, quæ exclamat: Væ ſuper illos, qui cultum Creatoris ſui negligunt: & ex adverſo de præmio illorum, qui emendant opera ſua. col. 7.

31. Si peccatum aliquod committi ſoleat ab impio, & iſte ab hoc deſiſtat, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus hoc tanti æſtimat, ac ſi juſtus quidam peccatum aliquod ſuperaſſet. col. 17.

32. R. Joſe unicô quaſi momentô ſeſe immiſcuerat rebus mundanis; & eum perſecutus erat ſerpens: quanto magis illum, qui à ſtudiis omninò ſe ſeparat, mordebit ſerpens. col. 29.

33. Rectores Iiſraëlitarum, cùm juſti ſunt, merentur accipere vitam æternam: & comparantur variis rebus, v. g. paſtoribus ovium, & ſimilibus. col. 35 & 36. [conf. Joh. 21. v. 15. *Paſce agnos meos.* Act. 20. v. 28. *Attendite vobis & univerſo gregi, &c. paſcere Eccleſiam Dei, &c.*]

34. Qui fiduciam ſuam collocat in DEUM Sanctiſſimum atque benedictum, confirmatur, &c. col. 38.

35. Qui ſalutat juſtos, idem facit, ac ſi ſalutaret DEUM Sanctiſſimum atque benedictum. col. 41.

36. Qui in itinere incedit, & occurrit impiis quibusdam, ab iisdem ſe ſeparet col. 54.

37. Mundus iste creatus est per judicium, ut homines etiam justè ambulent, nec ex orbita discedant. col. 38.

38. Qui salutat impios, in corde suo convertat verbum suum erga DEUM benedictum, quasi eundem salutaret. col. 41.

39. Homo ab Ecclesia nunquam sese separet; rationem vide col. 76. & 59.

40. Cognoscere DEUM Sanctissimum atque benedictum, quod iste dominium habeat super omnia, præceptum primum est. col. 43. [conf. Matth. 22. v. 38. *Hoc est maximum & primum præceptum.* Joh. 17. v. 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum DEUM, &c.* Hebr. 11. v. 6. *Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se munerator sit.*]

41. Quicunque diligit impios, illius oculi caligant. col. 80.

42. Qualis pastor populi, talis populus: si ille justus est, justus est & populus: si autem ipse ad justitiam eos non promovet, illi propter eum puniuntur. col. 81. & 64. & col. 347.

43. In omni negotio homo seipsum purgare tenetur coram hominibus: quod discimus à Mose Magistro nostro super quo pax! col. 396.

44. Quamvis dictum sit, benedictionem non quiescere super re mensuratâ & numerata: attamen si eadem numeretur, vel benedictionem accipiat per Prophetam aliquem illius generationis, benedictio super eo quiescit. col. 397.

45. Cùm numeratur vel mensuratur res quædam sacra, benedictio DEI Sanctissimi atque benedicti eandem adauget. col. 403. & 404.

46. Quandocunque numerantur resaliæ, quæ sacræ non sunt, genus adversum dominium habet in eas. col. 403.

47. Quæcunque ab homine fiunt in occulto & secreto, super iis quiescit benedictio superna. Si quid autem fiat in propatulo, benedictio super eo non quiescit. col. 408.

48. Cùm calumnia & maledicentia in mundo exoritur, certi quidam serpentes exuvias suas deponunt: unde mala plurima in mundo oriuntur. col. 478.

49. Qui justus est, sacrificium est DEI Sanctissimi atque benedicti: non verò sic etiam injustus. col. 488.

50. Homo scire tenetur 248. præcepta, quæ sunt medicina 248. membrorum ejus: & sic quoque 365. præcepta alia, quæ sunt medicina 365. dierum anni: Sciendum enim omnia sibi invicem esse innexa, ut homo benedictionem accipiat è supernis, & hîc infra. col. 291. & 292. & col. 44.

51. Via illa, in qua vadunt justi, quamvis sit antiqua, nova tamen dicitur, in amorem justorum. col. 385. [conf. 1. Joh. 2. v. 7. *Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus sit verbum, quod audistis. Iterum mandatum novum scribo vobis, &c.*]

52. Laus illa, quæ ad DEUM Sanctissimum, qui benedictus sit! ascendit ex hoc mundo

mundo, gratior ipſi eſt, quàm cæteræ omnes; quia remotior & magis quaſi inſperata eſt. col. 80.

53. Quod dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis:* ſic intelligendum, ut unum citra alterum non ſufficiat. col. 286.

54. Quod dicitur *Ex toto corde tuo:* intelligitur de duabus concupiſcentiis, bonâ & malâ: & quomodo poſſibile ſit, ut DEUS colatur concupiſcentiâ pravâ. col. 287.

55. *Ex omni anima tua* dicitur, ubi quæritur, quot ergo animas habeat homo? Ubi etiam explicatur, quid ſit illud: *Ex omnibus ulterioribus tuis.* col. 287.

56. Homo non debet properare, ut vindictam ſumat de quodam, qui ipſum aut res ſuas offendit: & melius eſt, ſi vindictam committat alii. col. 232. [conf. Rom. 12, v. 19. *Non vosmetipſos vindicantes, ſed date locum iræ.*]

57. Illi ſocii ſive condiſcipuli, qui ſeipſos non diligunt, ex hoc mudo tolluntur, antequam tempus illorum expoſcat. col. 303. [conf. Joh. 15. v. 12. *Hoc eſt præceptum meum, ut diligatis vos invicem, ſicut dilexi vos.*]

58. Cùm homo peragere præſumit opus quoddam bonum, primum propoſitum hoc aſcendit ſuper cor ejus: & deinde bona illa voluntas aſcendit in omnia membra corporis ejus: atque ſic attrahitur in ipſum Præſentia Divina, ut in eo habitet. col. 345. [confer. Johan. 14. verſ. 23. *Si quis diligit me, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*]

59. Singulis noctibus ſic homo componat animum ſuum, quaſi exceſſurus ſit ex hoc mundo. col. 382.

60. Si per aliquem ſcandalum accipiat proximus, ut ceſpitet, quamvis non fiat ex intentione illius, nec ipſe ad opus hoc concurrat; DEUS Sanctiſſimus atque benedictus eundem tamen punit. col. 401. [conf. Matth. 18, v. 7. *Væ homini, per quem ſcandalum venit.*]

61. Quàm magna excellentia ſit humilitatis. col. 417.

62. Quod verum ſit dictum illud: Qui ſuperaddit, diminuit: diſcimus ex aulæis tabernaculi. col. 408.

63. De parte animæ iraſcibili; & quot ſint ſpecies iræ; & unde quælibet ſpecies iræ veniat. col. 432. conf. Matth. 5. v. 22. *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo temerè, reus erit judicii.*]

64. Si quis animam ſuam polluit in vita ſua, iſta non facilè redit ad latus ſanctitatis. col. 483.

65. Tempore annonæ caritatis eleemoſynas erogare debet homo. col. 481. [confer Rom. 15. v. 6. *Decreverunt Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes Sanctorum &c.*]

66. Præcepta Legis correſpondent membris hominis; & ſi deficit membrum

brum aliquod homini, ille dicitur mutilus: quanto magis igitur, si aliquod ex præceptis Legis deficiat (homini, ille mancus erit.) col. 291. 292. & col. 44.

67. Sexaginta myriades malignorum spirituum dominium habent in ungues, qui disperguntur in publicum: atque hinc mors induci potest toti mundo. col. 305.

68. Stella quædam datur, quæ dicitur עֻפְיִין: cumque illa dominium habet, & quis ungues resectos negligenter dispergit; vel ad veneficia iisdem utitur, is mortem inducere potest toti mundo. col. 305.

69. Tria debet homo filio suo: ut illum circumcidi curet; ut illum redimat; ut illum ad matrimonium promoveat. Et hæc omnia DEUS Sanctissimus præstitit Israëlitis. col. 68.

70. Cùm DEUS Sanctissimus atque benedictus populosam reddere vult urbem quendam, priùs intuetur caput illius, & ducem, utrum hic bonus sit an minus. col. 347.

71. Ad omnes benedictiones homo elevare tenetur digitos suos. col. 372.

72. Sapiens melior est Prophetâ: quia à Sapiente Spiritus Sanctus non aufertur in æternum. col. 10. [conf. Joh. 14. v. 16. *Rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum.*]

73. Illo tempore cum judicium mundo impendet, ne foràs prodeat homo. col. 63.

74. Homo nunquam habitet in loco impiorum, quia aliàs cum illis comprehendi potest: sed habitet in loco justorum; quia per illos melior fieri potest. col. 68.

75. Duo sunt mulierum genera, in quibus locum habere potest vox serpentis: unum earum, quæ non accuratè observant dies impuritatis suæ & indumentorum suorum alborum: & unum earum, quæ non annunciant maritis suis, quando sese baptizarunt, ut ipsos mortificent. Si talis mulier parit filium, hic sanè in potestate Lilith & spiritus alicujus immundi est. col. 197.

76. Omnia præcepta Legis, æstimantur pro uno: & si quis vel unicum minuit, idem facit ac si totam Legem è medio sustulisset. col. 287. & col. 292. [conf. Jac. 2. v. 10. *Quicunque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*]

77. Prohibitum est aspicere arcum supernum (id est, iridem,) & arcum inferum, (id est, membrum virile:) quia hoc est signum fœderis sancti in corpore humano facti. col. 117.

78. Concessum est judici furtim expiscari statum causæ à litigante, ut sententiam ritè ferre queat. Et sic discipulo quoque permissum est, furtim sibi comparare scientiam Magistri sui in Lege. col. 186.

79. Homo ne nimium excrescere sinat ungues suos: quo magis enim hi crescunt, eo magis ipsi quoque prævalent spiritus maligni, ut ipsum quotidiè affligant. col. 373.

80. Qui sustentat vel liberat animas multas; illarum causa, vocatur nomine plurali. col. 46.

81. Nocte mediâ surgat homo & studeat in Lege; usque ad ortum diei; & deinde eat in Synagogam. col. 92.

82. Ex omni opere suo homo aliquid concedat generi adverso, ne ipsum accuset. col. 60.

83. Valdè

83. Valdè exaltatur gloria Dei, cùm Populi collaudantes confitentur Domino. col. 121.

84. Bene jam agit, qui obſervat præcepta Domini ſui, quamvis non cum debitâ meditatione (nec intelligat, quid ea ſibi velint,). Id tamen non ſic ei rependitur, ſicut illi, qui debitè meditari novit. col. 166.

85. Non quilibet homo ſapiens eſt, ut facere queat voluntatem Dei Sanctiſſimi atque benedicti: hinc talis orare debet debitas preces. col. 166. [conf. Jac. 1. v. 5. *Si quis veſtrûm indiget ſapientiâ, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.*]

86. De dignitate oculi faventis, (qui hilariter largitur;) quia talis benedictionem confert omni loco. col. 390.

87. Si Iſraëlitæ in quadraginta illis annis cùm in deſerto fuerunt, feciſſent voluntatem Dei, genus illud adverſum omnino ſublatum fuiſſet è mundo. col. 280.

SEMITA JUSTORUM
è Dictis in
LEVITICUM.

1. Sicut homo punitur propter verba mala; ſic punitur propter verba bona, ſi ea proferre poſſet ad monendum populum, & id tamen non facit. col. 82.

2. Monendus eſt homo, ne peccet, ſed ſanctificet membra ſua 248; quæ vocantur Caſtra. Hinc dicitur: *Et Caſtra tua erunt ſancta.* Deut. 22. v. 14. col. 135.

3. Omnia præcepta, quæ homo facere tenetur, præſtare debet ipſo opere: ubi autem opera locum non habent, verbis tamen eadem commemorare debet. col. 217.

4. Si caput populi juſtitiæ ſtudet, totus populus propter ipſum ſervatur. Et Joſchijahu propterea punitus eſt, quod non ſeverius corriperet eos. col. 220.

5. Qui vias ſuas in juſtitiam dirigit hoc in mudo, magnam felicitatem creat patri ſuo in hoc mundo: quantò magis in mundo venturo. col. 224.

6. Qui maledicit proximo ſuo in faciem ejus; idem facit ac ſi ſanguinem ejus effunderet; ſi autem abſentem calumnietur, illa tamen verba ſurſum aſcendunt. Et ſic quoque omnia verba prava. col. 154. [conf. 1. Joh. 3. v. 15. *Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt; & ſcitis, quod omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.*]

7. Nocturno tempore homo non proferre debet verba futilia; ſed potiùs verba Legis. col. 220.

8. Ilia crepent illi, qui dicit, non requiri opera & verba in omnibus; nec opus eſſe voce. col. 203.

9. R. Jehudah (honoris cauſa) ſurrexit coram puero quodam, à quo verbum quoddam è Lege divina didicerat. col. 71.

10. Qui nocturno tempore ſolus eſt in domo, vel in campo; vel etiam interdiu in domo ſolitaria, damno affici poteſt. col. 78.

11. Qui avertere poteſt malum aliquod, & non avertit, is propterea punitur. col. 81.

Bayerische Staatsbibliothek

12. Si quis ædificat domum, is eandem sapienter extruat, ut in ea exerceri queat studiū Legis, & præceptorum: idque ore suo expressè pronunciet, ut ibi commoretur Spiritus Sanctus: quod nisi faciat, illi, qui in ea habitant, puniuntur. col. 88. 89. 90. 91. Ubi quoque historia quædam huc pertinens enarratur.

13. Et sic quoque super omni opere & præcepto quod observatur, homo commemorare debet nomen DEI, dicendo; hoc est præceptum istud; & hoc est pro præcepto illo. Rationem vide col. 88.

14. Monendus est homo, ut nomen DEI cum sanctitate & puritate scribat: quod nisi fecerit, de eo intelligitur dictum illud Num. 15. v. 31. *Quia verbum Domini sprevit*, col. 117.

15. Cùm judicium & plagæ publicæ in mundo grassantur, homo ne prodeat foràs; nec solus vadat ullo loco. col. 96.

16. Cavendum est ne Liber Legis divinæ transportetur de Synagoga in Synagogam aliam; & multò minus in locum quendam tertium. col. 120. & 126.

17. Bathscheba Davidi quidem deputata erat ab ipso sextiduo creationis: sed David tamen punitus est, quod ante debitum tempus illam acciperet. col. 141.

18. Cautelam adhibendam circa rescindendos ungues. col. 141.

19. Si tempore famis homo cibum habet, periculosum est, ut seipsum exhibeat hominibus. col. 44. & col. 176.

20. Singulis annis, mensibus, hebdomadibus, diebus atque horis certa quædam tempora sunt, ubi benevolentia divina prævalet; & alia pariter, ubi judicium ejus rigorosum dominatur. Hinc homo semper metuere debet, ne è timore Domini excedat. col. 103. [conf. Phil. 2. v. 12. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.*]

21. Quam acerba & prava res sit oculus malus, (sive invidus:) describitur col. 113. una cum historia quadam.

22. Cultus Dei primùm incipiat à timore; & deinde procedatur ad cultum ex amore præstandum. col. 100.

23. Prohibitum est homini gaudio indulgere in hoc mundo: nisi sit gaudium Legis. col. 100.

24. Summopere mirandum est, quod homines mundani non meminerint novissimorum suorum: cùm DEUS sanctissimus atque benedictus tamen, item Lex divina, & ipsa anima eorum usque adeo eos commoneant. col. 103.

25. De illis, qui obediunt illecebris pravæ suæ concupiscentiæ, intelligi potest dictum illud: Psal. 81. v. 10. *Non erit in te Deus alienus.* col. 205.

26. De pœna illius qui nomen DEI in vanum usurpat, vel jurat per nomen DEI benedicti. col. 216.

27. Ne unicum quidem è ministris DEI Sanctissimi atque benedicti vilipendendum esse: in quorum numerum etiam referri debent, aqua, ignis, serpentes, scorpii, &c. col. 206.

28. Magnum esse præceptum de correptione proximi sui: & quo ordine correptio

hæc

hæc inſtituenda ſit. col. 126. & col. 40. [conf. Matth. 18. v. 15. *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, &c.* Jac. 5. v. 19. *Si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, ſcire debet, quod &c.*]

29. Nocturno tempore homo tenetur legere Lectionem; Audi Iſraël, &c. & animam ſuam commmendare in manum DEI Sanctiſſimi atque benedicti, multis laudibus & confeſſionibus. Et quomodo liberetur à Dæmonibus noxiis: item quomodo anima aſcendat ſurſum; quælibet juxta gradum ſuum. col. 37. & col. 49.

30. Juſti vocantur Sabbatha & feſta ſancta, & vaſa ſancta: & qui eos vilipendit, reus eſt lapidationis: & quilibet eos h onorare illisque delectari debet, ut honorat Sabbathum & feſta alia. col. 49. [conf. 2. Tim. 2. v. 20. *In magna domo, non ſolum ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædam in honorem, quædam autem in contumeliam.*]

31. Seriò monendi ſunt homines ut cautiſſimè obſervent honorem Domini ſui. col. 51.

32. Benedictio non quieſcit in loco vacuo. col. 58.

33. Cùm tempora ſunt felicia & benedictione plena, homo multas eroget eleemoſynas: atque tunc quandoque in publicum prodire poteſt, ut in ipſum quoque deſcendat felicitas & benedictio ſuperna. Cùm autem mundus plagis premitur, è domo ſua ne exeat. col. 96.

34. Cùm homo bonum aliquod opus peragit, ſuper capite ejus quieſcit Spiritus quidam ſanctus: ſi verò pravum opus committit, in ſeſe derivat ſpiritum malum. col. 160.

35. Demonſtratio, quod vetitum ſit aliquid inaniter projicere, quod uſui eſſe queat ſpiritibus malignis. col. 75.

36. Qui perjurium committit, univerſam legem transgreditur. fol. 14. col. 90.

37. Ab illa die, quâ vaſtatum eſt ſanctuarium, vera amplius medicina non reperitur in mundo: unde monendus eſt homo, quò ſeriò ſemper caveat. col. 91.

38. Divitias quandoque & bona accipere meretur homo quidam, propter uxorem ſuam, & pietatem ejus: quod demonſtratur è loco Geneſ. 12. v. 13. *Ut benè ſit mihi propter te.* col. 91.

39. Cultus perfectus hominis eſt, ut DEO ſerviat, intimô ſui cordis amore. col. 122.

40. Prohibitum eſt capite nudô incedere, vel quatuor cubitorum ſpatiô, quia Gloria Divina ſuper homine quieſcit. col. 164.

41. Homines in omnibus operibus atque converſatione ſuâ aſſociare ſibi debent Nomen DEI Sanctiſſimi col. 213.

42. Quilibet poteſt offerre victimam, etiam non extructô ſanctuariô; adipe nimirum & ſanguine (id eſt, jejuniô) ſuô. col. 13.

43. Quotidie exclamatio quædam fit, quæ hominem monet, ut à peccato abſtineat: & quomodo DEUS Sanctiſſimus atque benedictus homini, antequam naſcatur, oſtendat mille & octo mundos & Paradiſum, ceu præmium juſtorum. col. 11. & col. 2.

44. Cùm homo peccat, DEUS Sanctissimus & Lex divina mirantur eum. col. 91. & 25.

45. Cùm pauper opus aliquod servile peragit in domo quadam, halitus ab ore ipsius prodiens sub gravi illo labore ad noctem usque sursum ascendit. Væ igitur illi patrifamilias, qui mercedem ejus retardat. col. 124.

46. Cum plagis affligitur mundus, Liber Legis exportatur ad sepulchra justorum, precesque ibidem fiunt: atque tùm justi intercedunt pro mundo. Notandum autem, quod liber ille Legis omni carere debeat errore. Videatur col. 126. 127. Unde hic mos inter nos exolevit.

SEMITA JUSTORUM

E Dictis in

NUMEROS.

1. Cùm Legisperitus quidam moritur, eundem locum invisere solet, in quo solitus erat incumbere studiis Divinæ Legis, dum viveret: hinc præceptum est, ut ibi conventus instituant, Legisque studium ibidem excolant. col. 404.

2. Qui ore suô profert verba prava, illius verba sursum ascendunt, omnesque exclamant: Secedite à pravo hoc verbo istius viri. col. 81.

3. Qui præceptum aliquod observat, ad singula opera pronunciare debet: Hoc est pro isto præcepto; & hoc pro præcepto illo. Videatur ratio col. 88.

4. Qui ædes extruit, initio statim dicat; se illas extruere pro cultu DEI Sanctissimi atque benedicti. col. 88.

5. Lingua maledica vocatur gladius, & qui linguam habet calumniis plenam, illius preces non ingrediuntur ante DEUM Sanctissimum. col. 93. & 94.

6. Nihilque majori odiô DEUS prosequitur, quàm linguam maledicam. col. 305.

7. Quidquid ore suô profert homo, sursum ascendit. col. 97.

8. Prohibitum est intueri iridem, & digitos Sacerdotum è suggestu benedicentium: & multò magis locum talem, quem odio habet Dominus. col. 153.

9. Egregia explicatio dicti illius; Eccles. 9. v. 10. *Omne, quod invenerit manus tua ad faciendum in virtute tua, id fac.* col. 405.

10. Illi homines, qui gressu veloci adeunt Synagogam, & auditorium, & si quæ observanda sunt præcepta, socii fiunt Angelorum: & certum ipsis destinatum est palatium. col. 421.

11. Nullum est præceptum, quod non æquiparetur toti Legi. col. 418.

12. Omnia quæ fiunt festinanter, non fiunt cum sapientia perfecta. col. 561.

13. Quamvis homo quædam cogitet corde suô, & meditetur animô; nihil tamen ipsô opere faciat, nisi prius de eo locutus sit disertis verbis. col. 570.

14. Si quis seipsum polluit infra, illum quoque polluunt supra. col. 291.

15. Qui irâ plenus est, monendus est, ne sibi ipsi maledicat hôc ipsô tempore: quia hoc certissimè confirmabitur. col. 295.

16. Qui

16. Qui à quibusdam ablegatur, is legatus fidelis ſit eorum, qui illum ablegârunt. Quodque homo non cuivis aperire debeat, quod ſit Legis peritus: Unà cum hiſtoria quadam. col. 300.

17. Si homo non peccat, non guſtat ſaporem mortis: aſcenditque in mundum ſupremum. col. 303. [conf. Matth. 16,28. Joh. 8,52. *Si quis ſermonem meum ſervaverit, non guſtabit mortem in æternum.*]

18. Hiſtoria de quodam, qui cùm ſocius ejus in Lege legiſſet, & ipſe ſciret, quod ille erraturus eſſet circa verbum aliquod, condiſcipulis tamen reliquis prohibuerat, ne ipſi aliquid ſuggererent: unde hic cùm ad locum illum pertigiſſet, pudore ſuffuſus eſt. Quia autem pudore hôc affecerat ſocium ſuum, in gehenna punitus eſt unâ hora cum dimidiâ. Quia DEUS Sanctiſſimus peccatum illud non remittit, ſi quis Divinâ ſuâ Lege abutatur ad pudorem alterius. col. 317.

19. Si cuidam benè non ſit in urbe hac, is abeat in urbem aliam. col. 316. [conf. Matth. 10,14. *Quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras de domo vel civitate &c.*]

20. Etiam vox ex ore hominis prodiens ſuum habet locum, vocemque aliam erga ſe excitat, prout facit Echo: & quare Echo reſpondeat finalia, & non initialia, vide col. 320.

21. Qui ſeipſum humiliat in hoc mundo, magnus erit in mundo venturo; & qui ſeipſum extollit in hoc mundo, parvus erit in mundo venturo. Quod probatur loco de annis vitæ Saræ Gen. 23. v. 1. col. 319.

22. Qui autem res ſuas in occulto gerit, nec omnia in publico facit, præſtantiſſimus eſt omnium: talis enim vir pius eſt & perfectus, qui præcepta Legis obſervat, & in Lege ſtudet noctu & interdiu. col. 347.

23. Qui os linguamque ſuam aſſuefacit, ut nihil revelet, meretur accipere Spiritum ſanctum: & contra. col. 348.

24. Qui filium ſuum per forum deducit, eundem contegat, ne dominium in ipſum obtineat oculus malus (faſcinatorius) col. 391.

25. Qui habitat in urbe prava, exhinc transferre debet domicilium ſuum. col. 400.

26. Feſtô novi anni primò omnium judicatur ille, qui non honorat nomen DEI benedicti, vel Legem Divinam, vel illos, qui in ea ſtudent &c. col. 424.

27. Diſcipuli ſapientum, qui è ſtudio Legis unicam ſuam faciunt profeſſionem, ita præſentem habent Divinam Gloriam, ut ab illis non diſcedat: qui autem non ſemper hôc ſtudiô detinentur, cum illis hæc quandoque habitat, quandoque non. col. 440.

28. Qui infamem reddit uxorem ſuam, idem facit, ac ſi ipſam Gloriam cohabitantem infamiæ maculâ notaret. col. 508.

29. In noctem ſpiritibus noxiis poteſtas tradita eſt: hinc precibus & ſupplicationibus opus eſt, ut quis ab illis liberetur. col. 297. [conf. Luc. 22. verſ. 53.

Sed hæc est potestas tenebrarum. Coloss. 1. v. 13. *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum.*]

30. Is cui oculi sunt occœcati, tantâ pœnâ non punitur, ac ille qui oculos habet apertos. col. 533. [conf. Joh. 9. v. 41. *Si cæci essetis, non haberetis pœnam: nunc verò dicitis: quia videmus, ideo vestra pœna manet.*]

31. Qui filium suum in scholam ducit, sacrificium perfectum offert. col. 311.

32. Excellentia Levitarum major est, quàm sacerdotum. col. 456.

33. In hilaritate sua homo ad se invitet DEUM Sanctissimum atque benedictum, atque tùm hic advenit, secumque adducit parentes istius hominis, & plures demortuos, ad istam hilaritatem: sed in luctu hominis Deus ter Optimus solus advenit. col. 404.

34. Necesse est, ut homo faciat voluntatem Domini sui, dum super capite suo adhuc ardet lucerna Domini, (i. e. anima ejus) col. 405.

35. Qui aliquem occidit, ille descendit ex latere adverso. col. 413.

36. Ex timore quis procedit in humilitatem & pietatem. col. 274.

37. Actibus inferis excitantur actus superi: atque hinc expansione manuum sacerdotes excitant Divinam Gloriam, ut super illis quiescat. col. 274.

38. Timeri dicitur DEUS Sanctissimus atque benedictus, modô generali & modô speciali. col. 502.

39. Qui degit sub potestate altera, influxum assugit à potestate altera: idémque est, ac si infidelis esset. col. 509.

40. Qui descendit de latere judicii rigorosi, ne sinat excrescere capillos suos: atque hinc mulieres capillos suos contegere tenentur. col. 287.

41. Qui secreta revelat, illius anima certissimè non est de loco sancto & superno: & cùm anima ejus excedit ex hoc mundo, Regi Sanctissimo adhærere nequit. col. 571.

42. Medicus ille, qui ægrotum visitat, cum ipso agat de medicinis, pro omni possibili; nec dicat, à Deo hunc morbum ipsi immissum esse singulariter &c. quod si verò medicamenta sua ipsi applicare nequeat; cum ipso agat de rebus divinis, ut eum convertat ad pœnitentiam atque preces. col. 580.

43. Quicquid homo sibi in hoc mundo proponit, non confirmatur, nisi disertis verbis illud enunciet: tunc enim alicui committitur negotium. col. 225. & 226.

44. Quicunque meminit prosperitatis proximi sui, vel liberorum & divitiarum ejus, is eidem benedicat oculo favente, non verò oculo invido. col. 226.

45. Si quis ex depositio penes se solutionem debiti sui facere velit, ille facta inquisitione, procul dubio non descendit è semine sancto. col. 229.

46. Quantam vim habeat peccatum in delinquentem, in familiam ejus, & in totum mundum. col. 234.

47. Homo scrutetur opera sua, antequam producatur ante judicium cœleste, quia tunc difficilis est liberatio. col. 235.

48. De

48. De homine ſecuro, qui in hoc mundo ſic vivit, quaſi iſte duraturus ſit in ſecula ſeculorum: &c. deque pœna illius ſubitanea; & quid de eo proclametur; col. 240.

49. Prohibitum eſt digitos fruſtra elevare, niſi ſub precibus & benedictionibus & in honorem Dei Sanctiſſimi atque benedicti. col. 274. & 381.

50. Ab illo momento, quo homo ſurgit è lecto ſuo, Deus Sanctiſſimus in ipſum conſtituit obſervatores, qui teſtentur de converſatione, verbisque & operibus ejus, eôdem die ab ipſo peragendis. col. 333.

51. Quicunque ſectatur id, quod ſuum non eſt, ille perdit id, quod ſuum eſt, nec tamen lucratur id quod eſt alienum. col. 335.

52. Qui iraſcitur, æquiparatur idololatræ, quia genus adverſum in ipſo quieſcit. col. 360.

53. Quod Jiſraëlitæ comedant & bibant cum gentilibus, ſic illis imputatur, quaſi eſſent rebelles atque refractarii erga Deum. col. 365.

54. Tria dicuntur eſſe ſigna: icterus dicitur ſignum peccati: multiloquium dicitur ſignum ſtultitiæ; & laus propria, ſignum, quod quis nihil ſciat. col. 357.

55. Homo filium ſuum conſecret præceptis: & qui hoc negligit, punitur. col. 499.

56. Monendus eſt homo, ne aquas turbidas, vel aliquas ſordes effundat ſub porta oſtii ſui, vel prope eandem; quia ſpiritus aliquis malignus ibidem ſemper commoratur; qui hac ratione licentiam accipit ipſam domum intrandi: & magnum eſt periculum per talem locum tranſire. col. 503. 506. & 509.

57. Nimium quantum monendus eſt homo ut cautè obſervet opera ſua; quia quàm ſæpiſſimè judicium mundo imminet. col. 337.

58. Quicquid homo agere præſumit ſive bonum ſit ſive malum, non ritè aſcendit, donec verbis & opere debitè in actum deducatur. col. 349.

59. Homo majori honore proſequi tenetur Patrem ſuum poſt mortem, quàm in vita ejus. Hinc quilibet monendus eſt, ut filium ſuum erudiat in Lege & in præceptis. col. 221.

60. Si caput populi bonum eſt, totus populus melior evadit: ſin minùs, contrarium accidit. col. 225.

TITULUS UNDECIMUS.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

E Dictis in

GENESIN.

1. De Paradiſo ſupero & infero. Et ſic quoque de Inferno. col. 269.

2. Septem ſunt palatia, & in quovis horum præmia dantur illis, qui obſervant præcepta; uni plura alteri pauciora. col. 116. 117. & 118. [conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quo minùs, dixiſſem vobis, vado parare vobis locum.*]

3. Deus

3. Deus sanctissimus atque benedictus nulli creaturæ (sive homini,) mala quædam infert; sed tantùm præsentiam suam gratiosam eidem subtrahit: atque sic illa per se perit. col.277. [conf. Act.17,25.28. *Ipse dat omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. In ipso vivimus, movemur & sumus.* Hebr.1,3. *Portans omnia verbô virtutis ejus.*]

4. Tria sunt præmiorum genera, pro Psyche; pro spiritu, & pro mente. Pro psyche extra Paradisum inferum; pro spiritu in Paradiso infero; & pro mente in Paradiso supero. In neomeniis autem & Sabbathis psyche ascendit, & fruitur præmio spiritus & mentis. col.473. & col.229.

5. Cum justus ex hoc mundo discedit, Deus Sanctissimus atque benedictus eidem præparat formam aliam, qua vestiatur juxta ritum illius mundi. col.235. [conf.2.Cor.5. v.1.2. *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, & non nudi inveniamur.*]

6. Deus Sanctissimus atque benedictus prodit ad excipiendum Justos; Abraham autem & Jizchak non procedunt, donec procedentes videant Deum benedictum & Jacobum; atque tunc etiam ipsi sese movent in occursum illorum. col.257.

7. Duodecim mensibus psyche judicatur cum corpore: atque tunc psyche illa per mundum divagatur, ut misericordiam quorundam commoveat ad intercedendum pro sese. Et sic quotidie Patriarchæ intercedunt pro mundo. col.474.

8. Quod mortui inter gentiles & idololatras non resurrecturi sint tempore mundi venturi; col.410.

9. Illo tempore cum anima Justi cujusdam ex hoc mundo discedit, eandem adducunt ad speluncam duplicem, ut Patriarchæ videant semen illud sanctum, quod reliquerunt in mundo hoc. col.526.

10. Prodigia fient denotantia bella inter Edomitas & Jischmaëlitas, reliquosque populos, prope adventum Redemtoris. 279. [conf. Apoc.14,20. *Calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu, usq; ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.* Apoc. 19.v.19. *Vidi bestiam & Reges terræ, & exercitus eorum congregatos, ad faciendum prælium cum eo, qui sedebat in equo, & cum exercitu ejus.*]

11. Rex Messias sive è vivis sive è mortuis sit, David vocabitur. col.232. [conf. Apoc.1.v.5. *Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ.*]

12. Diem unum Ecclesia Jisraëlitica sedebit in pulvere (i.e. exulabit,) nec amplius. col.289.

13. Futuro tempore Deus sanctissimus atque benedictus Jisraëlitis aperiet portam aliquam lucis tenuissimæ; deinde portam aliam lucis majoris; atque sic majorem semper admittet lucem, usque ad gradum diei. Sic enim cùm Jisraëlitis procedit in omnibus negotiis eorum. Cum gentilibus autem processum observat contrarium. Unà cum simili de medico quodam &c. col.389.

14. Sanctuarium erigetur ante collectionem exulantium: rationem vide. col.317.

15. Justi

15. Juſti jam in hoc mundo præguſtum aliquem habent mundi venturi, quem ſingulis noctibus deguſtant. col.233.

16. Tempore reſurrectionis mortuorum corpora fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti.col.273.[conf.1.Cor.15.v.41.42. *Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum, ſtella enim differt à ſtella in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.*]

17. De mortuis extra terram ſanctam, quod nempe corpus illorum reſtaurandum ſit extra terram, & illi volutandi ſint per antra ſubterranea usque in terram. col. 273.

18. Ratio quare corpora volutari oporteat usque ad terram Jiſraëliticam, ut ibi vivificentur; & quare non reſurgant extra Terram ſanctam.col.276.

19. Quâ formâ juſti fuerunt in hoc mundo, tali exſculpuntur in throno gloriæ; ut anima certa eſſe queat ſe redituram in corpus, prout fuerat dum hîc viveret. col. 277.

20. Animæ, quæ admitti merentur ad faciem divinæ gloriæ, vocantur Filiæ Jeruſchalem. col.296.

21. Pro plebe dictum fuit, quod futuro tempore comeſturi ſimus carnem Leviathanis atque bovis; & bibituri vinum optimum: ut corda illorum allicerentur ad timorem Domini: quia nullâ aliâ re citius allici poteſt humana natura, quàm cibô & potu. col.321.

22. Septem diebus primis poſt mortem, Pſyche atque corpus ſingulis diebus ter judicantur.col.476.

23. Filii Gad & filii Reuben primi erunt, qui bellum gerent tempore redemtionis; totumque mundum ſubigent.col.498.

24. Rex Meſſias vocatur Vinum, quia gaudium erit Jiſraëlitis, judicium verò gentilibus. col.506.

25. Prope dies Meſſiæ omnes ſapientiæ, etiam profundiſſimæ, vel pueris manifeſtabuntur.col.290.

16. Meſſias primò manifeſtabitur in terra Galilæa; illisque diebus multa ſigna & prodigia exiſtent.col.291. [conf. Joh.2.v.11. *Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ &c.* Matth.28.v.10. *Nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.*]

27. Angelus quidam Dumah conſtitutus eſt ſuper computum juſtorum & piorum, quique tradiderunt animas propter ſanctitatem DEI benedicti, & ſpem præmii futuri. col.300.

28. Tempore Reſurrectionis DEUS Sanctiſſimus atque benedictus advocabit Angelum Dumah, & expoſcet computum omnium juſtorum.col.300.

29. De præmio illius, qui filium poſt ſe relinquit: deque pœna illius, qui nullum relinquit filium. col.129.

30. Omnis anima futurô tempore redibit in corpus ſuum, & reſurgent ſimul, ut fuerant antea; ſed multâ cum ſcientia atque ſapientia. col. 302.

31. Bona opera, quæ homo peragit, conſcribuntur coram Deo ſanctiſſimo atque benedicto: & ſic etiam opera mala. col. 195.

32. Cum anima aſcendit ad portas Jeruſalem, Michaël Dux magnus cum ipſa aſcendit, eamque ſalute excipit. col. 301.

33. Homo qui peccat, annotatur coram DEO Sanctiſſimo qui benedictus ſit! & ſi in illa ſtultitia perſeveret, nota illa augetur. col. 216.

34. Cum homo ambulat in via ſancta, formam quandam ſanctam habet; omnesque mundi creaturæ eundem metuunt, & coram eo contremiſcunt. Si autem incedat viâ perversâ, figura Domini ſui ab ipſo tollitur, & ipſe metuit omnes in mundo creaturas. col. 210.

35. Metatron princeps ad faciem DEI miniſtrans futurô tempore ſuſcipiet computum juſtorum, de manu Dumah. col. 304.

36. Futuro tempore corpora volutabuntur usque in terram Jiſraeliticam: & quidam dicunt Gabrielem Angelum eadem illuc perducturum. col. 308. & 311.

37. Quadraginta annis ante Reſurrectionem anima corpus ſuum expectat in terra Jiſraëlis. col. 308. & 324.

38. De pœnis atque ſuppliciis acerbiſſimis, quibus affligendi ſunt impii in mundo vindictæ futuræ. col. 310.

39. Qui ſeipſum ſanctificat in hoc mundo, illius anima ſeſe applicat ad gradus ſanctos ſupernos. Qui verò ſeipſum contaminat, ille adhæret ſpiritibus noxiis & perditoribus; unde morbi peſſimi. col. 266. 309. 310.

40. Juxta doctrinam de Revolutione animarum una anima tria habet corpora: unde quæritur, quodnam è tribus illis corporibus reſurrecturum ſit, in reſurrectione mortuorum? col. 311.

41. Tempore futurô corpora conſiſtent ad portas ſepulchrorum ſuorum ad excipiendum animas ſuas: & Dumah computum exhibebit omnium. col. 320.

42. Ter ſingulis diebus ſpiritus quidam è ſupernis deſcendit ſuper Patriarchas, eosdemque reſuſcitat: atque tunc hi intercedunt pro Jiſraëlitis &c. Non enim miſereretur mundi DEUS Sanctiſſimus, niſi Patriarchæ forent. col. 474.

43. Os quoddam in ſepulchro ſuperſtes manet, ex quo reædificabitur futurô tempore corpus; & hoc oſſiculum nullum habuit alimentum è cibis hujus mundi; hinc tantum ipſi robur eſt, ut non putreſcat in terra. col. 324. & 206.

44. Structura Sanctuarii & collectio diſperſionum exulantium, & reſurrectio mortuorum, ſeſe invicem inſequentur. col. 328.

45. De miraculis illis, quæ eventura ſunt tempore redemtionis. col. 328.

46. Feſtô neomeniæ & die Sabbathi, aliisque feſtis, Mens, Spiritus & Pſyche ſimul delectantur. col. 229. & col. 473.

47. Qui

47. Qui moritur in terra Jisraëlitica, & eâdem die sepelitur, in illum dominium non habet spiritus malignus: quid autem fiat morientibus extra terram, vid. col. 250.

48. Justi ascendunt è Paradiso infero in Paradisum superum: & quandoque abhinc etiam descendunt huc inferius, & apparent hominibus quibusdam, iisque revelant mysteria sublimia. col. 302.

49. In illo mundo anima vestitur veste pretiosâ, cujus beneficiô haurire possit lucem præclaram mundi superni: sicut in hoc mundo eadem pariter vestitur veste quâdam, ut haurire possit aërem hujus mundi. col. 200.

50. Corpora volutabuntur sub terra usque ad terram Jisraëliticam: & ibi accipient animam novam. col. 207.

51. Qui multum in Lege proficit, & omnia opera sua in honorem DEI peragit; & non habet liberos; vel si habuerit, iidem sint mortui; vel si ipsi sint steriles; is portionem tamen bonam habet in mundo venturo. vid. col. 420. & col. 421.

52. Justi impediunt pœnas, ne in mundum veniant. col. 432.

53. Anima hominis justi ingreditur in Paradisum inferum, & ingreditur in speluncam duplicatam, & occurrit Adamo Protoplastæ. col. 288.

54. In resurrectione mortuorum primi resurgent illi, qui student in Lege. col. 410. [conf. Apoc. 20. vers. 4. *Et animas decollatorum propter testimonium Jesu, & qui &c. hæc est resurrectio prima.* 1. Thess. 4. v. 16. *Mortui in Christo resurgent primùm.*]

55. Omnes dies hominis, ex quo in mundum productus est, in mundo circumvolitant, & quilibet dies hominem monet, ut incedat viâ rectâ: quod nisi faciat, illa dies ascendit & testimonium contra ipsum perhibet coram DEO Sanctissimo atque benedicto, & sola foràs consistit &c. Et si homo justus est, è diebus illis DEUS benedictus vestem pretiosam efformat, ut homo iste futurô tempore exhinc magnâ voluptate perfundatur. Si ergò operibus malis indulget homo, vestis illa interpolata variè est, & propterea homo dupliciter punitur in gehenna. col. 472. & 468.

56. Omnes dies hominis in supernis consistunt: cumque tempus adest, ut homo è mundo discedat, illi omnes apparent coram DEO Sanctissimo, & cum operibus hominis conferuntur. col. 263.

57. Cùm homo moritur, si probus est, confestim applicatur corpori regio: sin minùs lavandus est igne ardente, ut restituatur, quò partem aliquam habeat in corpore Regis. Si verò restaurari nequeat ob nimia peccata sua; væ ipsi, quia tunc de ipso verificatur, quod dicitur 1. Sam. 25. *Et anima inimicorum tuorum jaculabitur in medio fundæ.* col. 463.

58. Anima illa, quæ non est justa, in hoc mundo permanet, donec corpus sepultum sit, quô factô ipsa deducitur in Gehennam. vid. col. 466. & 476. ubi traditur, quod singulis septiduis animâ ascendat & descendat.

59. Gehenna ex igne constat & ex aqua: & de tempore, quô puniuntur impii. vid. col. 281.

60. Quæritur, quâ pœnâ afficiatur homo tredecim annorum & plurium, postquam moritur? quia jam patriâ potestate solutus est, & in ordinem pœnarum cœlestium, ante annum vigesimum tamen non assumitur? De hoc vid. col. 291.

61. Futurô tempore illud ipsum præceptum, quod moriens homo deseruit, in eo iterum apparebit. col. 416.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

è Dictis in

EXODUM.

1. Homo tredecim annorum habetur pro filio unius diei: unde si talis moritur, quoad peccata sua, excusare se potest coram DEO Sanctissimo, quod ætatem saltem habeat unius diei. Et sic etiam spurius excusare se potest: quid ad me peccatum parentum meorum, si opera mea sint justa? Idem intelligendum de embryonibus mortuis in utero matris. col. 201.

2. Si anima non reperitur digna, quæ vestiatur veste supernâ, digna quoque non est videre Regem sanctum. col. 412.

3. Ratio quare quandoque moriantur infantes in tenerâ ætate sua. col. 172.

4. E bonis operibus, quæ homo peragit, huic paratur vestis, in qua consignantur omnia ipsius opera bona. Hâc autem veste non induitur nisi post triginta dies: quia nulla est anima, quæ non aliquâ mulctetur pœnâ intra triginta hos dies. col. 376. & 377.

5. Locus quidam paratus est pro infantibus qui moriuntur, in quo ne perfectè justi quidem consistere possent. Et isti protegunt vivos. col. 201.

6. Anima hominis lavatur in flumine igneo, & offertur in holocaustum. Non tamen comburitur sed tantum lavatur, sicut vestis Salamandrina, quæ non nisi igne purgatur, ita ut ignis sordes in ipsa contentas exedat: sic enim res & cum anima se habet. Quod si igitur multa in ipsa est spurcities, pœna hæc est magna & dolor acerbissimus. Bis autem lavatur anima, semel in gehenna &c. & quare vocetur gehenna. Vide plura de præmiis & pœnis. col 379. & 380.

7. Cum Justus aliquis ex hoc mundo discedit, præpositi quidam in ipsum constituuntur, ut anima ejus exeat per osculum. col. 460.

8. De tali, qui moritur sine liberis. col. 178. & 179.

9. In corpora Justorum, qui non sectati sunt voluptates nisi Sabbathis, festisque & epulis legalibus, post mortem illorum dominium nullum habere potest Cortex durus, quia illius nullum habuerunt usum in hoc mundo; Si quis autem deliciis indulgeat diebus profestis, cortex iste durissimus in illum habet dominium. vid. col. 220.

10. In

10. In Paradiſo Manſiones quædam ſunt pro piis è populis gentilibus, & pro Regibus mundanis, qui benefaciunt Iiſraëlitis. De pœnis autem illorum, qui ipſos malè tractant vid. col. 485. [conf. Joh. 14. v. 2. *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quo minus, dixiſſem vobis: Vado parare vobis locum.*]

11. Quadraginta novem odores quotidie aſcendunt ab Animabus Juſtorum, uſque ad locum Paradiſi ſuperni. col. 25.

12. Dantur & habitacula pro Animabus proſelytorum. col. 325.

13. Pro omnibus mercedem numerat DEUS Sanctiſſimus atque benedictus: Unde & pro quadraginta duobus illis altaribus, quæ extruebat Bileam, temporibus Eliſchæ ab urſis occidebantur 42. pueri. col. 402.

14. De his qui ſuppliciis afficiuntur à Magiſtratibus; & qui occiduntur à gentilibus: quodque horum formam, præfectus quidam imprimat veſti ſuæ, quæ eſt ignis ardens; eamque ſurſum efferat; DEUS autem Sanctiſſimus illos notet in facie ſuâ col. 442.

15. Prout homo in hoc mundo incumbit ſtudio Legis, ita eidem veſtis quædam præparatur pro mundo venturo. col. 443.

16. Tempore futuro Juſti tam certi erunt quod in bonis operibus perrecturi ſint, ſicut mons Zijon, quæ non nutat in ſeculum. Quod hoc tempore ita ſe nondum habet: ubi tantùm fiduciam quandam habent, ad inſtar Catuli Leonis, qui debilior eſt Leone ſene, vel Leænâ, vel Leone fero. col. 253. & col. 204.

17. Angelus quidam præfectus animam morientis ſuſcipit, eamque in flumine igneo ſubmergit: ubi lavanda & purganda eſt. Quandoque igitur ſtatim iterum emergit & induit illam veſtem ſuam, quæ ipſi parata eſt è bonis ſuis operibus. Quandoque autem ibidem ſubmergitur & detinetur, nec iterum emergit, uſque in diem aliam, cùm ventus auſtralis flare incipit: tunc eadem innovatur & canticum canit: ſicut Angeli ſuperni, qui quandoque ibidem pariter exuruntur, exuti omni poteſtate ſuâ: ubi tamen deinceps renovantur, ſicut ſcriptum eſt Thren. 3. v. 22. *Miſericordiæ Domini, non quod conſumpti ſumus, quia non defecerunt miſericordiæ ejus: novæ ſunt quolibet mane, &c.* col. 443.

18. Illi pueri, qui moriuntur poſt annum ætatis decimum tertium uſque ad vigeſimum, traduntur in manum Præfecti cujusdam è ſerpente curvo oriundi: & quia hic videt, quod mox futurô tempore peccaturi ſint; hinc eosdem tollit ante tempus debitum. col. 446. & col. 478.

19. De pœna illius acerbiſſima qui proximum ſuum nomine turpi compellat, deque pœna linguæ maledicæ vid. col. 478. & 214.

20. Animæ ſanctæ, qualis fuit anima R. Akibhæ, & diſcipulorum ejus, non deſcendunt ut laventur in flumine igneo, ſicut animæ reliquæ. col. 456.

21. Ob dignitatem illius ætatis, in qua vixit R. Schimeon Ben Jochai, mundus conſiſtet, donec veniet Rex Meſſias. col. 14.

22. Si quis moritur in terra Iiſraëlitica, & eâdem die ſepelitur, in eum ſpiritus malignus nullum habet dominium. De iis autem, qui moriuntur extra terram ſanctam, vid. col. 250.

23. Anima idololatræ, qui moritur in terra sancta, multis revolvitur revolutionibus, donec exinde discedat. col. 250.

24. Merces Psyches & Spiritûs & Mentis, tribus locis distinctis distribuitur. col. 251.

25. Spiritus omnes humani deliciis fruuntur in Paradiso infero: quin etiam Spiritus hominis antequam nascatur, ibidem vestitur vestimentô & corpore & vultu quôdam hujus mundi. Sed deliciæ illæ non similes sunt iis, quæ extant in hoc mundo, &c. Vide totam materiam de Paradiso & Gehenna. col. 267.

26. Si quis moritur sine liberis, corpus ejus non perit: quia DEUS Sanctissimus nulli creaturæ decurtat mercedem suam. col. 178.

27. Gehenna ardens correspondet operibus impiorum, peractis vi pravæ concupiscentiæ, quæ etiam ardet ad instar ignis. col. 268.

28. Septem dantur portæ in Gehenna, correspondentes septem speciebus impiorum, quæ sunt רַע malus; בליעל perversus; חוטא peccator; רָשָׁע impius; משחית vastator sive perdens; לץ derisor; יהיר arrogans. col. 268.

29. Pueri, qui moriuntur, antequam studium Legis amplectantur, certum suum habent palatium, certumque suum præfectum, qui illos informat in Lege. col. 355.

30. Ab illis animabus, quæ in inferno puniuntur, sordes quædam prodeunt, quæ vocantur stercus fervens: & peccatores, & qui alios peccare faciunt, qui non curant honorem Domini sui, & prophanant sabbatha & festa è malitia, ibidem in secula puniuntur, nisi ante mortem suam pœnitentiam agant; & diebus neomeniarum, sabbathique & festis aliis, quamvis pœnas non patiantur, nihilominus exinde non exeunt: sed corpora quoque eorum illuc introducuntur è sepulchris, ibique circumdantur vermibus, &c. col. 268. & 269. [conf. Marc. 9. v. 43. *Ire in Gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.*]

31. Septem judiciis homo judicatur post mortem suam. col. 349. & 350.

32. De signis & prodigiis, quibus manifestandus sit adventus Messiæ: quodque hic primò manifestandus sit in terra Galilæa. col. 12. & 14.

33. Cùm Spiritus descendit è supernis, in Paradiso formam accipit illam, quam habiturus est in hoc mundo. Et cum Spiritus à corpore separatur, in Paradiso câdem formâ delineatur, quam in hoc mundo habuit. col. 18.

34. Rex Messias vocatur Zebaoth. col. 14.

35. Post mortem hominis Spiritus ejus unitur cum quatuor ventis, sicut in hoc mundo unitus fuerat, cum quatuor Elementis. col. 21.

36. DEUS Sanctissimus atque benedictus ignominiam justo illatam gravius ulciscitur quàm propriam. col. 112.

37. De resurrectione mortuorum videatur prolixè col. 49.

38. In locum illum Jobi 33. v. 23. *Si fuerit pro eo angelus intercedens unus è mille, &c.* quæritur, cùm omnia DEO sint nota atque manifesta; quid opus sit defensore & accusatore? col. 57.

39. Quod spiritus mulieris & fœminæ in unionem deventuri sint in illo mundo. col. 123.

40. DEUS

40. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus deſcendet in ſanctuarium cùm reædificatum erit: & deinde ædificabit muros Hieroſolymarum. col. 193.

41. Futurò tempore quilibet homo, qui nondum guſtavit ſaporem mortis, tamen morietur, ut nihil ſuperſtes maneat in mundo de illo inquinamento; mundusque erit novus à DEO Sanctiſſimo atque benedicto fabricatus. col. 493. [conf. Apoc. 21. v. 1. *Vidi cœlum novum & terram novam: primum enim cœlum & prima terra abiit.* 1. Cor. 15. v. 51. 52. *Omnes quidem non obdormiemus: omnes autem immutabimur, &c. Mortui reſurgent & nos immutabimur.*]

42. Stella quædam dicitur כוכבא quaſi Cometa; quia cùm hæc dominatur, nova decreta & plagæ acerbiſſimæ in mundo graſſantur. Et circa adventum Meſſiæ ſtella illa fulgebit. col. 305. [conf. Matth. 2. v. 2. *Vidimus enim ſtellam ejus in Oriente.* Luc. 21. v. 25. *Erunt ſigna in ſtellis.*]

43. Futurò tempore etiam oſſa gentilium medicinam quandam accipient in ſepulchro, ſed non reſurgent. col. 350.

44. Lapides fundamentales urbis Zion & Hieroſolymarum, non perditi ſunt, nec ullus ex iis combuſtus eſt: ſed DEUS Sanctiſſimus & benedictus ſurſum illos aſſumpſit; & futurò tempore ſuper iis ædificabitur Zijon & Jeruſchalem; quia ſcriptum eſt Pſ. 126. v. 1. *Quando redire faciet Dominus reverſionem Zion.* col. 431.

45. De calice ſolaminis, & de calice horroris vid. col. 442. [conf. Apoc. 8. v. 6. *In poculo, quo miſcuit, miſcete illi duplum.*]

46. Omnes infantes, qui moriuntur, traduntur in manum præfecti cujusdam, qui iisdem delectatur: & ſingulis Sabbathis & neomeniis eosdem ſurſum fert, ut appareant coram Rege ſancto. col. 146. Ubi rationes deſcribuntur plures, quare moriantur infantes in ætate ſua tenella.

47. Meſſias judicabit ſine teſtibus. col. 133.

48. De operibus bonis, quæ homo peragit in hoc mundo, halitus quidam efficitur, qui aſcendit, & in ſupernis coronatur, & pro hoc homine intercedit, ut ligetur in faſciculo viventium. Ex operibus malis autem halitus pariter ſurſum aſcendit, qui fit hominis iſtius accuſator, & poſt mortem ejus anima talis immittitur curvaturæ fundæ. col. 104.

49 Opera illa, quæ juſti peragunt in hoc mundo, coadunita ſeſe repræſentant coram DEO Sanctiſſimo & benedicto in forma iſtius juſti: & DEUS hâc formâ delectatur; & deinde eadem ſcribuntur in libro memoriæ coram Domino, ibique conſiſtunt perpetuò. col. 389.

50. Septem nomina habet prava concupiſcentia: & ſeptem manſiones ſunt in Gehenna correſpondentes ſeptem palatiis ſanctis. Porrò duodecim menſibus homo peccator in mundo judicatur, qui correſpondent duodecim ſanctis. col. 474.

51. Meſſias manifeſtabitur in portione Joſephi primùm, & in terra Galilææ; quia Galilæi primi abierunt in exilium. Ibique etiam reſurgent mortui. col. 393. Vide plura ibidem de Reſurrectione mortuorum.

52. Futurò

52. Futurô tempore Assyrii & Edomitæ maximis afficientur pœnis, exemplô sumptô ab Ægyptiis. col. 12.

53. Corpus istud, quod quis habuit in hoc mundo, resurget cum anima sua pro mundo venturo. col. 179.

54. Beatus ille, qui vivet temporibus illis, cùm veniet Messias: & væ illi, qui tùm temporis vivet. col. 12.

55. Futurô tempore Deus Sanctissimus atque benedictus vivificabit omnes Reges & potentes, qui oppresserunt Israëlitas, eosdemque judicabit, &c. col. 103.

56. Admiranda, varia & bella horrenda existent mari terrâque circa Jerusalem, cùm revelabitur Messias. col. 56. [conf. Luc. 21. v. 9. *Cùm audieritis prælia & seditiones, &c. v. 25. resonabit mare & fluctus.*]

57. Sanctuarium primum extructum est per judicium; Et hinc quoque non fuit perenne: Sanctuarium autem secundum futurum ædificabitur per gratiam, atque hinc stabile erit. col. 104.

58. Sanctuarium primum non ædificatum est cum beneplacito Divino, & propterea non potuit subsistere: Sanctuarium ultimum autem ædificabitur juxta beneplacitum Divinum; & propterea stabile erit; imò ne Angeli quidem superni illud ipsum intueri poterunt. col. 192.

59. Mundus venturus vocatur justus. col. 25.

60. De variis speciebus excisionis vid. col. 273.

61. Pauci sunt in mundo, quibus non sustinenda sit pœna sepulchri. col. 289.

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

E Dictis in

LEVTICUM.

1. Deus Sanctissimus propriè non dicitur Rex, donec redeat in urbem Hierosolymam: & sic quoque Israëlitæ non vocantur filii Regum, donec redeant Hierosolymam. col. 171.

2. Israëlitæ non vocantur populus unus, nisi cùm sunt in terra sancta. col. 178.

3. Cùm homo opera mala peragit, Spiritus Sanctus ipsi traditus ab eo tollitur, & Spiritus immundus in ipsum descendit. col. 81. Ubi quoque exponitur, quomodo lingua maledica & verba prava sursum ascendant, & anima talia loquens obmutescat. col. 81.

4. Multis modis Psyche judicatur cum corpore in mundo illo, antequam ab invicem separentur. Ubi quoque differentia est inter justos & impios, quomodo judicentur. col. 93. & 168.

5. Si homo peccet bis vel ter, de eo proclamant in supernis: Secedite circumcirca ab hoc &c. col. 193.

6. Animæ justorum Angeli sunt sublimes. col. 98.

7. Et animæ impiorum maligni spiritus fiunt: Ubi quæritur, quomodo, hôc positô iidem puniantur in inferno. col. 125. 126.

8. Quan-

8. Quanta mala ingruant ſuper impios in mundo pœnarum. col. 125. 126.

9. DEUS Sanctiſſimus punit impios in hoc mundo & in futuro. col. 95.

10. Cùm homo peragit opera bona, dies illa ſuper ipſo diem exuſcitat in ſupernis, quæ iſtius hominis eſt tutor. col. 177.

11. Filius laudabilem reddit patrem. col. 224.

12. Quâ ratione Pſyche, Spiritus & Mens præmia ſua accipiant in tribus diverſis locis: ſicut homo primo etiam ſaltem accipit Pſychen; & deinde ſpiritum; atque dein demum mentem. col. 126.

13. In inferno loca diſtincta ſunt pro ſingulis peccatorum generibus: alia nimirum pro iis, qui prophanant Sabbatha; alia pro inceſtuoſis; atque ſic pro ſingulis. Et ſic etiam in Paradiſo loca ſunt ſeparata pro ſingulis præceptis & illorum obſervatoribus col. 26.

14. Juſti tranſeunt per fluvium igneum; ibidemque purgantur: impii autem in eodem comburuntur. col. 27.

15. Major eſt poteſtas Juſtorum in morte ſua, quàm dum vivunt: viventes enim tantùm exiſtunt in hoc mundo: poſt mortem ſuam autem in omnibus mundis reperiuntur. col. 128.

16. Cùm Iiſraëlitæ juſtitiæ ſtudent, DEUS benedictus accelerat redemptionem: ſin minus, expectandum ipſis eſt in finem uſque, ubi eos redimet propter nomen ſuum. col. 118.

17. Si quis transgreditur præceptum aliquod Legis, DEUS eidem notam imprimit in facie ſua, ut eundem intueantur ſuperi & inferi; qui maledictiones effundunt ſuper caput ejus, col. 135. 136. Una cum hiſtoria quadam huc pertinente. Videatur quoque col. 63. & 98.

18. De operibus bonis, quæ homo peragit, DEUS eidem parat veſtem pretioſam: & ſi declinet ab operibus ſuis primis, & opera mala edat, DEUS opera illius bona præparat in veſtem pro juſtis quibusdam aliis. col. 193.

19. Quocunque locô juſti degunt, DEUS ad illos mittit animas juſtorum demortuorum, qui Angeli ſunt atque ſuperni. col. 98.

20. DEUS Sanctiſſimus vocatur primus: & Eſav vocatur primus; & Sanctuarium vocatur primum: futurô igitur tempore veniet primus, & puniet primum, & extruet primum. col. 99.

21. Futurô tempore DEUS novos mundos creabit ex animabus juſtorum. col. 122.

22. Septem flumina ignea deſcendunt ſuper capita impiorum circa horam diei nonam: unde illi exclamant: Væ nobis, quia declinat dies &c. Unde homo magna cautione opus habet circa preces pomeridianas. col. 115.

23. Futurô tempore DEUS Sanctiſſimus atque benedictus veſtimentum vindictæ induet contra Edom. col. 169. [conf. Apoc. 19. v. 13. *Et veſtitus erat veſte aſperſâ ſanguine.*]

24. Futurô tempore DEUS ita perficiet Iiſraëlitas, ut inter illos nemo inveniatur, qui defectu quodam laboret. col. 173.

25. Illô tempore, cùm DEUS vindictam exercebit pro populo suo Israël, carnibus hostium illorum cibabuntur omnes bestiæ mensibus duodecim; & aves cibum exinde habebunt septem annis. col. 169. [conf. Apoc. 19. v. 17. *Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magnâ, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, ac magnorum.*]

PORTA RETRIBUTIONIS FUTURÆ

è Dictis in

NUMEROS & DEUTERONOMIUM.

1. Quantus injustis est gradus justitiæ, tantus quoque erit gradus præmii eorum. col. 347.

2. Spiritus in Paradiso infero vestitur eâdem formâ, quâ hic vixerat: & hic singulis neomeniis & Sabbathis ascendit, & unitur cum anima sive mente. Vide plura de præmio Psyches, Spiritûs & Mentis. col. 303.

3. Divitiæ hujus mundi sunt quasi intereſſe, cujus ipsa sors reposita est in mundo venturo. col. 296.

4. Quomodo homo judicetur post mortem suam: deque præmio illius, qui novas explicationes & quidem veras adinvenit super Lege. col. 353.

5. Futurô tempore DEUS Sanctissimus atque benedictus aperiet illorum oculos, quia aliàs intueri non potuerunt sapientiam supernam (Cabbalæ). col. 499.

6. Si homo ambulat in via recta coram DEO, DEUS eidem largitur Spiritum Sanctum: Si verò ambulat in via perversa, in sese derivat spiritum impurum. col. 531.

7. De præmio & delitiis animæ in mundo venturo, etiam videatur col. 109.

8. Etiam justi perfecti descendunt in infernum, & abhinc educunt multos homines pœnitentiam quidem meditatos in hoc mundo, sed morte tamen præventos. col. 405.

9. Spiritus non vestitur vestimentô illius mundi, donec corpus fuerit sepultum. col. 321.

10. Omne verbum & opus singulis noctibus sursum ascendit per animam, &c. col. 233.

11. De misericordia, quæ fit ei, qui improles moritur, si uxor ejus discalceet levirum suum. col. 343.

12. Justi post mortem suam magis assistunt Israëlitis, quàm dum viverent. col. 348.

13. DEUS plus curat honorem justorum, quàm suam propriam. col. 527.

14. In via illa, in qua justus ambulat, DEUS eidem destinat animas justorum, qui eundem liberent ab omni damno & lapsu. col. 97.

15. Præcepta, quæ ab homine observantur, sursum ascendunt, & ante DEUM sanctissimum consistunt, dicendo: Hic vel ille vir observavit me. col. 227. 233.

16. Filius gloriam tribuit Patri, etiam jamjam demortuo. col. 363. & col. 221.

17. De

17. De præmio juſtorum in Paradiſo, inque mundo venturo vide etiam col. 363.

18. Tres ſunt muri circa Paradiſum, & intra quemlibet multi ſpiritus & animæ delectantur odore delitiarum, quibus juſti fruuntur: ipſas autem has juſtorum delitias oculus non vidit, &c. Et in Niſſan ſive Aprili, & Tiſri, id eſt Septembri, dies ſunt beneplaciti, quia Iiſraëlitæ multum incumbunt obſervationibus præceptorum; hôc igitur tempore animæ illæ evolant in locum quendam conceſſum, ibique conſiſtunt ſuper muris ſimilitudine avicularum, omnique manè, & veſperi ſuaviter cantillant: & hæc cantillatio continet laudes DEI Sanctiſſimi atque benedicti, & preces pro viventibus Iiſraëlitis in hoc mundo. col. 363.

19. Palatium quoddam datur, quod vocatur nidus avium: in illo coronabitur Meſſias tempore futurô. Et ter in anno, cùm DEUS Sanctiſſimus delitiis indulget cum juſtis. col. 363.

20. In reſurrectione mortuorum idem fiet, quod nunc fit cum maſſa panis & caſeo. Et utrum reſurrectio futura ſit creationis ordine, an minus. col. 408. & 436.

21. Mulieribus juſtis optima parata eſt merces in mundo venturo occulta præ omnibus. col. 318.

22. Si ita dicere liceat, DEUS Sanctiſſimus non vocatur Rex, niſi cùm Iiſraëlitæ revertentur in locum ſuum. col. 532.

23. DEUS Sanctiſſimus atque benedictus ſpiritum immundum auferet è terra, quia homines eundem coluerunt cultu alieno. col. 536. [conf. Apoc. 20. v. 2. 3. *Et vidi angelum deſcendentem de cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. Et apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus & Satanas: & ligavit eum per annos mille, & miſit eum in abyſſum, & clauſit, & ſignavit ſuper illum, ut non ſeducat amplius Gentes, donec conſummentur mille anni.*]

24. Dantur juſti, qui pœnam nonniſi aliquantulum tantùm ſuſtinent; ſicut vaſa dantur, quæ purificari poſſunt ſolâ elotione per frigidam factâ. Dantur autem & intermedii, quibus plura toleranda ſunt, ad inſtar vaſorum, quæ pro elotione aquam calidam requirunt: atque ſic qualis eſt cujusvis impuritas, talis eſt ejusdem purificatio. col. 289.

25. Quicunque moritur ſine liberis occultari non poteſt ſub alis petræ ſanctæ. col. 398.

26. Sicut paſta fit mediante fermento, ita futurô tempore ſtructura corporis fiet nova Creatura. col. 321.

27. In atrio illius mundi ſunt duodecim portæ, quarum ſingulis inſcriptum eſt nomen quoddam è duodecim tribubus v. g. Rubenis, Simeonis, &c. Qui igitur è tribu Rubenis eſt, non recipitur ab ulla portarum, niſi à porta tribus ſuæ; atque ſic ſe habent & tribus reliquæ. col. 322. [conf. Apoc. 21. v. 12. *Et habebat murum magnum & altum & portas duodecim, & nomina inſcripta, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſrael.*]

28. R. Joſe vidit præmium martyrum, qui ſeipſos tradiderunt pro ſanctificatione nominis Divini; & præmium eorum, qui DEUM diligunt ex toto corde, tranſcendit omnia. col. 507.

28. Temporibus Messiæ DEUS Sanctissimus & benedictus dicet ad plebejos & idiotas: Si recepturi estis in vos studiosos legis ad instar equi recipientis sessorem suum, & ad instar servorum, qui ministrant Domino suo; bene est: sin minus; hîc erunt sepulchra vestra. col. 237.

29. Totam materiam de redemptione ultima invenies col. 328.

30. Semper redemtio evenit Israëlitis è tribu Dan: nam Zeliah filius ejus erat contra Bileam: Irah erat cum Davide; & Schrajah filius Dan futuro tempore veniet cum Messia filio Ephraim. col. 328.

31. Messias est Menachem filius Ammiel, filii Chephzibah uxoris Nathan filii David. col. 328. conf. Luc. 3. v. 31. *qui erat Nathanis; qui erat Davidis &c.*]

32. De asino illo, in quo sessurus est Messias, videatur col. 389. [conf. Matth. 21. v. 7. *Et adduxerunt asinum & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.*]

33. Quæstio, cùm in Scripturâ tantùm duo templa descripta sint, quomodo nos adhuc tertium expectare queamus? col. 356.

34. Quam magno judicio homo judicetur post mortem suam, sub manu Satanæ, qui vocatur Taurus; & sub manu Angeli Dumah. col. 353.

35. De dicto illo Sapientum nostrorum bonæ memoriæ! Liberatio Israëlitarum erit hodie, si vocem ejus audiveritis. col. 537.

36. In Paradiso quatuor sunt parietes intergerini; ut conclavia fiant pro infantibus; pro pueris; pro adolescentibus; & pro senibus. col. 521. [confer 1. Joh. 2. v. 13. 14. *Scribo vobis Patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis Patrem. Scribo vobis adolescentes, quoniam fortes estis, &c.*]

TITULUS DUODECIMUS.

PORTA CONCUPISCENTIÆ BONÆ & CONCUPISCENTIÆ PRAVÆ.

è Dictis in

GENESIN.

1. Futuro tempore debilitabitur concupiscentia prava: nec quisquam desiderabit copulam cum uxore sua, nisi in finem fructificationis & multiplicationis tantum: quia scriptum est: Jechesk. 36. v. 26. *Et dabo vobis cor carneum:* id est, cor tale, quod carnis tantum productionem appetat. col. 325. & col. 70.

2. In mundo venturo prava concupiscentia planè abolebitur è mundo: sed tempore futuro Messiano non planè abolebitur, sed portiuncula quædam illius superstes erit. col. 308.

3. Futuro tempore Prava concupiscentia vocabitur Laban. col. 324.

4. Quænam futura sit operatio pravæ concupiscentiæ tempore futuro Messiano. col. 325.

5. Nisi

5. Niſi prava Concupiſcentia foret, nullum quoque exiſteret gaudium ſuper ſtudiis. col.325.

6. Prava concupiſcentia ſeducit hominem ut extollat cor ſuum, & comat capillos ſuos, donec eundem trahat in gehennam. col.380.

7. Admonitio, ut homo caveat pravam concupiſcentiam. col.405.

8. Prava concupiſcentia homini inſita eſt à die nativitatis ejus. Ubi porro oſtenditur, quod bruta à diebus nativitatis ſuæ cautè evitent omnia damna; homo verò damna ſua nullatenus evitet, ſed ad illa ſponte accedat: quæ omnia proveniant à prava concupiſcentia. col.405.

9. Ab anno ætatis decimo tertio & porrò concupiſcentia bona ab homine non ſecedit: & ſi hic incedit Viâ rectâ, concupiſcentia prava ſeſe ſubmittit & cum bonâ conjungitur, hominemque cuſtodiunt. col.379.

10. Pravæ concupiſcentiæ ſtatuti quidam ſunt dies, quibus poteſtas ipſi data eſt hominem à via bona abducendi. col. 401.

11. Duo angeli qui hominem conducunt, ſunt concupiſcentia bona & concupiſcentia prava: quod ſi igitur in via bona ambulaverit homo, corroboratur concupiſcentia bona: ſi verò ambulet in via prava; corroboratur concupiſcentia prava. col.337. & 379.

12. Prava concupiſcentia ſimilis eſt ligitanti coram judicio, qui cauſam ſuam inſtruit, antequam accedat pars adverſa. col.15.

13. Prava concupiſcentia ſimilis eſt exploratori cuidam emiſſo â cohorte quadam Prædonum, ut obſervet tranſeuntes per viam illam, ut blandiloquentia ſua Creaturas (ſeu homines) abducat ad locum illum, in quo prædones habitant. col.272. & col.343.

14. Prava concupiſcentia & Samaël dominantur in corpus, & inquinatur. col.350.

15. Prava concupiſcentia vocatur Peccatum. col.379. [conf. Rom.7.v.7. *Quid ergò dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognovi, niſi per Legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces.*]

16. Septem ſunt nomina pravæ concupiſcentiæ. col.474.

è Dictis in

EXODUM.

17. Illa hora qua ſpiritum pravæ concupiſcentiæ comprehenſum includerunt Aheno cupreo [quod ſub templo ſecundo per conjurationes factum dicitur;] ignis gehennæ non arſit. col.288.

18. In corde hominis duæ ſunt cameræ; una ſanguine plena, & ibidem habitaculum eſt pravæ concupiſcentiæ: & altera plena ſpiritu; & ibidem eſt habitaculum concupiſcentiæ bonæ. col.191.

19. Dicto illo, Gen.1.v.31. *Bonum valde:* intelligitur prava concupiſcentia. Et ſi quæratur in quo conſiſtat bonitas ejus? iſtud explicatur per ſimile de meretrice quadam; (quæ virum probum cum tentat, nec tamen ſuperat, præmium ejus inſigniter auget) vide plura de his col. 288.

20. Septem nomina habet prava Concupiſcentia, & his correſpondent ſeptem habitacula gehennæ, à quibus concupiſcentiæ hæc data ſunt nomina. col.475.& col.476.

21. Prava concupiſcentia vocatur fermentum: quia parum ejus ſaltem viſcera pervadit, & deinde tamen in tantum exturgeſcit ut findantur.col.317.

è Dictis in

LEVITICUM.

22. Prava concupiſcentia vocatur Reptile.col.56.

è Dictis in

NUMEROS.

23. Prava concupiſcentia ſimilis eſt ferro, antequam incandeſcat: quia poſtquam incanduit totum quaſi convertitur in Ignem. col. 511. Ubi vide ſimilia plura.

24. Prava concupiſcentia vocatur Urſus; Leo; Canis; & Aſinus: omnique nomine Animalium rapacium & conculcantium: & in quolibet nomine peccati ſui ſpecifici nuncupatur: (v.g. Homicida, Scortator, fur &c.) col. 439.

TITULUS DECIMUS TERTIUS.

PORTA SPIRITUUM.

è Dictis in

GENESIN.

1. Animæ creatæ ſunt per paria, mares nempe & fæminæ: & quandoque unus conſors aliquo tempore naſcitur citius. col.248.

2. Nocturno tempore cum homo dormit, anima ejus ſurſum aſcendit; & hic homo judicatur quoad omnia opera atque verba ſua quæ per totam illam diem ore ſuo protulit. col.248.

3. Angeli in illo mundo neſciunt quid hic geratur, niſi in quantum illis manifeſtatur: quod autem futurum eſt illud exinde nôrunt, quia Deus Sanctiſſimus atque benedictus, ſuper omnibus quæ fieri debent, certas quasdam proclamationes fieri jubet per præcones. col.267.

4. Mulier quæ præſtigiis utitur tempore pollutionis ſuæ menſtruæ, majori ſucceſſu gaudet, quam diebus puritatis ſuæ. col.303.

5. Quare Mulieres potius inclinent ad faſcina & incantationes, quàm Viri. col. 302.

6. Deus Sanctiſſimus atque benedictus nocturno tempore Animæ notificat Veritatem circa illa, quæ homo fuerat meditatus. col.412.

7. Nihil in mundo fit, quod non proclametur per præconem; vel manifeſtetur Prophetæ cuidam, vel tali qui ſomnia habet, antequam eveniat. col.413.

8. Duo

8. Duo angeli cum quavis Anima exeunt, unus à dextris & alter à ſiniſtris. Et ſi probus eſt homo, iſti eundem cuſtodiunt; ſin minus, eundem accuſant. Et R. Pinchas inquit, iſtos Angelos eſſe tres: qui ſint tutores hominis. col. 40.

9. Veſperâ Sabbathi inter ſolem declinantem & occidentem creatæ ſunt animæ corporibus deſtitutæ; quæ vocantur dies defectivi: quaſi innuatur, quod nec ad veſperam Sabbathi ſive paraſceven nec ad Sabbathum pertineant. Unica autem hora ſingulis diebus involvuntur corporibus, & inter montes deambulant. col. 600.

10. Cuilibet homini ſomnia exhibentur ſecundum opera atque gradus ſuos: exceptis Regibus, quibus ſublimiora exhibentur, quàm gradus illorum ſecum ferunt. col. 433.

11. De ſomniis; & quomodo Anima ſurſum aſcendat. col. 443.

12. De dicto illo Sapientum noſtrorum, bonæ memoriæ: Homini bono, exhibent ſomnium malum. col. 443.

13. Qui in ſomnio videt Jacobum Patrem noſtrum, illius vita augebitur. col. 386.

14. Ratio, quare populi gentiles ſomnia videant, nihil ſignificantia. col. 503.

15. Pſyche annexa eſt corpori; & ſpiritus pſychæ; & mens ſpiritui: Ad inſtar luminis lucernæ, quod inhæret ellychnio, flammâ ſemper aſcendente. col. 234.

16. Mens major eſt lumine Throni. col. 304.

17. Decem ſunt genera rei magicæ, de quibus videatur. col. 384.

18. Ratio quare ſomniorum eventus ſequatur explicationem interpretantis. col. 412.

19. In omnibus atque ſingulis firmamentis, præfecti ſunt quàm plurimi, miniſtrantes DEO Sanctiſſimo atque benedicto: & ſinguli ſua norunt miniſteria atque officia. col. 423.

20. Tempore creationis omnes animæ veſtitæ fuerunt forma hujus mundi. col. 246.

21. Cùm homo naſcitur, ſpiritus ejus nullum invenit locum, ut extendatur in corpore; hinc in certo quodam loco ſubſiſtit, donec corpus ad debitam excreſcat magnitudinem; atque tunc ſpiritus per illud expanditur. Hinc intelligitur illud, quod ſcriptum eſt Zach. 12. v. 1. *& formans ſpiritum hominis in interiori ejus.* col. 438.

22. Cùm homo naſcitur, nonniſi Pſychen ſolam accipit, & præterea nec ſpiritum nec mentem: cùm autem deinde incedit in via virtutum, eidem ſuperadditur Spiritus & Mens. col. 454.

23. Multi ſunt præfecti in hoc conſtituti, ut accipiant vocem hominis, quam ore ſuô effert, ſive in bonum ſive in malum finem. vid. col. 151. & 248.

24. Quamvis gloria Divina cohabitans non moretur in terris extraneis; attamen, cum aliquis eripiendus eſt è periculo, eadem illuc advenit. col. 380.

25. Si anima juſti è ſublimiore loco deſcendit, quàm animæ cæteræ, quæritur quare DEUS Sanctiſſimus eandem in hunc mundum mittat? ubi ſimile affertur de Rege quodam mittente filium ſuum in pagum aliquem. col. 516.

26. Ani-

26. Animæ juſtorum vocantur filiæ Jeruſalem. col. 510. [conf. Luc. 23. v. 28. *Filiæ Jeruſalem nolite flere ſuper me.*]

27. Eædem etiam vocantur fructus & poma DEI Sanctiſſimi. col. 232. & 237.

28. Una de ſeptem terris inferis vocatur Arca; ibidemque degunt poſteri Kaini, quorum forma ſimilis eſt Angelis: & in illos conſtituti ſunt duo præfecti עפרירא & קסטימון: & iſti nocturnô tempore evolant ad Aſam & Aſaelem, & ad Naëmam &c. atque in cauſa ſunt, ut Naëmah hominibus appareat ſub variis formis, eosque ſeducat à via ſancta. col. 33.

29. Pſyche & ſpiritus uniuntur invicem: Menti autem locus eſt occultus. col. 193.

30. De Lilith ſive ſtrige, quæ occidit infantulos: & de Naëmah ſuccubâ: quæ generat Spiritus atque Dæmones ab hominibus, qui ſoli in domibus dormiunt. col. 69.

31. Angelorum pars quædam habet naturam aëris, & quædam naturam ignis, ita ut pars una aliquid tribuat parti alteri: & quia conſiſtunt è duobus his elementis; hinc cum deſcendunt huc infra, iisdem ulterius involvuntur: unde ſi hîc infra permanent ſeptem diebus, jam induuntur elementô iſtius mundi, ut non iterum poſſint ſurſum evolare. col. 124.

32. Angeli vocantur pedes Domini. col. 238.

33. Elias Propheta deſcendit è mundo maſculino; & propterea vivus permanſit in perpetuum. col. 456. fol. 115.

34. Cuilibet juſto duo ſunt Spiritus; unus pro mundo hoc, & alter pro mundo venturo: & propterea nomina illorum duplicantur: exceptô Jiſaaco. col. 189.

35. Elias Propheta reliquit corpus ſuum in illo turbine; ipſique data eſt veſtis quædam, in qua apparet in ſupernis: cùm autem deſcendit, iterum veſtitur veſtimentô corporis illius, quod depoſuit in illo turbine, & in illo apparet hominibus. col. 345.

36. Omnia miracula, quæ DEUS Sanctiſſimus edit, ea per manus Eliæ operatur. fol. 115. col. 456.

37. Qui in ſomnio ſuo videt fluvium, in pace erit: quia dicitur: *Ecce extendo ſuper eam pacem ad inſtar fluminis* Jeſ. 66. v. 12. col. 432.

38. Anima è loco originis ſuæ evolat, & expectat in loco quodam certo, donec pro ipſa formetur corpus, in quod introeat: ſicut embryo formatur in utero Matris, ibidemque conſiſtit usque ad tempus egreſſus ſui. col. 438.

39. Quomodo anima nocturnô tempore aſcendat, & occurrat accidentibus & ſpiritibus illis malignis: ubi ſi proba eſt &c. col. 63.

40. Per ſingulas tres noctis vigilias DEUS Sanctiſſimus atque benedictus cum anima converſatur. col. 296.

41. Datur firmamentum ad inſtar unius puncti, quod interdiu connectitur cum ſupernis, & noctu cum inferis: in illo ſunt animæ juſtorum, in illo nimirum igne niger, qui adhæret igni albo ſe ſuperiore, & adhæret ellychnio, & oleo infra ſe conſtituto. Vide plura ibidem, quomodo omnes animæ ſtudio Legis & bonorum operum detentæ interdiu abſorbeantur in iſto puncto, à quo deinde regenerantur, juxta illud Thren. 3. v. 22. *Novæ ſingulô mane*, col. 362. & 383.

42. Dan-

42. Dantur Dæmones, qui vocantur plagæ filiorum Adam: & fœminæ quidem in hoc genere illudunt homini noctu dormienti, eductôque ſemine ejus generant Dæmones alios hominibus ſimiles, modò quod capillis careant: maſculi autem ex hoc genere eôdem modô illudunt mulieribus hominum &c. col. 176. & 177. it. col. 388.

43. Anima ſurſum aſcendit dormiente homine, & judicatur propter opera bona, quæ homo jam fecit, & quæ facturus eſt poſtmodum: ſed non propter mala quæ peracturus eſt: & hinc anima in corpus ſuum redit. col. 295.

44. Quamvis Dæmones moriantur ſicut homines; nihilominus Lilith & Naëmas & Igrath filia Machalath de generatione in generationem perennant; donec DEUS Sanctiſſimus & benedictus Spiritum impuritatis ſublaturus eſt è terra. col. 177.

45. Qui ſeſe applicat ad cultum DEI Sanctiſſimi benedicti, poſt mortem ſuam evadit miniſter ſanctus Domini ſui. Sed animæ impiorum, qui ambulant appliciti ad latus impurum, & rei Magicæ operam dantes in hoc mundo, poſt mortem ſuam adhærent lateri impuro, & mutantur in Dæmones noxios, qui homines damnis afficiunt. col. 266.

46. Quadraginta octo Prophetæ ſurrexerunt inter Jiſraëlitas; & quilibet illorum accepit guttam unam à quadraginta octo guttis, quas acceperat Adam Protoplaſtes. col. 301.

47. Angeli cum huc infra deſcendunt, veſtiuntur aëre & elementis hujus mundi. col. 266.

48. Ex quo vaſtatum eſt ſanctuarium, illi, qui in ſupernis cantant, non canunt, niſi ſub tribus diviſionibus noctis. fol. 123. col. 489.

49. Angeli cùm deſcendunt in hunc mundum, veſtiuntur corpore aëreô, ne diſcedant ab uſu hominum. col. 336.

50. De ſerpente & exercitu ejus, quod eſt ſidus aliquod cœleſte, præfectum illis, qui opera mala in occulto peragunt. col. 299. & 302.

51. De excellentia Prophetiæ Moſis ſuper Prophetas reliquos. col. 390.

52. Inter omnes catervas Angelorum nulli dantur, qui ita miſceri poſſint elementis hujus mundi prout illi, qui vocantur אישים viri, & בני אלהים i. e. Filii Dei. col. 184.

53. Quomodo omnes ſpiritus graduati ſint invicem, & quæ ſit cujusvis natura: unius ſcilicet calida & humida; & alterius frigida & ſicca, ita ut in quolibet exiſtant duæ naturæ contrariæ, & proinde ex illis oriantur contrariæ operationes. fol. 11. col. 41. & 42.

54. Etiam maligni Spiritus & Dæmones in uſum hujus mundi ſunt, ut nempe per illos homines puniantur & corrigantur.

PORTA SPIRITUUM

è Dictis in

EXODUM.

1. Quinque Angelorum chori cantica canunt sub tribus vigiliis noctis :& quænam sint cantica cujusvis chori.col.343.

2. Magi fundamenti locô semper substituunt rem quandam indubitatam; unde etiam mentionem non faciunt Patris sed Matris cujusdam saltem. col.28.

3. Dumah primò fuit præfectus Ægypti: illô autem tempore, cùm Jisraëlitæ ex Ægypto egrederentur, hæc præfectura ipsi sublata est,& præfectus est Gehennæ, vel juxta quosdam demortuis. col.30.

4. Cùm anima hominis sursum ascendit & ingreditur in palatia illa Paradisi inferi, eadem signata est viginti duabus literis Legis.col.447.

5. Jonas descendens in navem est typus animæ humanæ è cœlo descendentis intra corpus col. 348.

6. DEUS Sanctissimus & benedictus nemini adimit dominium & præfecturam supernam, donec illius locô substituerit alium; ne in aula cœlesti vel unicô momentô quædam sit vacantia. col.85.

7. Cùm dicitur Psal. 104. v. 3. *Qui ponit nubes crassas currum suum*; intelliguntur Michaël & Gabriel.col.176.

8. Ab anno ætatis decimô tertio & ulterius DEUS Sanctissimus qui benedictus sit, duos homini adjungit Angelos, unum à dextris, & alterum à sinistris: & si ambulat in via bona, angelus dexter fortificatur, & proclamationes coram eo fiunt &c. si verò ambulat in via prava, angelus sinister fortior evadit.col.190.

9. Omnia, quibus utuntur Magi, è talibus desumta sunt, quæ nondum cognoverunt fœminam.col.322.

10. Dantur populi, qui Auroram colunt, lumen scilicet illud, quod lucet ante solis exortum: eumque vocant Deum, qui lucere solet.col.219. & 260.

11. De omnibus, quæ in mundo fiunt, proclamationes fiunt per præcones: & singuli gradus idipsum notificant gradibus vicinis sese inferioribus ; donec hoc etiam resciant aves cœlorum: cùm autem Prophetæ adhuc in mundo essent, avium respectus non habebatur.col.451.

12. Die secunda creatæ sunt creaturæ mutabiles, quæ cùm ad ignem accedunt, statim moriuntur, redeuntque in statum suum pristinum. col.296.

13. Quandocunque homo ab uxore sua se separat, spiritus maligni & Dæmones cum eo rem habent. generantque striges & lemures. col.415.

14. Spiritus quidam, qui vocantur morbi maligni, impediunt hominem, ne de facultatibus suis ipse comedat, vel aliquem rerum suarum habeat usum.col.114.

15. Cùm genua Doctorum fatigantur, & vestimenta eorum deteruntur, causa hujus sunt spiritus. col.198.199.

16. Ro-

16. Robur lateris adverſi maximum eſt menſe Niſan. col. 431. [conf. Luc. v. 53. *Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum.*]

17. Cùm nox ingruit, Angeli non poſſunt canere cantica ſua, propter latus adverſum, quô cingitur Gloria Divina : hinc ſexaginta myriades Angelorum ſanctorum deſcendunt, ſomnumque in homines demittunt ; ubi latus hoc adverſarium mox etiam deſcendit, eosdemque polluit: interea autem Angeli ſancti cantica ſua canunt. col. 306.

18. Ratio, quare Dæmones adhæreant capris. col. 326.

19. Anima antequam in mundum deducatur, ante DEUM conſtituitur, ubi eandem adjurant, &c. col. 285.

20. In genere Sanctitatis diminutio literarum adauget ſanctitatem : ſed in genere adverſo additio literarum iſtius diminutio eſt. col. 384.

21. Quatuor Angeli à dextris homini adſtant, Michaël, Gabriel, Nuriel, & Raphael : & quatuor à ſiniſtris Ira & Excandeſcentia, Peccatum & Perditio. col. 72.

22. Et pro ratione ſigni cujusvis, horum quoque ordo incipit: v. g. ſi quis in ſigno Leonis, penes illum ordo eſt ſupra dictus &c. ibid.

23. Nocturnô tempore in ſomno omnes animæ ſurſum aſcendunt: & ſi juſtæ ſunt, eædem aſcendunt usque ad locum, qui dicitur Sanctum ſanctorum : ſin minus ; foras easdem expellunt. col. 345.

24. Gabriel infantem in utero Matris edocet ſeptuaginta linguas; deinde autem eundem deducit in unum de ſeptem illis habitaculis, ubi omnes iterum obliviſcitur. col. 72.

25. Quicunque applicatur lateri maligno, extinguitur, & è mundo tollitur: quia hoc non amat ut homines, qui amicos ſuos diſigunt ut ſeipſos. col. 198.

26. Cùm dicitur Jobi 3. v. 3. *Et mox dixit: conceptus eſt vir: intelligitur Gabriel.* col. 18.

27. Anima ſingulis noctibus aſcendit, & judicatur ſecundum lancem juſtitiæ. col. 322. 295. & 342.

28. Anima juſtorum vocatur filia Levi. col. 18.

29. Catervæ animarum deſcendentes, ut mares & fœminæ deſcendunt, col. 441.

30. Cuilibet animæ ſtatutum eſt tempus moriendi : exceptis quibusdam, quibus nullum eſt ſtatutum tempus mortis ſuæ. col. 172.

31. Infantuli quandoque moriuntur per manum Lilith, quia notorium eſt coram Deo, nihil boni ex iis proditurum in mundum. col. 172.

32. Quædam animæ tàm ſublimes ſunt, ut anima R. Akiba & ſociorum ejus, quæ non deſcendunt, ne in flumen igneum quidem. col. 456.

33. Multi ſpiritus maligni hominem impediunt, ne eleemoſynam eroget, & præcepta obſervet. col. 114.

34. Seraphini sex habentes alas tàm accuratè examinant res justorum, ne pili quidem quantitate intactâ remanente: iidem etiam puniunt eos, qui vilipendunt Magistros suos, etiam si quis vel unicum tantùm verbum Legis Divinæ ab iis didicisset: nec non illos, qui Legis peritis utuntur ad ministeria quædam. col. 444.

35. Angelus quidam Jophiel mercedem petit à Deo pro omnibus illis, qui sectantur eruditos, ut ab iis quædam discant de cognitione Domini sui col. 444.

36. De dicto illo sapientum, quod Michaël sacrificet animas justorum. col. 443.

37. Quidam rebus Magicis operam dat, quæ prosperè ipsi succedunt; & alius nullum habet successum. col. 424.

38. Spiritus quidam dantur, qui res vanas veritatibus illis immiscent, quæ homini aperiuntur in somnio è loco sancto. col. 477.

39. Duo sunt Spiritus, qui modò incubi, modò succubi sunt, & hominibus in somno apparent sub forma pulchrarum mulierum, & libidinem in illis excitant. col. 477.

40. E spiritibus, qui dicuntur Ira & Excandescentia, omnes illi emissarii prodeunt, qui hominem seducere tentant à via Veritatis atque Legis: & his opponuntur Angeli, qui dicuntur rotæ, & hi hominem protegunt. col. 448. & 478.

41. Spiritus quidam vocatur Ascarah, qui cum infantulis ludit, quasi illos lacteret mater eorum, donec ipsos occidat. col. 478.

42. Magi & Sagæ diminuuntur in mundo, quia interdum prosperô successu utuntur, interdum verò non: ipsi autem ignorant rationem. col. 305.

43. Qui rei Magicæ operam dat, non debet parcere sumtibus, col. 335.

44. Datur & Palatium quoddam pro Animabus proselytorum. col. 355.

45. Omne osculum facit ut spiritus adhæreat spiritui. col. 461.

46. Præfecti quidam constituti sunt, qui protegant Jisraëlitas à gentilibus; & quasi clypei & gladii & lanceæ sint contra istos. col. 448.

47. Ad latus dextrum sanctum datur Socius quidam bonus, qui hominibus benefacit, in hoc mundo & in mundo futuro, & resistit iis qui prava consilia contra hominem cudunt, ascendensque eadem annihilat. Sed ad latus sinistrum est socius malus, & si quis rebus magicis operam dat, eidem hic sese associat. col. 449.

48. Præfecti quidam constituti sunt, ut observent eos qui eleemosynas erogant; col. 449. & eorum mentionem faciunt, ut forma eorum delineetur pro mundo venturo. col. 449.

49. Præfecti quidam constituti sunt in eos, qui pravam suam concupiscentiam subigunt. col. 449.

50. Præfecti alii constituti sunt in eos, qui in Lege studeant, & iisdem sese adjungunt ut cum iis in Lege studeant. Item in illos, qui ægrotos visitant, illisque indicant, quod agenda ipsis sit pœnitentia; de quorum præmio vid. col. 449.

51. Tri-

51. Triginta duo Præfecti conſtituti ſunt in eos, qui in Lege ſtudent continuò: Item in illos, qui ſtatis ſaltem temporibus hæc ſtudia tractant. Deque pœnis illorum, qui incumbere poſſ: nt Legis ſtudio, illudque tamen negligunt. col. 460.

52. Præfectus quidam exiſtit, qui vocatur perſuaſor, qui homines allicit ut aſpiciant res pudendas & turpes. Cumque talis moritur, ille ſpiritus jam prior adeſt in ſepulchro, eique eruit oculos, quia ipſius ſunt proprii. col. 475.

53. Quadraginta Angeli conſtituti ſunt in eum, qui ex ore ſuo profert verba non neceſſaria, & os ſuum polluit: Nec non ſuper eum, qui non pœnitentiam agit, nec convertitur à peccatis ſuis; eundemque excommunicant; & nocturno tempore animam ejus foràs propellunt. col. 448.

54. Alii præfecti conſtituti ſunt in pœnam eorum, qui verba prava & turpia ore ſuo proferunt, & poſtmodum rurius ſancta. col. 475.

55. Alii præfecti res iſtas ſuſcipiunt, quas homo è manu ſua projicit per iram; quia hæc ſacrificium fit lateris adverſi. col. 475.

56. Alii conſtituti ſunt in eos, qui maſtupratores ſunt, vel Sodomitæ, vel rem habent cum alienigena. col. 476.

57. Cùm novi quid in mundo eventurum eſt, illud manifeſtatur pueris, vel ſtultis, vel avibus cœli. col. 9.

58. Alii conſtituti ſunt in eos, qui Rabbinos quidem audiunt objurgantes, ſed malis non reſiſtunt. Item in eos, qui derident verba Legis vel Sapientum. col. 478.

59. Ratio, quare Dæmones non creati ſint cum corpore. col. 384.

60. Alii conſtituti ſunt in eos, qui ambulant in via præceptorum, vel in Lege ſtudent; ſed non cum gaudio: unde eosdem mœrore afficiunt. col. 478.

61. Alii præfecti ſunt maledicis: de quibus vid. col. 479. & 480.

62. Caterva quædam angelica vocatur Lingua ſancta; quæ præfecta eſt illis, qui bona & ſancta loquuntur. col. 479.

63. Duo dantur angeli, qui ſinguli præfecti ſunt viginti duobus millibus præfectorum aliorum, qui lachrymas demittunt ſuper eo, qui cum uxore ſua prima divortium facit. col. 458.

64. Multi præfecti ſuſcipiunt clamorem mulieris parturientis, eumque deferunt ante palatium illud, quod vocatur Sella parturientis: & cum Accuſator accedit eandem accuſaturus, eundem clamorem intro deferunt; unde hic eidem nocere non poteſt. Quandoque tamen Satanas prior adeſt, eamque accuſat. col. 459.

65. Caterva alia datur eorum, qui homini perſuadent, ut voluptates hujus mundi ſectetur atque libidines. col. 480.

66. Caterva alia hominem allicit in Auditorio ſtantem, vel ſtudio Legis incubiturum; ut his neglectis mundanorum ſocietati ſeſe jungat & voluptatibus indulgeat. col. 480.

67. Angelus mortis vocatur *Valde bonus*, Gen. 1. v. ult. & bonitas ejus in hoc conſiſtit, quod multi præcepta Legis obſervent & peccatum timeant, præ timore mortis. col. 266.

68. Spiritus quidam dicitur Plaga; qui præfectus eſt menſis, quæ vacuæ reperiuntur nocte Sabbathi & feſtorum: utque puniat maledicos. col. 480.

69. Spiritus quidam conſtituti ſunt in eos, qui maledicunt ſibi ipſis, ſive verbis maledicis, ſive juramentis vanis; unde maledictio ingruit ſuper totum mundum. col. 480.

70. Spiritus quidam dicitur Plaga Lepræ; qui conſtitutus eſt ſuper Linguas maledicas. col. 480.

71. Duo ſpiritus conſtituti ſunt in præfecturam, cùm annonæ caritas mundum affligit. Cumque populi gentiles eleemoſynas erogant & benefaciunt, robur illorum augetur: Si autem Iſraëlitæ benefaciunt & liberalitatem exercent, robur gentilium deficit col. 481.

72. Spiritus alii præfecti ſunt hominibus famis tempore, ut comedant, & non ſaturentur. col. 481. videatur etiam col. 455.

73. Alii ſpiritus inſpectionem habent ſuper illos, qui Legem transgrediuntur; & ſi quis retardat circumciſionem filii ſui, col. 481.

74. Spiritus quidam hominem ſeducunt ad omnia mala perpetranda; poſtmodum autem animam ab ipſo tollunt, & tres guttas in ipſum conſpergunt; unam ut in morbum incidat; alteram ut moriatur; & tertiam ut putreſcat, &c. col. 483.

75. Præfecti quidam ſunt, qui dicuntur Manus; ut ſuſcipiant omnes pœnitentiam agentes; & preces Iiſraëlitarum. col. 468.

76. Si quis rem habet cum alienigena, præfecti quidam corpora ſua transformant in formam talium mulierum alienigenarum; cumque talis moritur, iisdem ipſum inquinant. col. 476.

77. Spiritus quidam hominem alliciunt ut ſeſe exornet & comat capillos ſuos, ſeque tandem in ſpeculo contueatur. col. 483.

78. Certi quidam præfecti ſuſcipiunt preces & animas, easque examinant. col. 440.

79. Præfectus quidam in veſte Dei ſanctiſſimi atque benedicti depingit formas illorum, qui occiduntur à gentilibus. col. 442.

80. Præfectus quidam animam hominis baptizat in flumine igneo. col. 443.

81. Multi præfecti ſunt, ut recipiant preces illorum, qui debitè ſanctificare queunt Dominum ſuum. Et alii conſtituti ſunt ut recipiant preces illorum, qui Dominum ſuum debitè ſanctificare non poſſunt. col. 444.

82. Nullum in mundo oritur bellum, nec ullum exſcinditur Regnum, niſi exercitus cœlorum in prodigio quodam appareant pugnantes & omnia confundentes. col. 447. [conf. Luc. 21. v. 26. *Nam virtutes cœlorum tumultuabuntur.*]

83. Cùm homines ambulant in via perversâ, Animæ illæ quæ deſcendunt, eadem hora abripiuntur à latere adverſo: & ex illis deinde fiunt Pii gentilium, & animæ ſpuriorum à Legisperitis generatorum, quæ præſtantiores ſunt Sacerdote magno idiota. col. 171.

84. Spiritus quidam homines avertere nituntur à bonis operibus; ſed aliâ quædam caterva eosdem protegit. col. 448.

85. Præ-

85. Præfectus quidam, qui appellatur Fames, tempore annonæ caritatis efficit, ut homines quidem cōmedant, sed non saturentur. col. 455. & col. 481.

PORTA SPIRITUUM.

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Chorus quidam Angelicus Cantica canit Deo Sanctissimo atque benedicto horis matutinis; & chorus alius sub meridiem; & chorus alius inter Soles. col. 115. Ubi etiam agitur de omnibus Vigiliis.

2. Spiritus impurus non propriè quiescit super Caprâ, quia aliàs non esset idonea, ut offerretur super altari: sed per illas transit, iisque apparet, non autem commoratur super illis. col. 72.

3. De Lilith & Naëmah, quæ occidunt infantes: & quomodo quis ab iis tutus esse queat. col. 38.

4. Idololatræ ne quidem Psychen habent propriam; & si proselyti fiunt, hoc ipso loco psyches immundæ, quasi psychen sibi emunt; (i. e. psychen sanctam comparant.) col. 41. [conf. Luc. 21. v. 19. *Per patientiam emite animas vestras.*]

5. Imago illa, quæ ab homine tollitur, una die ante mortem ejus, unde ortum habeat? col. 75.

6. Postquam serpens spurcitiem suam injecit in Evam, hæc generavit Kainum; & ab eo originem habent omnes impii totius mundi, & simul Dæmones. Hinc Dæmones pro dimidiâ parte similes sunt superis, & pro dimidia inferis. col. 137.

7. Ibidem quoque traditur, quod Dæmones geniti sint à Naëmah, cujus pulchritudo à superis & ab inferis descendebat. col. 137.

8. Interdum Naëmah dormienti cuidam superveniens ad libidinem eundem incitat; qui si evigilans statim concumbit cum uxore sua, & infans exinde nascitur, hunc educat Lilith, & non occidit eum; sed singulis neomeniis eundem concutit atque debilitat, nec unquam illum deserit. Et sic singulis noviluniis illa capillos talium infantum plectit. col. 138.

9. Sicut quiescit Spiritus bonus super capite justi, ut eundem ducat in via bona: ita spiritus turbinis super capite impii quiescit, ut eundem ducat in via perversa; utque eum tandem præcipitet in putcū perditionis. col. 165. [conf. Apoc. 9. v. 1. *Clavis putei abyssi.*]

10. Singulis diebus cibantur Spiritus hominum; exceptis spiritibus infantum ante trigesimum tertium ætatis diem demortuorum. col. 76.

11. Cùm Cherubini alas suas extollunt, sic dicunt: *Magnus est DEUS & laudabilis valdè* Psal. 49. v. 2. Et cùm alas suas extendunt, sic dicunt 1. Paral. 16. v. 26. *Omnes Dii gentilium vani sunt &c.* Et cùm contexerunt propitiatorium, sic dicunt: Psal. 9. v. 9 *Et ipse judicabit mundum in justitia.* col. 105.

12. Cùm mundus affligitur plagis, Psyche justi demortui idipsum notificat Spiritui suo; Spiritus autem Menti. col. 126.

13. Spi-

13. Spiritus ſupernus non inditur homini, donec circumcidatur: & ſi juſtitiæ ſtudet, & in Lege educatur, ſublimior motus ipſi confertur: & ſi præcepta Legis obſervat, adhuc ſublimiore excitatione excitatur, & uxorem ducit &c. & liberos generat &c. col. 175.

14. Spiritus impurus magis appetit corpora Iiſraëlitarum, quàm corpora Gentilium. col. 169.

15. Anima hominis, antequam in corpus veniat, conſiſtit coram Deo Sanctiſſimo in forma hujus mundi; deſcenditque in Paradiſum inferum, ibique delitiis fruitur per triginta dies; iterumque aſcendit, atque tùm creatur (id eſt, in mundum deducitur.) col. 20.

16. Anima hominis vocatur, *Domus proximi tui*. col. 36. Ubi etiam deſcribitur, quomodo animæ ſurſum aſcendant, ſingulæ juxta gradum ſuum.

17. Animæ quorundam juſtorum in ſupernis detinentur, & conſiſtunt coram Deo Sanctiſſimo & benedicto, donec hic easdem demittat: & tales rurſum aſcendunt ſine morte, ſicut Chanoch & Elias. col. 122.

18. Cùm homo ab uxore ſua ſe ſeparat, eidem ſe adjungunt duæ Succubæ, & ex ipſo generant Dæmones, qui vocantur plagæ, filii hominis: & hi ſeducunt homines, commoranturque circa portas domûs, & in cloacis. col. 137.

19. Cùm nox ingruit, omnes Spiritus maligni per mundum circumvolitant, hominisque corpus appetunt: cùm autem ad lectum venientes conſpiciunt formam Regis (i. e. coronatum phylacteriis, dum precatur,) cum Lectionem; Audi Iſrael legit, ſtatim perterrefiunt. col. 36.

PORTA SPIRITUUM.

E Dictis in

NUMEROS.

1. Anima Patrem & Matrem habet eodem modô ut corpus. col. 331.

2. Angeli dantur, qui vocantur gramen: & animæ juſtorum dicuntur herbæ agri; & aves mundæ. col. 399.

3. Multa Spirituum noxiorum genera in mundo circumvolitant nocturno tempore, illuduntq; animabus impiorum, quædam ipſis notificantes, quæ partim verafunt, partim falſa. Illisque data eſt facultas, ut lædant omnes, qui ipſis occurrunt. col. 297.

4. Prophetia Moſis Magiſtri noſtri major fuit, quàm Prophetia Joſuæ & reliquorum Prophetarum. col. 513.

5. Nihil eſt in mundo, de quo non participet aliquatenus genus adverſum. col. 490.

6. De Echo, quæ auditur in campis, refertque verba finalia, non verò initialia, vid. col. 320. Ubi etiam ſermo eſt de voce tubæ feſti novi anni.

7. Quæritur quid proſit Angelo mortis, quod hominem ſeducat vel occidat? col. 322. & 327.

8. Qui oculis invidis aliquid faſcinaturi ſunt, rem illam prius laudant. col. 391.

9. Omne verbum & omne opus, quod illâ die locutus eſt vel peregit homo, per mul-

tos

tos cœlos aſcendit, locôq; aliquo deſtinatô conſiſtit, uſque ad tempus noctis: atque tunc anima hominis aſcendit, illudq; ſecum elevat ante Regem ſanctiſſimum benedictum, ſive bonum ſit ſive malum &c. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur Michæ 7. v. 5. *Acumbente in ſinu tuo cuſtodi oſtia oris tui.* col. 233.

10. Ter ſingulis diebus adverſarius noſter & uxor ejus abeuntes circumvolitant per montes caliginoſos, atque tunc tempus eſt precum. col. 362.

11. Tria ſunt genera Dæmonum: quidam enim Angelis ſunt ſimiles; quidam hominibus; & quidam brutis. Sed Aſmodæus cum omni ſuo populo ſunt Dæmones Judaici. col. 468. & col. 535.

12. Dæmon ille, qui commoratur circa portam domûs, miniſtros ſecum habet trecentos & ſexagiata quinque; & ſi quis portam ſuam non debitè obſervat, eundem accuſant interdiu, & noctu affligunt in ſomniis. col. 509.

13. Deus Ahaſvero ſubſtituit ſuccubam Eſtheræ locô. 533.

14. Angelus mortis ſingulariter gaudet planctu mulierum mortuos deflentium, ut præ lætitia ſubſultet, auresque arrigat. col. 327.

15. Spiritus juſtorum in ſupernis commorantur, antequam deſcendant. col. 330. & col. 331.

16. Michaël, Gabriël, Nuriël & Raphaël dominium habent in quatuor Elementa bona hominum, quæ ſunt aqua, ignis, ſpiritus, & terra. col. 417.

17. Michaël inter Intelligentias eſt Aqua; Gabriël eſt Ignis intellectualis; Raphaël, Terra in Intelligentiis &c. col. 432.

18. Angeli cùm in hunc mundum deſcendunt, corpore quôdam amiciuntur, ut videri queant ab eo, cui apparere volunt. col. 240.

19. Tres voces non pereunt, præter voces Legis & precum, nimirum parturientis, moribundi, & ſerpentis deponentis exuvias. col. 320.

20. Quæritur, quid Satanæ proſit, quod homines ſeducat? ut ſcilicet impediat, ne veſtiatur veſte ſuperna, & pereat ſtructura corporis ejus, atque hoc in poteſtatem ſuam deveniat. col. 322.

21. Spiritus hominis originem habet è latere Spiritûs Sancti; & Mens ejus procedit ab arbore vitæ. Et cùm Spiritus Sanctus vires ſuas largitur, mox etiam ſatellitium earum ſuperadditur, quod ſunt oſſa & membra omnia. De latere autem adverſo nihil accedit, quàm caro. Et ſatellitium ejus ſunt veni & nervi. Cœlum etiam dat vires ſuas, nimirum cutem, quæ eſt ad inſtar firmamenti, & hæc de parte cœli eſt; terra autem elementa ſua contribuit. Tandem autem ſingula res ſuas iterum ad ſe recipiunt: & de ſatellitio ſancto reſidua eſt portio una, quæ ſunt oſſa, & de latere Satanæ remanet caro &c. vide col. 322.

22. Dantur Dæmones docti, quibus in terra correſpondent Philoſophi Iiſraëlitarum: & dantur Dæmones brutales, quibus correſpondent plebeji & idiotæ. col. 535.

23. Cùm crearetur Adam Protoplaſtes, cum ipſo etiam creatus eſt Spiritus, & Pſyche vivens. Cùm autem peccaret, ex his facti ſunt homines, quorum corpora non ſunt perfecta:

fecta: & illi rem habuerunt cum corpore ejus, & ex eo generarunt: & tales vocantur plagæ filii Adami, & quidam his paulò sunt altiores; qui eidem non adhæserunt, ad ima usque descendendô; & hi sustentantur in aëre, audiuntque multa è supernis, quorum aliqua hîc infrà notificant. col. 85.

TITULUS DECIMUS QUARTUS.

DE EXCELLENTIA TERRÆ JISRAELIS POPULIQUE JISRAELITICI ET DE EXILIO EORUM

E Dictis in

GENESIN.

1. In terram Iisraelis dominium non habuit legatus vel præfectus quidam, sed DEUS solus. col. 195.

2. DEUS benedictus & populus Iisraël & urbs Jerusalem vocantur sancti: & sicut DEUS perennat per omnem æternitatem, sic & hi æternùm durabunt. col. 276.

3. Aliquando idololatræ cum Iisraëlitis permixti festum aliquod celebrare voluerunt Hierosolymis; sed non benè ipsis successit. col. 218.

4. Lachrymæ illæ, quas profudit Esavus, effecerunt, ut Iisraëlitæ expellerentur: atque hinc iidem cum lachrymis etiam redibunt. col. 341.

5. Ex illo tempore, quô vastatum est Sanctuarium, benedictio non quiescit in mundo. col. 178.

6. Novies numerati sunt Iisraëlitæ: & adhuc semel numerabuntur futurô tempore Messiano, quia dictum est Jerem. 33. v. 13. *Adhuc transibunt oves ad manus numerantis.* col. 72.

7. Cùm Iisraëlitæ exiverunt ex Ægypto similes fuerunt infanti, qui loqui non potest, donec comedat panem. col. 364.

8. Populi mundani meritò benefacere deberent Iisraëlitis, quia iidem causa sunt incrementi ipsorum, dum non faciunt voluntatem Domini sui. col. 485.

9. Terra Iisraëlis vocatur Lectus patris tui. col. 499.

10. Quomodo R. Eliesер disputaverit cum Philosopho quodam, eique demostraverit, quod Iisraëlitæ meritò vocandi sint, Dominus excelsus è loco Jerem. 10. v. 7. Quis non timeret te, Rex gentium &c. Unde hic factus sit Proselytus. col. 34.

11. Septem terræ sunt erga septem cœlos: terra Iisraëlitica autem in medio harum sita est. col. 23.

12. Omnes adversarii neminem accusant nisi solos Iisraëlitas, quia isti filii sunt DEI Sanctissimi. col. 57.

13. Populi nos oderunt, quia DEUS nos diligit. col. 412.

14. Dictum illud Proverb. 11. v. 10. Cùm peribunt impii, erit exultatio coram DEO: sic intelligendum est, cùm omninò perfecta sunt peccata eorum. Si autem moriuntur ante tempus suum, eò quod malè tractârint Iisraëlitas, nullum DEO est gaudium. Et dum vasta-

vaſtatum eſt Sanctuarium, etiamſi conſummata ſunt peccata eorum, nullum tamen coram eo exiltit gaudium. col. 192.

15. Quare Iiſraëlitarum cadavera polluant hominem, non verò gentilium. col. 312.

16. Si Iiſraëlitæ feciſſent voluntatem Domini ſtante Sanctuariô primô, inter populos mundanos, nulli extitiſſent Reges & dominatores. col. 236.

17. Tota terra Iiſraëlitica comprehenditur nominibus Jeruſchalem & Zion. col. 277.

18. Gloria Divina non manifeſtata eſt niſi in terra Iiſraëlis: & raro etiam extra terram; ibique ſaltem ſuper aquis, quia talis locus eſt purior. col. 469.

19. Deus Sanctiſſimus Iiſraëlitas non diſperſit inter gentes; niſi ut gentes etiam benedictionem accipiant propter illos. col. 514.

20. In terra Iiſraëlitica & Ægypti corpora citiùs putreſcunt, quàm in aliis terris; quod ipſis quoque magis prodeſt. col. 526.

21. Poſtquam inter Iiſraëlitas fuiſſent ſeptem Juſti, Abraham, Jizchak, Jaacob, Joſeph, Moſcheh, Aharon, David; ſurrexerunt ſeptem impii: Jerobeam, Baëſa, Achab, Jehu, Pekach, Menachem, Hoſchea: & propter iſtos vaſtata eſt Hieroſolyma. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur Jerem. 15. v. 9. *Infirmata eſt pariens ſeptem.* col. 56.

22. Eccleſia Iiſraëlis comparatur Leoni & Leopardo; quia cùm hi olfaciunt prædam ſuam, procidunt; ubi tamen lapſus hic ipſis tantùm inſervit ad arripiendam prædam: ſic etiam ſe habet lapſus Iiſraëlis. col. 402.

23. Iiſraëlitæ ſimiles ſunt bombyci; unde Regibus ſua generantur veſtimenta: hic enim pariendô ova ſua moritur; deinde autem reſtituitur, ut priùs. Iidem etiam comparantur materiæ, unde fit vitrum. col. 403.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELITICÆ

è Dictis in

EXODUM.

1. Tam digni ſunt Iiſraëlitæ, ut appellentur regnum Sacerdotum; imò gens ſancta, & adhuc ulterius populus ſanctus; imò tandem viri ſancti. col. 213.

2. Iiſraëlitæ nihil ſciunt, donec comedant cibum ſupernum: ſicut infans, qui nil novit, donec comedat cibum hujus mundi. col. 364.

3. Nullum Regnum excellentius ſit, niſi dum Iiſraëlitæ in illo exulant. col. 9.

4. Iiſraëlitæ comparantur toti mundo; hinc qui in illos dominium habet, tantùs eſt ac ſi dominium haberet in totum mundum. col. 9. & 27.

5. Colluvies plebeja non collegit Manna; nec comedit, niſi quod Iiſraëlitæ ipſis dederunt: nec etiam inceſſerunt intra nubem Gloriæ. col. 335.

6. Cùm Deus Sanctiſſimus benedictus à Iiſraelitis fugit, non aufugit, niſi ad inſtar capreoli, qui currens & fugiens caput ſemper retrò convertit. col. 22.

7. Cùm Ethnicus quidam diceret ad ſocium ſuum: Septies exſpue in faciem hujus Judæi, quia turpiſſimus eſt, & ſubjectus ſeptem populis Cananiticis; eidem maledixit R. Jehoſchua; & terra ipſum abſorpſit. col. 28.

8. Illâ horâ, cùm exurgit dominator quidam, qui afflicturus est Iisraëlitas, contremiscit omnis terra. col. 29. Ubi etiam historia narratur huc pertinens.

9. Si populi sciviſſent, quantô amore DEUS amaret Iisraëlitas, ad inſtar leonis rugientis eosdem perſecuti eſſent. col. 7.

10. DEUS Sanctiſſimus Iisraëlitas judicat ſiniſtrâ; dextrâ autem eosdem ad ſe reducit: cum populis mundanis autem agit caſu contrariô. col. 47.

11. Mundus pro dimidia parte habitatus eſt; & in medio partis hujus dimidiæ ſita eſt urbs Hieroſolymarum; & in hac domus Sancti ſanctorum. col. 279.

12. Iisraëlitæ vocantur arena maris, quia ſicut arena cohibet fluctus, ne inundent terram; ſic Iisraëlitæ cohibent pœnas, & propter illos perſiſtit mundus. col. 327. & 404.

13. Iisraëlitæ vocantur labium veritatis. col. 389.

14. Niſi omnes aſſecurationes deſcriptæ eſſent in Lege, Prophetis & Hagiographis, Iisraëlitæ non poſſent ſuſtinere jugum exilii. col. 329. Ubi etiam deſcribitur, quibus calumniis & contumeliis nos afficiant Edomitæ.

15. DEUS Sanctiſſimus & benedictus multò accuratiùs examinat facta Iisraëlitarum, quàm gentilium, quia illos diligit. col. 57.

16. Iisraëlitæ non abierunt in exilium, donec vera fides ceſſaret inter eos. col. 467.

17. Abraham pater noſter expetiit à DEO, ut poſteri ejus exularent inter gentes. col. 149.

18. Ab Abrahamo uſque ad Salomonem quindecim ſunt generationes; atque tunc luna fuit in pleniluuio: à Salomone uſque ad Zedekiam, iterum ſunt quindecim generationes; & tunc luna defecit, & Zedekiæ effoſſi ſunt oculi. col. 51. [conf. Matth. 1. v. 17.]

19. Quamdiu Iisraëlitæ habitârunt in terra ſancta, idololatræ cibati ſunt à vinaccis & furfuribus, ſicut canes cibantur oſſibus, quæ ipſis projiciuntur è menſâ Regis. Jam verò caſus inverſus eſt: quod declaratur per ſimile, col. 271.

20. Nullus populorum in terra tàm magnus eſt ac Iisraëliticus, & quamvis Iiſmaëlitæ & Edomitæ ſatis magni ſint; attamen immixti ſunt reliquis populis: non ſic autem Iisraëlitæ. col. 290.

21. Quater diſperſi ſunt Iisraëlitæ in exilium: hinc quatuor extant phraſes gaudii in dicto illo Jeſaiæ 35. v. 10. *Et venient in Sion cum præconio & lætitia ſeculi ſuper caput eorum: gaudium & lætitiam apprehendent, & fugient mœror & gemitus.* col. 162.

22. In exilio Ægyptiaco oblivioni traditum fuit inter Iisraëlitas myſterium Nominis Sancti, donec Moſes & Aharon illud reſtituerent. col. 396.

23. Mille annis Iisraëlitæ exulabunt. Et quamvis tempus hoc protrahatur ulteriùs, millenarius tamen hic eſt alius. col. 408 & 28.

24. Gloria Divina in exilio præſens eſt, ut defendat Iisraëlitas: ipſa verò non exulat, quia nec in Sanctuario primo & ſecundo viſibilis fuit, iis deſtructis, ſed jam ante abiverat. col. 388.

25. DEUS tàm diu Iisraëlitas peregrinari fecit de loco in locum, donec deſcenderint in Ægyptum, qui populus erat protervus, deſpiciens & ſubjiciens iſtos, ne cum illis matrimonia inirent & polluerentur. col. 24.

26. Cùm

26. Cùm Jiſraëlitæ facerent vitulum, mille partes ſplendoris faciei Moſaicæ iisdem ſublatæ ſunt. col. 102.

27. Quicunque moritur in terra Iſraëlis, illius anima non excedit per angelum mortis. col. 269.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELITICÆ

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Quia Iſraëlitæ in gradu majore conſtituti ſunt, hinc cùm non obediunt, pœna ipſorum gravior eſt. col. 41.

2. Jiſraëlitæ vocantur filii & ſervi DEI altiſſimi. Si quis illum novit generaliter, iſte vocatur ſervus; qui eum verò ſpecialius novit, vocatur filius. vid. col. 216.

3. Quare Jiſraelitæ à DEO variis afficiantur pœnis, populi verò mundani tranquilli ſint & quieti. col. 286.

4. Jiſraëlitæ in exilium abierunt manibus poſt terga ligatis, & lapidibus onerati molaribus in cervice ſua, ut non poſſent aperire os ſuum. col. 49.

5. Quocunque Jiſraëlitæ abierunt in exilium, eodem cum illis abiit Gloria Divina, quod explicatur per ſimile de Rege quodam & filio ejus. col. 282.

6. Quare Jiſraëlitæ in morte ſua graviter polluant; idololatræ autem amplius haud polluant, quàm in vita ſua. col. 199.

7. De excellentia & præmio illius, qui habitat in terra Iſraëlitica adhuc vivus. fol. 33. col. 130.

8. Jiſraëlitæ tàm dilecti ſunt DEO, ut eos vocet ſervos ſuos, & deinde filios, imò planè fratres, juxta illud Pſal. 133. v. 1. *Ecce quàm bonum & quàm jucundam habitare fratres in unum.* col. 70. [conf. Hebr. 2. v. 11. *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Nunciabo nomen tuum fratribus meis.*]

9. Iſraëlitæ vocantur firmamentum cœli. col. 18.

10. Tria ſibi invicem innexa ſunt, DEUS Sanctiſſimus atque benedictus, Lex, & Jiſraëlitæ: & in ſingulis horum aliquid eſt occulti & aliquid manifeſti: & hoc eſt myſterium, quare Jacob interdum vocetur Jiſraël. col. 131.

11. Si Jiſraelitæ ſcire volunt, quare DEUS ſeveriùs eos puniat, quàm populos alios Idololatricos, intelligant, quod DEUS tantum tollat, quod ſuum eſt, imò vix unum pro centenis. col. 118.

12. Ratio, quare Jiſraëlitæ ejecti ſint in exilium Jiſmaëliticum. col. 179.

13. Colloquium Jiſraëlitarum cum DEO de exilii hujus diuturnitate, Deique reſponſum. vid. col. 37.

DE EXCELLENTIA TERRÆ ISRAELIS

è Dictis in

NUMEROS.

1. Jisraëlitæ similes sunt cordi humano cum venis & arteriis ejus; gentiles autem hepati cum venis ejusdem.col.430.

2. Jisraëlitæ & Jismaëlitæ annos suos computant juxta Lunæ cursum, quæ si Ecclesia patitur in plenilunio, malum signum est pro Jisraëlitis; si verò tum non in plenilunio est, malum est signum pro Jismaëlitis. col.545.

3. Quamvis à via recta discedant Jisraëlitæ, & Deus ab iis avertat faciem suam, hic tamen eos non planè deserit, sed eos iterum respicit: quod nisi fieret, non possent subsistere. col.294.

4. Quod DEUS Sanctissimus Jisraëlitas tractet, sicut homo tractat filium suum dilectum.col.375.

5. Unicâ saltem die Jisraëlitæ exulabunt, nec amplius.col.515.

6. Hæreticus quidam tres proposuit quæstiones R. Eliesori, quarum prima hæc fuit: cum Sanctuarium primum & secundum tantùm descripta sint, quare nos adhuc tertium expectemus? Secunda; cùm nos propinquiores simus Regi, quam septuaginta populi; qui autem vicinus est Regi, hilaris semper esse debeat; quare nobis contrarium accidat? Tertia; Cùm nos non comedamus cadavera discerpta & reptilia, quare nihilominùs simus debiles admodum; gentiles autem, qui omnia hæc comedunt, admodum sint robusti atque sani? Responsiones ejus autem describuntur col. 406. 497.

7. Ante rem gratam semper præcedit dolor: hinc intelligi potest exilium Jisraëlitarum, & dolor mortis ante animæ discessum.

TITULUS DECIMUS QUINTUS.

GESTA PATRUM

è Dictis in

GENESIN.

1. Abraham Pater noster absque licentia descendit in Ægyptum: hinc Jisraelitæ per quadringentos annos subjecti fuerunt Ægyptiis.col.229.

2. Abraham Pater noster Solem habuit pro re Divina: & hôc occidente putabat Lunam rem esse Divinam &c. col.239.

3. Septem Reges mali fuerunt inter Jisraelitas, & totidem boni; inter hos autem Salomo mediô constitit locô, ut nec inter bonos numeretur, nec inter malos. col.96.

4. Quo-

4. Quomodo Dumah Angelus accusaverit Davidem Regem propter factum cum Bathscheba: & quid responderit Deus, latè traditur. col. 31.

5. Nulla est generatio, in qua non sit aliquis de fructu Jacobi. col. 552.

6. Amram, Levi, & Benjamin mortui sunt propter solum consilium serpentis, (i.e. sine peccato actuali.) col. 183.

7. Jacob Pater noster accepit benedictiones pro mundo hoc & pro mundo supernо: quæ autem mundi sunt superni, ipsi non confirmatæ sunt usque ad adventum Regis Messiæ. col. 336.

8. Nisi peccasset Adam Protoplastes, liberos generasset de genere Sanctitatis, qui non peccassent per omnia secula. col. 191.

9. David nullos habuit annos vitæ proprios; sed Abraham & Jacob & Joseph eidem concesserunt septuaginta annos. col. 326. & 327.

10. Joseph generationes fecit æquales omnibus tribubus: hinc Jisraëlitæ ipsius nomine vocantur, & nomine filii ejus Ephraim. col. 237.

11. Ab illa hora, quâ Adam transgressus est præcepta Creatoris sui, omnes homines juxta ipsius nomen appellantur, in ignominiam ejus, & non in honorem. col. 150.

12. Propter Abrahamum, quia ab illo prodiit Jaacob, consistit mundus. col. 239.

13. Justitia Patriarcharum non tradetur oblivioni in æternum. col. 385.

14. Cùm dicitur Abraham, Abraham: Jacob, Jacob: medio loco ponitur accentus: & sic ubique præterquam cùm dicitur Moscheh Moscheh. Ratio videatur, col. 294.

GESTA PATRUM

è Dictis in

EXODUM.

1. Samuel æquiparatus fuit Mosi; namque & Propheta fuit, quamvis non æqualem haberet cum Mose excellentiam: idem etiam æquiparatur Aharoni, quia & Sacerdos erat, quamvis non in excellentiâ Aaronis. col 264.

2. Septem nomina habuit Salomo. Rationem vide col. 65.

3. Nullus homo dignus est ad regnum simul admitti, & ad Prophetiam, excepto Moscheh. Et Saul, Propheta tantùm erat, antequam confirmaretur regnum ejus. col. 274.

4. Salomon Rex duabus nubibus & aquilæ insidens, adiit locum, ubi degebant, *delabens, & apertos oculos habens*, (qui duo sunt Angeli, qui tempore diluvii descenderant, à quibus etiam Bileam sapientiam suam didicerat) ut ab illis disceret sapientias sublimes. col. 199. & col. 200.

5. De Mose cùm ascendit intra nubes. col. 102.

GESTA

GESTA PATRUM

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Mundus primum creatus est per Isaacum, & non subsistit, nisi per Abrahamum & Jacobum. Et huc pertinet dictum illud Psal. 25. v. 6. *Reminiscere miserationum tuarum, Domine, & benignitatum tuarum, quia à seculo sunt.* col. 65.

2. Jacob (i. e. Deus intuitu Jacobi) liberavit Abrahamum è furno igneo: & sic etiam Chananiam, Misaëlem, & Asariam. col. 102.

3. Schlomoh Rex per Spiritum quendam effecit, ut Chiram Rex Tyri revocaret verba illa, quæ dixerat: Se in throno Dei sedisse col. 109.

4. Quæ sit differentia inter Moschen & Noachum, describitur col. 23. & 162.

GESTA PATRUM

E Dictis in

NUMEROS.

1. Cùm Jizchak ligaretur super altari, anima ejus jam assumta fuit in cœlum. col. 98.

2. Ruth & soror ejus jam Proselytæ factæ erant, antequam nuberent Machloni & Kiljoni. col. 492.

3. Quidam dicunt Jobum fuisse è piis inter gentiles: quidam autem, eum fuisse è piis inter Jisraëlitas. col. 424.

4. Salomo Rex quotidie aquilæ insidens abiit in regionem Tarmud, ibique didicit scientias sublimes. col. 427.

5. In tribu Benjamin & Joseph dominium non habet oculus invidus. col. 374.

6. De excellentia Adami Protoplastæ ante peccatum vid. col. 499.

TITULUS DECIMUS SEXTUS.

PORTA MORTIS

E Dictis in

GENESIN.

1. Illâ horâ, cùm homo moritur, socios suos videt & cognatos; si probus est, qui lætantur super eo, eique locum suum ostendunt in horto Eden: si autem probus non est, impios videt & malignos, qui ipsi acclamant: Væ, væ, &c. col. 265. & 464.

2. Triginta dies, antequam homo moritur, præconium de ipso proclamatur per mun-

mundum, ut vel aves cœli intelligant: & ſi juſtus eſt, proclamatio de ipſo fit in Paradiſo. col. 464.

3. Cùm tempus hominis appropinquat, ut ex hoc mundo diſcedat, ſuperadditur ipſi Spiritus Cognitionis, Prudentiæ, & Intellectus. col. 465.

4. Omnibus illis triginta diebus anima hominis ab illo exit ſingulis noctibus, ſurſumque aſcendit, & locum ſuum videt in illo mundo: & ille homo hæc omnia ignorat, nec dominium habet in animam ſuam per omnes illos triginta dies: & imago obtenebraſcit, & forma ejus diminuitur. col. 463. 464. & 465.

5. Et anima ejus teſtimonium ipſi perhibet ſuarum cogitationum; non verò operum, quia hæc deſcripta ſunt in libro. col. 477. Ubi quoque additur ratio, quare tot impii è morbis ſuis reconvaleſcant.

6. Quare anima hominis ab homine diſcedat per triginta dies ante mortem. col. 474.

7. Illâ horâ, quâ homo diſcedit è mundo, ſpiritus aſcendit & deſcendit in corpore, tanquam navis remô deſtituta, & ab omnibus corporis membris auxilium expoſcit. col. 515.

8. Illâ horâ, cùm tempus appropinquat, ut homo diſſolvatur ex hoc mundo, id videt, quod antehac videre non potuiſſet: & tres legati ſuper ipſo adſtant, & rationem ab ipſo exigunt. col. 277.

9. De mortui noverunt præmium mundi venturi, & quæ fiant in hoc mundo. col. 230.

10. Hiſtoria de R. Elieſer tempore mortis ejus. col. 260.

11. Cùm homo ſurſum aſcenſurus eſt, multa genera ſpirituum malignorum ibidem adſtant: cumque vident ſignum fœderis ſancti, quodque circumciſus ſit, ab eo rurſus diſcedunt. col. 252.

12. Præfectus quidam umbram hominis tollit, cùm tempus mortis ejus appropinquat. col. 252.

13. Sepulchrum Adami Protoplaſtæ vicinum eſt Paradiſo. col. 184.

14. Qui occiditur ab homine quodam, non moritur per Angelum mortis: atque hinc iſte ultionem expoſcit ab homicida, quod occiſum iſtum de manu ſua rapuerit. fol. 166. col. 458.

15. Illâ horâ, cùm homo ex hoc mundo tollitur, rationem reddit, dum Spiritus & Pſyche adhuc ſimul in ipſo extant. col. 200.

16. Homo non tollitur è mundo, donec videat Angelum mortis, atque tunc moritur. Rationem vide col. 183. & 303.

17. Cùm tempus hominis appropinquat, ut de mundo diſcedat, Angelus mortis ipſi iſtius mundi veſtem exuit, & aliam ipſi præbet veſtem optimam in Paradiſo, in qua contemplari poteſt Sapientiam ſupernam &c. Et hanc ob cauſam Angelus mortis bonus valdè dicitur, quia bonum eſt homini, quod ipſi exuatur veſtis hujus mundi, quia ipſi parata eſt veſtis pretioſior in Paradiſo. col. 267.

18. Bonum eſt tàm juſtis quàm impiis, ſi ſepeliantur in pulvere terræ; qui corpora citò conſumit. col.269. & 526.

19. Locus quidam eſt qui vocatur Lus, in quo habitatores mori non poſſunt, niſi ex urbe exeant. Rationem vide col.74.

20. Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax, & Joſeph juſtus, & David Rex, omnes tres mortui ſunt circa nonam Sabbathi. col.278. & in Exod. col.158.

21. Qui animam efflat extra terram ſanctam, & ſepelitur in terra Jiſraëlis, de eo dici poteſt illud Jerem.2,7. *Ingreſſi eſtis, & contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem.* col.475. Ubi ſimul etiam ſolvitur objectio de Jacobo, qui animam efflavit extra terram Canaan, & in ea ſepultus eſt.

22. In terra Canaan & in terra Ægypti corpus citiùs putreſcit, quam in terris aliis. col.526.

23. Homo etiamſi vel mille annos viveret, illâ die cùm moritur, ſibi tamen videtur vix unicam diem vixiſſe. col.471.

PORTA MORTIS

è Dictis in

EXODUM.

1. Quatuor præfecti ad juſtum approperant, cùm anima ejus ex hoc mundo exitura eſt, ut eadem egrediatur per oſculum. col.460.

2. Latus adverſum non ſuſcipit animam hominis, ſed in corpus tantum dominium habet: anima autem ab iſto ſe proripit, quia penes ſe invicem non amplius conſiſtere poſſunt. col.483.

3. Cavendum eſt, tempore illo cum mortuus è domo effertur in ſepulchrum, & cum è cœmiterio reditur, ut ne de facie ad faciem inſpiciantur mulieres, præſertim ſi ſint decem vel ſeptem. col.344.

4. De mortui opera viventium nôrunt, & ſi cuidam caſus aliquis triſtis accidat, cognati ejus nullam in ſepulchro quietem habent. Et niſi mortui orarent pro vivis, impoſſibile eſſet, ut mundus vel unicô momentô ſubſiſteret. col.27.

5. Mortui ſciunt, quis ad ipſos accedere debeat quàm proximè: gaudentque de adventu juſti, & triſtantur ſuper adventu impii. col.252.

6. Quicunque moriuntur in terra Jiſraelis, illorum anima non diſſolvitur per Angelum mortis. col.269.

7. Jacob pater noſter & Moſes Doctor noſter ſuper quo pax, non ſunt mortui: & ſic omnes, qui in perfectione ſunt; quia vera vita ab hac dependet. Et quamvis de illis ſcriptum ſit, quod mortui ſint, id tamen intelligendum ſaltem eſt noſtri, & non illorum reſpectu. col.308.

PORTA MORTIS

è Dictis in

LEVITICUM & NUMEROS.

1. Quicunque ægrotans morti proximus est, talia videt, quæ homo vivus videre non posset. Item quomodo Angelum mortis videat, & anima in corpus regredi velit, ipsi verò non liceat. col. 93. & col. 168.

2. Ordo Patriarcharum & primævarum Matrum nostrarum, quomodo sepulti sint in spelunca duplici. col. 311.

3. Qui mediocris pietatis est, cùm ægrotat, Gloriam Divinam adstantem habet capiti, & Angelum mortis adstantem pedibus suis. Sed si moriturus est perfectè justus, Gloria Divina circumcirca eundem ambit. col. 429.

4. Cùm homo moritur, amici ejus eidem claudere debent oculos, sicut dicitur. Gen. 46, 4. *Et Joseph ponet manum suam super oculos tuos.* col. 321.

5. Nullô gaudiô tangitur Angelus mortis, quod hominem occidere debeat: & nihilominus lætum sese gerit, quia videt sic esse voluntatem Domini sui. col. 327.

6. Quilibet homo gustare cogitur mortem: hinc sub promulgatione Legis animam efflârunt Jisraëlitæ. col. 499.

7. Qui moritur & è mundo discedit, vocatur filia spontanei. col. 342.

8. Planctu mulierum delectatur Angelus mortis. col. 327.

9. Quicquid mortuus (sive Spiritus ejus) homini præbet, bonum est: sed si quid è domo aufert, malum est, præsertim si calcei sint. col. 342.

TITULUS DECIMUS SEPTIMUS.

DE SANCTUARIO EJUSQUE REQUISITIS,

E Dictis in

GENESIN.

1. Altare vocatur lupus rapax col. 520.

2. Certum est, eum, qui legit textum de Sacrificiis in Synagogis, ab Angelis non deferri propter peccata sua, imò hos non posse nocere eidem, sed tantùm benefacere. col. 261.

DE SANCTUARIO ET REQUISITIS EJUS,

E Dictis in

EXODUM.

1. Fumus sacrificii jugis vespertini, & membrorum, & adipis, per totam noctem ardentium non ascendit rectâ, sed curvatus in latus Septentrionale. Rationem vid. col. 230. & 250.

2. Lamina frontalis prosternere potuit protervos: quia si quis eandem intueretur, literæ sanctæ fulgorem emittebant in faciem ejus, ut oculos demittere cogeretur, & remissionem petere; sic ista humiliare poterat hominem coram Domino suo. col. 389. & 391.

3. Quicunque olfecit odorem suffimenti, statim sibi proposuit, quàm lubentissimè & cum gaudio servire Domino suo, & ab omni discedere malo. col. 391.

4. Sanctum Sanctorum, Arca fœderis, & Propitiatorium, & Palatia, & Atria, & urbs Hierosolyma totum repræsentavit mundum, fuitque instar pupillæ oculi. col. 398.

5. Propter dignitatem Sancti Sanctorum totus mundus accipit benedictionem, quamvis Israëlitæ abinde ejecti sint. col. 280.

6. Omnia vasa Sanctuarii unum constituebant corpus, sicut omnia membra corporis humani: & sic omnia quoque præcepta Legis in unam assurgunt summam. col. 287. & 292.

7. Omnis structura tabernaculi atque templi Salomonis, postquam incepissent opifices, sese consummavit ipsam. col. 405.

DE SANCTUARIO

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Nadab & Abihu puniti sunt propterea, quod suffimentum offerrent vivente Aharone. col. 107.

2. Quando sacrificium Deo acceptum fuit, fumus rectâ sursum ascendit, & super altari quasi forma leonis apparuit: si autem sacrificium acceptum non esset, fumus curvô ducta se gyravit, & super altari formâ canis apparuit. col. 55.

3. Quia homo, qui peccavit & expiationem desiderat per sacrificium suum, spiritu tristi & corde contritô id facere debuit: quæritur quare scriptum: Psalmo 100. v. 2. *Servite Domino in lætitia!* nimirum sacerdotes & Levitæ canticis suis illius locô hoc præstabant. Jam igitur cùm nihil tale amplius supersit, homo prius exhilarari debet in Lege, & deinde preces suas fundere. col. 11. 12.

DE SANCTUARIO ET REQUISITIS EJUS

è Dictis in

NUMEROS.

1. Quâ ratione omnes Angeli superni & omnes dæmones, qui se habent ad instar hominum, cibati fuerint à sacrificiis: singuli scilicet secundum naturam suam. col. 431. 432. 433.

2. Quæ-

2. Quælibet ſpecies animalium in ſupernis habet poteſtatem quandam, quæ vocantur animalia; & ſingulæ illæ poteſtates accipiebant illa ſacrificia boum, vel ovium, vel caprarum &c. col. 433.

3. Ratio ſacrificiorum; quodque anima bruti ſteterit locô hominis, qui peccaverat. vid. col. 442.

4. Tauri in feſto tabernaculorum immolati propterea ſemper diminuti fuerunt, quia illô menſe diminuerentur peccata Iiſraëlitarum, & maligni ſpiritus peccatis præpoſiti, qui præfecti ſunt ſeptuaginta populis. col. 476.

5. Tauri feſtî tabernaculorum non immolati ſunt poteſtatibus ſupernis; ſed DEO Sanctiſſimo benedicto: hic autem iisdem eos diſtribuit. col. 482.

6. Cùm primogenitura aſini redimenda eſſet per agnum, typus erat redemptionis Iiſraëliticæ ab exilio, in quod non relapſuri ſunt in æternum. col. 339.

TITULUS DECIMUS OCTAVUS.

PORTA COLLECTANEORUM.

1. Quomodo oculus humanus totum repræſentet mundum. Album nempe oceanum; nigrum orbem terræ univerſum; fibræ pupillares Domum Sanctuarii; & figura interna pupillæ, Arcam fœderis & propitiatorium. Videatur in Geneſin col. 475. & in Exodum col. 398.

2. Nepotes homini chariores ſunt, quàm liberi proprii. in Geneſin col. 493.

3. Sicut in cœlo ſunt ſtellæ & planetæ; ſic in cute hominis lineæ ſunt & colores, in quibus apparet quid in ipſo deliteſcat. col. 129.

4. Et prout ſeſe geſſerit homo, iſtæ lineæ mutantur; eodem modo ſicut & in collo accidit cùm DEUS tempora mutat & ſtellas ordinat. col. 131. & 134. in Exodum.

5. Lux illa quæ occultata fuit in ſextiduo Creationis, non penitus à DEO abſcondita eſt: quia aliàs ne unico quidem momento ſubſiſtere poſſet mundus: ſed DEUS ſanctiſſimus atque benedictus illam diſſeminavit per omnes generationes. col. 265.

6. Medietas mundi habitata eſt, in cujus medio eſt terra Iiſraëlis, & in medio iſtius Hieroſolyma. &c. Dimidia autem pars deſerta eſt, & ad hanc quoque pertinet deſertum illud, per quod Iiſraëlitæ ambularunt per quadraginta illos annos; quod eſt inter deſerta omnia maximè horrendum. Et niſi Iiſraëlitæ tranſgreſſi eſſent voluntatem Creatoris ſui, genus adverſum planè abolitum fuiſſet è terra. col. 289. & 290. in Exodum.

7. Mons Abarim, in quo ſepultus eſt Moſes Doctor noſter, ſuper quo pax! nunquam traditur in manum generis adverſi. col. 280.

8. Generatio Diluviana non fuit ſub forma hominum. col. 210. in Geneſin.

9. Qui juſti ſunt in hoc mundo, tales jam fuerunt antequam in mundum venirent. Et ſic quoque impii & præfracti. Et quicquid homo in hoc mundo diſcit, illud jam didicerat antequam in hunc mundum veniret col. 225. in Geneſin.

10. Quicquid in terra eſt, id omne typum & ſimilitudinem gerit rerum quarundam admirandarum: imò etiam Arbores & herbæ omnes. col. 25. in Exodum.

11. Omnes arbores eodem modo inſeri poſſunt; excepto malo: & ſic arbores ſteriles eodem modo ſe habent, exceptis ſalicibus: & ſic omnes herbæ ſimiles ſunt inter ſe, excepta hyſſopo. col. 25. in Exodum.

12. Quod quatuor anni Quadrantes inſtituantur juxta os hominum. col. 143. & 142. in Exodum.

13. Dudaim ſive (Mandragoræ vel) Violæ non auxilio ſunt ſterilibus; ſed illis tantùm, quæ difficulter pariunt. col. 62. in Geneſin.

14. Duodecim horæ ſunt tempus noctis; ſi verò aliquid iisdem additur, id ad diem pertinet. col. 342. in Exodum.

15. Cùm Luna nova eſt, ſpiritus maligni in mundo inveniuntur; ſed cùm Luna plena fit, gaudium adeſt. col. 182.

16. Qui in anguſtiis verſatur, nihil videt, quamvis damno affici queat. In Numeros; col. 301.

17. Multa ſunt hominis membra, ſed omnia conſtituunt unum corpus vel hominem. Sic quoque ſe habent omnia vaſa Sanctuarii; & ſic omnia præcepta Legis ad unum pertinent corpus. Unde ſi quis vel unicum præceptum minuit, idem facit ac ſi totam Legem deſtrueret. col. 287. & col. 292. in Exodum. Et in Geneſin col. 319.

18. Quomodo in creatione hominis ſupera ſociata ſint cum inferis; itemque in vita ejus. col. 404. in Deuteronomium.

19. Quod duodecim ſint in corpore humano membra, in quibus conſiſtat cultus divinus. col. 352. in Exodum.

20. Tres mundi deſtinati ſunt pro homine, mundus hic ſeparatus; Et hortus Paradiſi annexus mundo ſuperno: & mundus ſupernus occultus & abſconditus. Eodemque modo etiam mundus ſuperior dividitur in tres gradus: ita ut mundus unus ibidem ſit ille, in quo occultus latet DEUS Sanctiſſimus atque benedictus; mundus ſecundus autem dicitur Corollæ, in quo illa cognoſcendam ſe præbet; & mundus tertius eſt mundus Angelorum, in quo DEUS manifeſtatur, ita tamen, ut ſi eum intueri velint, cum ipſum laudaturi ſunt, iterum evaneſcat; & illi quærant: *Ubi eſt locus gloriæ ejus?* Eodemque modo in hoc mundo eſt homo: juxta illud: Prov. 23. v. 5. *Si volare facies oculos tuos in illum, non eſt* &c. Et huc pertinet illud Gen. 1, 27. *in imagine Dei fecit illum.* col. 302. & 303. in Numer.

21. Mundus conſiſtit in ſpiritu (ſive aëre:) quia ſi hic vel unico momento ceſſaret; animæ non poſſent ſubſiſtere. col. 42. in Exodum.

22. Flamma quæ prodit è lucerna, ſymbolum eſt unitatis DEI ſupremi, qui benedictus ſit. col. 405. in Exodum.

23. Juxta naturam creationis & Scientiam Phyſicam Iris diebus æſtivis videri non poteſt: (dies enim pluviæ dicuntur hyemales; & dies æſtivi, quibus pluvia nulla decidit:) unde quæritur; quomodo illa dici queat ſignum fœderis æterni? vid. col. 214. in Geneſin.

24. Nihil in mundo hominis opera ſic imitari poteſt, quam avis. Sicut enim homo domum extruit, ita & avis; ſicut homo laudat & confitetur Domino ſuo; ſic etiam Avis. col. 530. in Deuteronomium.

25. Loca

25. Loca in mari sunt diversissima. In quodam enim mari aquæ sunt claræ; in alio autem aquæ sunt turbidæ, vel amaræ, vel dulces. Et hanc ob causam hæc dicuntur maria. col. 509. in Genesin.

26. Circa illum mundi cardinem, in quo Sol dominium habet fortius, altissimi sunt montes, & nisi serpentes adurentes ibidem invenirentur, mundo non deesset aurum optimum, quod in copia ibidem invenitur. col. 529. in Genesin.

27. Cujus horoscopus est Taurus, dotes habet alias; alias verò cujus horoscopus est aries. &c. col. 72. in Exodum.

28. Quæritur, quare animalia hominem metuant; cùm iste tamen astris æque subsit ac illa, & alius pro signo habeat taurum, vel arietem, vel Leonem &c. Et respondetur, id fieri propter nomen Altissimi benedictum, quod in ipso quiescit. col. 166. in Leviticum.

29. In pomo bona est medicina; & odor; & sapor; & aspectus: col. 132. in Leviticum.

30. Basiliscus si aliquis eum aspiciat, vel ab eo aspiciatur, statim occidit. col. 206. in Leviticum.

31. Ratio, quare aquæ Maris inferioris sint amaræ. Col. 238. in Numeros.

32. Deus benedictus unus est, non sicut Unitas numerica &c. col. 103. in Genesin.

33. Ad omne opus requiritur homo idoneus; quandoque enim adhibetur homo idoneus, per quem omnis benedictio affluit ad negotium illud; quandoque autem contrarium quoque accidit. col. 113. in Levit. Ubi & historia narratur materiam hanc illustrans.

34. Deus Sanctissimus atque benedictus literam ב locavit ad dextram; & literam ג ad sinistram: quia à dextra veniunt dies fausti; & à sinistra dies infausti. col. 450. in Numeros.

35. Propriissimè nox dicitur, à mesonyctio & ultra. col. 79. in Exodum.

36. Nihil manifestatur, nisi illi cui debetur. col. 306. in Genesin.

37. Infans nihil novit donec gustavit panem hujus mundi. col. 364. in Genesin.

38. Homo vocatur Rex istius mundi. col. 266. in Exodum.

39. Cum mulier ultimò exclamat (in partu,) porta illa perrumpitur, ad quam peccatum cubat, (id est, natura, quæ propter peccatum primum clausa erat, aperitur.) col. 198. in Exodum.

40. Qui quatuor cardines mundi intuetur, idem est ac si totum mundum conspiceret. col. 359. in Genesin.

41. Benedictio è supernis minùs non continet, quàm millecuplum de quavis specie. col. 370. in Genesin.

42. Quicquid in supernis est, simile quid habet inferius: & quicquid inferius est, simile quid habet in mari. &c. col. 34. in Exodum.

43. Quicquid à genere adverso provenit, corticum naturam habet, qui ab extra fructum ambiunt, fructuque priores sunt & citius excrescunt; deinde autem projiciuntur. col. 193. in Leviticum.

44. De ore asinæ; de puteo deserti, & ore terræ (aperto pro deglutiendo Coracho &c.) quod ista creata sint vespera Sabbathi inter Soles. vid. col. 372. in Numeros.

45. Qui-

45. Quilibet opifex dum loquitur, de opificio ſuo loquitur. col. 191. in Exodum.

46. Nulla eſt herba, nec planta, quæ ſuam in ſupernis non habeat ſtellam. Et quædam ſtellæ ſerviunt per totam noctem; quædam per dimidiam noctem; quædam verò parum ſaltem. col. 303. in Exodum.

47. Niſi obtuſæ mentis eſſent homines, cœcique intellectus, ſubſiſtere non poſſent à ſtrepitu horribili quem edit orbis Solaris. col. 343. in Exodum.

48. Septem ſunt firmamenta; & ſic ſeptem terræ hic infra; ſeptem quoque maria; ſeptem flumina; ſeptem dies; ſeptem hebdomades; ſeptem anni; ſeptem annorum heptades; ſeptem quoque millennia mundi. Et DEUS Sanctiſſimus atque benedictus in omnibus his ſeptenariis eſt. col. 14. in Leviticum.

49. Quomodo mundus creatus ſit ſub forma imaginis humanæ, ut corpus; cor; cerebrum; &c. habeat. col. 306. in Numeros.

50. Septem ſunt auri ſpecies; de quibus vide latius, col. 136. in Exodum.

51. Cùm dolor vel gaudium exoritur in homine, & ipſe ignorat quid illud ſit; vix eadem tolerare poteſt. col. 151. fol. 38. in Exodum.

TITULUS DECIMUS NONUS.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

GENESIN.

1. Hiſtoria de R. Acha, qui peſtem ſanavit precibus ſuis in pago Tarſa. col. 264.

2. Hiſtoria de R. Elieſer, qui abierit ad R. Schimeon filium Lekonja ſocerum ſuum. col. 192.

3. Hiſtoria de R. Chia & R. Joſe, qui iter facientes pervenerint ad montes maximos. col. 195.

4. Hiſtoria de R. Joſe, qui fuerit apud R. Schimeonem: ubi occupati fuerint explicatione illius dicti: *Et ſanavit altare confractum.* 1. Reg. 18. v. 30. col. 201.

5. Hiſtoria de R. Joſe, quod fuerit apud R. Schimeonem filium Jochai, eumque interrogaverit; quam ob cauſam DEUS Sanctiſſimus diluviô perdiderit omnem carnem? Et ſi peccaviſſent homines, an igitur & bruta peccâſſent? col. 214.

6. Hiſtoria de R. Joſe filio Paſi, quod propter factum aliquod hoc nomen adeptus ſit. col. 243.

7. Hiſtoria de morte R. Elieſeris magni 260.

8. Hiſtoria de R. Elieſere, qui conſederit coram Schimeone filio Jochai, eumque interrogaverit: quare non ſcriptum ſit, DEUM Abrahamo dixiſſe plurali numerô *Exite*; cùm tamen plures eſſent: ſed ſingulari tantum *Exito*. Gen. 12. v. 1. col. 224.

9. Hiſtoria de R. Schimeone filio Jochai, quomodo conſederit & occupatus fuerit in explicando textu Deut. 21. v. 1. de vitula decollanda. col. 286.

10. Hiſtoria de R. Schimeone, quod iter fecerit Tyberiadem. col. 139.

11. Hi-

11. Hiſtoria pulchra de claudis quibusdam grallatis. col. 126.

12. Hiſtoria de R. Joſe & R. Illai, qui iter facientes occurrerint R. Elieſeri: quodque per ipſos myſterium aliquod in Lege detectum ſit. col. 157.

13. Hiſtoria de R. Elieſere, quod abierit viſitatum R. Jochananem filium Zaccai magiſtrum ſuum: quodque illa dies fuerit neomenia. col. 7.

14. Hiſtoria de R. Chija, qui jejunaverit quadraginta dies, ut videret faciem R. Schimeonis jam demortui; quæ ipſi tamen oſtenſa non fuerit. Unde jejunaverit adhuc quadraginta dies, eumque tandem viderit, cum collegis collegii ſuperni, cumque Meſſia. col. 23.

15. Hiſtoria de R. Abba & R. Elieſere, quos in itinere ſecutus ſit quidam: à quo perceperint myſteria ſumma; tandemque intellexerint, quod eſſet filius R. Hammenunæ ſenis. col. 25.

16. Hiſtoria de R. Chija, qui duris verbis allocutus ſit terram, quod juſti in pulvere ejus abſumendi ſint. col. 23.

17. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Abba, qui pervenerint ad montem quendam, ubi rami arborum ſibi invicem allidi cœperint: ipſi verò audiverint vocem quandam admirandam. col. 29.

18 Hiſtoria de Philoſopho quodam, qui à R. Elieſere petierit explicationem dicti illius Jer. 10, 7. *Quis non timeret te, Rex gentium* &c. Quod cum hic explicuiſſet, ille factus ſit proſelytus in pago Schachlaim. col. 34.

19. Hiſtoria de R. Pinchaſo, quod conſidens ſtudueritin lege, ad littus maris Genetſarath coram R. Rachumai: cui hic dixerit, quod abire debeat quæ ſitum R. Schimeonem filium Jochai, qui jam exiverit è ſpelunca. Quodque hic cum conſcendere vellet naviculam, viderit duas aves in mari volantes, easque allocutus dixerit, annon vidiſſent aliquid de R. Schimeone Jochaide? Quæ mox accedentes ore ſuô ipſi attulerint tabellam quandam, in qua ſcriptum fuerit: R. Schimeonem Jochaidem exiviſſe. col. 36.

20. Hiſtoria de R. Schimeone, qui incedens per portam (vel ſuburbium) Tyberiadis, viderit quosdam, qui in publico transgrederentur Legem; quique, cùm acriùs eos intuitus eſſet, conjecti ſint in mare. col. 183.

21. Hiſtoria de R. Chija & R. Juda. qui greſſi ſint trecentos paſſus, ſuper oſſe quodam hominis alicujus diluviani. col. 193.

22. Hiſtoria de R. Joſe & R. Chija, qui abeuntes ad montes Ararath, viderint Judæum quendam, qui exierat allatum concivibus ſuis quatuor ſpecies rami palmei ſcenopegitici. col. 96.

23. Hiſtoria de R. Chiskia, qui iter faciens ſecum habuerit puerum quendam, à quo didicerit myſteria Legis. col. 207.

24. Hiſtoria de R. Juda, qui pernoctaverit in diverſorio quodam, & cùm nocte mediâ ſurgeret, ut in Lege ſtuderet, hoſpes autem diverſorii ipſi reſponderet verbis Divinæ Legis in lecto decumbens; hunc inclamaverit, ut è lecto ſurgeret, eò quod ſcriptum ſit Amos 4. v. 12. *Præpara te ipſum in occurſum DEI tui Iſraël.* col. 213.

25. Hiſtoria de R. Elieſere, qui incide rit in Judæum quendam ludimagiſtrum ante-

hac, ſed cui jam ablati eſſent pueri, commiſſique R. Joſe, de pago Chanan: quem adduxerit in domum patris ſui R. Schimeonis. &c. col. 242.

26. Hiſtoria de R. Elieſere, & R. Abba, qui cùm veniſſent in pagum Tarſa, nocte mediâ ſurrexerunt, ut in Lege ſtuderent. col. 249.

27. Hiſtoria de R. Joſe, cui dixerit Pater ejus, quod cùm ætatem attigiſſet ſexaginta annorum, in loco quodam certo inventurus eſſet divitias magnas: ipſe verò ibidem librum invenerit egregium col. 290.

28. Hiſtoria de R. Jizchak, qui tranſierit coram viro quodam, qui cum duobus filiis ſuis, ſtuduerit in Lege iturus ad nuptias filii ſui: à quibus ipſe quædam è Lege didicerit tandemque ploraverit, quod ab his ſibi abeundum eſſet. col. 345. 346.

29. Hiſtoria de R. Chija & R. Chiskia, qui ſederint ſub arbore quadam in agro: ubi cùm dormiiſſet R. Chija, eidem apparuerit Elias, ipſi indicans, quod Hieroſolyma & omnes urbes Sapientum mox eſſent deſtruendæ. col. 352.

30. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe, qui viderint virum quendam de habitatoribus climatis Arca, qui eos interrogaverit, quô nomine hæc regio appelletur, in qua nos verſamur? ubi ipſi reſponderint: illam vocari nomine Arez ſive terræ. col. 364.

31. Hiſtoria de R. Jizchack & R. Joſe, qui iter facientes inciderint in virum quendam, qui filium ſuum portaret in humeris; cui benefecerint, cibumque dederint; ab ipſo autem quædam è Lege divina didicerint. col. 376. fol. 94.

32. Hiſtoria de R. Joſe, qui ex olfactu herbarum venenatarum in morbum inciderit; à DEO autem per miraculum ſanatus ſit. col. 141.

33. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Jizchak iter facientibus: Ubi appropinquante tempore Lectionis; Audi Iiſraël, ſurrexiſſe dicitur R. Elieſer & precatus eſſe preces ſuas; R. Jizchak verò jam oraſſe perhibetur antequam exiiſſet: ubi traduntur rationes pro utraque parte. Item quomodo in montibus illis altiſſimis viderint creaturas admirandas; & R. Jizchak metu correptus ſit: non verò R. Elieſer. col. 403.

34. Hiſtoria inſignis de R. Chija, qui uſque adeò occupatus fuerit ſtudiô Legis, donec facies ejus luceret ad inſtar luminis ſolis: ſciveritque quinam è diſcipulis Legis ſtudium amplexus fuerit in alium, quàm Divinæ gloriæ finem, & pro eo oraverit. 425.

35. Hiſtoria de ſapientibus, qui ſtudium Legis exercuerint. col. 418. 438. 442.

36. Hiſtoria de R. Abba, qui viderit illum hominem, cui duo miracula acciderant, ut è mortis periculo liberatus eſſet: quem interrogaverit, quænam ſint opera ejus? Cui ille reſponderit, neminem unquam ipſum læſiſſe, cum quo non ſtatim reconciliatus fuerit: quodque ſi cum ipſo reconciliari non potuiſſet, ipſe eidem remiſerit culpam, antequam cepiſſet ſomnum; nec unquam in animum ſibi induxerit, eidem nocere. col. 446.

37. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe, qui viderint hominem indutum palliô penicilatô, ſub quo accinxiſſet arma: quodque hic homo inſignis atque pius fuerit. col. 451.

38. Hiſtoria de R. Jehuda, qui dormiens ad portam Tyberiadis in ſomnio viderit excellentiam R. Schimeonis per ænigma quoddam. col. 462.

39. Hiſtoria de R. Joſe & R. Chija, qui viderint hominem quendam ad fluvium, in cujus

jus capite ſederet avis, & coſta quædam in ore ejus, quam comederit & conculcaverit ad deſignandam rem quandam ſingularem. col. 466.

40. Hiſtoria de R. Joſe & R. Jehuda, & R. Chiskia; qui ambulaverint in monte quodam, donec nox ingrueret: ubi ſpeluncam quandam invenerint metuente R. Joſe: ipſi verò noctem diviſerint in plures vigilias, & Legis ſtudium exercuerint.

41. Hiſtoria de R. Jizchak & R. Jehuda, qui inciderunt in ſenem quendam equitantem, qui ſecum habuerit infantem in Lege jamjam informatum; ita ut etiam à ſene illo diſceſſerit, iſtosque ſecutus ſit, ut plura è Lege diſceret. col. 504.

42. Hiſtoria de R. Schimeone, qui in ſpelunca ſedens per Spiritum Sanctum viderit, quod illa die in urbe collapſura ſit domus quædam, duoque Dæmones ibidem emanſuri eſſent. col. 523.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

EXODUM.

1. Hiſtoria de R. Elieſere, qui ſedens in porta Lyddæ intellexerit cantillationem aviculæ cujusdam. Ubi mira invenies de Prophetia. col. 9.

2. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Abba, quod inciderint in hominem narrantem ipſis, quâ ratione perveniſſet ad antrum illud, ubi janua ſit in Paradiſum. col. 20.

3. Hiſtoria admiranda de R. Schimeone Jochaide cum diſcipulis, qui per biduum conſederint nihil comedentes vel bibentes &c. col. 24.

4. Hiſtoria de R. Elieſere, qui jejunium edixerit, quod tamen non ſit ſecuta pluvia: ubi deinde accedente R. Akiba ſecuta ſit pluvia, cum admiratione R. Elieſeris. col. 29.

5. Hiſtoria inſignis de R. Elieſere, qui dormiens in ſepulchro quodam viderit & audiverit, quomodo commotum ſit ſepulchrum præ dolore Patris cujusdam ibidem ſepulti, qui ſciviſſet filium ſuum captum eſſe à gentilibus. fol. 7. col. 36.

6. Hiſtoria de R. Joſe & R. Jizchak iter facientibus, ubi ſerpens quidam perſecutus ſit R. Joſen. col. 29.

7. Hiſtoria de R. Jizchak, qui viderit virum quendam ſub arbore dormientem atque ſomniantem, quaſi terra conſternata fuiſſet propter plagas Iiſraëlitarum. col. 29.

8. Hiſtoria de R. Joſe & R. Juda, qui audiverint vocem cervæ mediâ nocte transeuntis, & altâ voce clamantis. col. 69.

9. Hiſtoria de R. Jizchak & R. Juda iter facientibus cum Joſe mercatore quôdam: ubi Joſe mercator viderit mulierem quandam gentilem, cumque ea rem habuerit: Ipſis deinde inquirentibus in proſapiam ejus; ubi inventum fuerit, ipſum rejectitii ſeminis fuiſſe, quoad patrem & matrem. col. 78.

10. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe iter facientibus in deſerto: ubi vir quidam declinare eos juſſerit ab illa via in aliam; quia ibidem plebejus quidam occideret Sacerdotem ſapientem, unde periculoſa hæc via ſit omnibus tranſeuntibus. col. 85.

11. Hiſtoria de paupere quodam, qui fuerit in vicinia R. Jeſa, cui R. Jeſa benefecerit. Item hiſtoria de paupere alio tranſeunte coram R. Jizchako, & habente in manu ſua dimidiam Mæam (qui eſt velor, quaſi crucigeri;) cui R. Jizchak tantùm addiderit, ut Mæam haberet integram. &c. col. 108.

12. Hiſtoria de R. Chiskia, qui viſum à ſe ſerpentem occidere voluerit, cui tamen id non conceſſerit R. Eliezer. col. 120.

13. Hiſtoria de homine quodam colligente herbas ad expellendum ſpiritum immundum habitantem in domo ſua. col. 141.

14. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe iter facientibus cum mercatore quodam, à quo didicerint novas explicationes Legis in pago Chanan. col. 276.

15. Hiſtoria de viro quodam, qui deſiliit è tabulato, ut intereſſet precationi cantionis Angelicæ &c. col. 293. 297.

16. Hiſtoria de R. Eliezere, à quo Gentilis quidam petebat interpretationem dicti illius Proverb. 12. v. 19. *Labium veritatis firmum erit in perpetuum; & ad momentum lingua mendacis*; ubi auditâ explicatione congruâ, gentilis ille factus ſit proſelytus. col. 329.

HISTORIÆ INSIGNES

è Dictis in

LEVITICUM.

1. Hiſtoria de ſacerdote quodam in ſacrificium offerente duos turtures; quos ſacerdos magnus offerre noluerit, quia eſſet ſacrificium pauperis. col. 12.

2. Hiſtoria de R. Schimeone, qui viderit ſolem aliàs clarum ter occultari: quodque idem ſerpentem viderit ore apertô pulveri terræ inhiantem: unde intellexerit, pœnam inſignem imminere habitatoribus terræ: quam precibus ſuis averterit. col. 23.

3. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe videntibus volatile quoddam ante ſeſe repens: quâ occaſione liberati ſint à prædonibus inſectantibus eos. col. 34.

4. Hiſtoria de R. Eliezere è Cappadocia Lyddam eunte unà cum R. Jeſa, & R. Chiskia, &c. ubi iisdem occurrit quidam tres ramulos myrteos habens olfactûs gratiâ, in memoriam trium Patriarcharum. col. 60.

5. Hiſtoria de R. Eliezere, qui iter faciens incidebat in R. Pinchaſum filium Jair, cujus aſinus rudebat ob ſerpentem pedi ejus circumvolutum; quia illâ die tranſierat per locum aliquem immundum: cùm R. Pinchas interim in Lege occuparetur. col. 62.

6. Hiſtoria de R. Juda & R. Jizchak, quibus occurrebat puellus quidam filius R. Seiræ de Ramin, à quo multa diſcebant è Lege Divina. col. 67. 68.

7. Hiſtoria de R. Chia & R. Abba, qui mediâ nocte videbant ſtellam quandam ter ſupprimentem ſtellam aliam, ut fulgor hujus occultaretur. Quod ſignum erat eôdem tempore DEUM Sanctiſſimum ingreſſum eſſe in Paradiſum, ut converſaretur cum juſtis. col. 77.

8. Hi-

8. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe, qui iter facientes occurrerunt cuidam, cujus facies vulneribus plena eſſet: à quo multa diſcebant è Lege.

9. Hiſtoria de R. Jizchak, qui advenerat ad ſpeluncam Seroniam, ubi offendebat virum quendam cum filio ſuo ægro, ligatô ſuper aſino qui ad antrum illud Seronium (à Magis opem imploraturus) acceſſerat: ſed à fumo hinc exeunte occidebatur. col. 91. fol. 14.

10. Hiſtoria de R. Chija, qui inveniebat duos viros in ſpeluncis petræ ſedentes, & dicentes verſum illum: Pſal. 48. v. 1. *Magnus Dominus & laudatus valdè &c.* quem verſiculum explicabant; ita ut multa ab illis diſceret. col. 100.

11. Hiſtoria de ſociis, qui acceſſerant ad R. Schimeonem, cùm pluviâ opus eſſet, & ab ipſo didicerint novas quasdam explicationes in dictum illud: Ecce quàm bonum & quàm jucundum. col. 105.

12. Hiſtoria de R. Chiskia & R. Jeſa; ſedentibus in loco deſerto; R. Jesâ volumen Legis manibus tenente, ubi apertum ſit ſepulchrum quoddam &c. col. 27. vid. etiam col. 489.

13. Hiſtoria de R. Elieſere ſedente apud ſocerum ſuum, ubi tranſibat vir quidam alterô oculô privus &c. col. 172.

14. Hiſtoria de R. Schimeone ſociisque videntibus ſerpentem pugnantem cum baſiliſco ambobus morientibus, ne homo quidem ab iis læderetur. col. 206.

15. Hiſtoria de R. Chija & R. Joſe, quibus in itinere occurrebat vir quidam, qui per triduum nil comederat, paululum panis ab iis petens: ubi è duobus quibusdam aliis ibi etiam præſentibus alter prior ipſi porrexerit panem: cui propterea magnum acciderit miraculum, ut è magna liberaretur pœna. col. 213.

HISTORIÆ INSIGNES,

è Dictis in

NUMEROS.

1. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Joſe & R. Jizchak ad montem Cardoniæ. col. 282.

2. Hiſtoria de R. Jecheskiel & R. Joſe, qui offendebant ſapientem quendam, à quo multa diſcebant è Lege, qui tamen innoteſcere nolebat, donec ipſi intelligerent, quod ablegatus eſſet ad R. Schimeonem Jochaidem. col. 299. 300.

3. Hiſtoria inſignis, quod DEUS Sanctiſſimus aves quasdam deſtinaverit, quæ R. Pinchaſo filio Jair, & R. Schimeoni Jochaidæ (ſedentibus in campo & ſtudentibus) umbram facerent, quas cùm alloqueretur R. Pinchaſus, ne ſibi moleſtiam parerent; Deus tres illis parabat arbores, fontemque ſub illis. col. 372.

4. Hiſtoria de R. Illai & filio ejus, qui ingreſſi in ſpeluncam quandam miranda viderint de Paradiſo & ſede Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax, & Bezaleele. col. 308. 309. 310.

5. De R. Pinchaſo occurrente Arabibus quibusdam, qui ipſi narraverint miracula quædam, quæ in campo illo vidiſſent. 370.

6. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Abba, ſuper quibus cum ſurgerent, ut in Lege ſtuderent, umbra quædam apparebat, diſcedens iterumque accedens; quæ erat umbra R. Pinchaſi filii Jair. col. 402. 404.

7. Hiſtoria de R. Elieſere, cui gentilis quidam propoſuerit tres quæſtiones. col. 406.

8. Hiſtoria de R. Pinchaſo filio Jair, qui cum iter faceret è Cappadocia Lyddam, aſinum ſuum de loco amovere non poterat, donec accederet R. Schimeon. col. 407.

9. De rana quadam, quæ increpuerit Davidem Regem, quod ſeipſum appellâſſet pium. col. 409.

10. Hiſtoria de R. Pinchaſo, qui viderit aquilam roſam ore tenentem, quam projiceret inter ſocios. col. 426.

11. Hiſtoria de Rabh Hammenuna & ſociis ejus captivatis in palatio Regis cujusdam, ubi accedens Elias effregerit palatium, morientibus quadraginta quinque dominis, & eductô R. Hammenunâ ſociisque in vallem Eno, ubi illos cibaverit pane & aquâ, cùm per triduum nihil comediſſent. col. 273.

12. Hiſtoria de R. Mari & R. Jizchak, qui diverterant apud mulierem quandam, cui filius eſſet tenellus, à quo multa didicerunt myſteria Legis. col. 485.

13. Hiſtoria de R. Elieſere, qui ſtudium Legis tractaverit præſente Gloriâ Divinâ. col. 410.

14. Hiſtoria de R. Schimeone, cui occurrebat Elias ipſi indicans, quod DEUS Sanctiſſimus in cœlis verba quædam Legis explicaſſet juxta mentem ejus. col. 446.

15. Hiſtoria de R. Jizchak ægrotante, quem R. Juda & R. Jeheſchua invenerint ridentem in ſomno: ubi interrogatus reſponderit: ſe vidiſſe præmium illorum, qui ſeipſos traderent pro ſanctitate Nominis Divini. col. 510.

16. Hiſtoria de R. Elieſere & R. Acha, videntibus hominem quendam obvolutô capite labia ſua moventem, qui ab ipſis ſalutatus, nihil reſponderet, ita ut pro ſtulto haberetur, à quo tamen myſteria quædam Legis didicerint. col. 512.

17. Hiſtoria de R. Joſe, de Pekiun, quem cùm mortuus eſſet, reſtituebat filius ejus minor, per preces quasdam è Deut. 22. v. 6. col. 378.

18. Hiſtoria inſignis de obitu R. Schimeonis Jochaidæ, poſt conventum in area minore. col. 592. fol. 140.

19. Hiſtoria de R. Chija, qui ſeptem dies jejunaverit, ut intelligeret verba illa Jeſai. 49. v. 15. Nunquid obliviſcetur mulier lactentis ſui, à miſerendo filii uteri ſui? &c. quem oblitus erat: ubi cum adiret interrogaturus R. Schimeonem, eidem occurrerit R. Jizchak, eumque commonefecerit. col. 578.

20. Hiſtoria de R. Elieſere, quod à mercatore librum quendam medicum acceperit, & per totum annum retinuerit; ubi cum perveniſſet ad myſteria quædam Bileami, in ſomno dictum ipſi fuerit, quid tibi in limitibus alienis? Ubi & alia ſuperadditur hiſtoria de medico quodam, qui ſciverit, quisnam ægrorum ſuorum ſanitatem recuperaturus, & quisnam moriturus eſſet: quibus etiam oſtenderit viam Domini, cui ſit benedictio! col. 580.

FINIS.

PARTIS PRIMÆ

Tractatus Secundus,

quæ est

INTRODUCTIO

pro meliori intellectu

LIBRI SOHAR.

E Scripto R. Naphthali Hirtz, F.R. Jaacob Elchanan;

quod vocat

VALLEM REGIAM.

INTRODUCTIO

pro meliori Intellectu

LIBRI SOHAR

E Scripto R. Naphthali Hirtz, F. Jaacob Elchanan,

quod vocat

VALLEM REGIAM.

SECTIO PRIMA

De Mundo Infiniti primo.

Ubi notetur, quod omnes Digressiones, expressæ sint lineis retractis, ad distinctionem materiæ principalis.

Causa Creationis impulsiva.

§. 1. BEnedictum sit Nomen ejus sanctum. Antequam esset quicquam, voluntate suâ simplicissima proponebat sibi Mundos condere. Non enim datur Rex sine populo, sicut scriptum est Prov. 14, 28. *In multitudine populi consistit decor Regis.* Et hæc quoque est natura Boni, ut benefaciat: Quod si autem mundus non foret, cui benefacere posset?

Locus replens omnia ante Creationem.

§. 2. Illo autem tempore locus non erat vacuus pro mundis, proque septem terris infra ipsos locatis; (ab illis enim ulteriùs descendendo iterum Infinitum sequitur.) Omnia enim plena erant Luce substantiæ ejus, qui Benedictus sit! quam determinatè locaverat in medio sui, & ex cujus partibus & in qua postmodum complicationem instituturus erat.

Lucis locus & operatio.

Agentis liberrimi prima ante Creationem operatio.

§. 3. Quid tùm egit בעל הרצון liberrimum illud Agens? Dimensus est æstimatione suâ intra substantiam suam, quæ benedicta sit! latitudinem & longitudinem circuli cujusdam evacuandi, ubi foret statio mundorum suprà dictorum: illamque Lucem, quæ intra circulum hunc, compressit, complicavitque quandam ejus partem, veluti cùm quis colligit atque conduplicat vestem suam (nudandô se:) illamque Lucem elevavit in sublime, atque sic relictus est locus primâ Luce vacuus.

Lucis intrinsecæ evacuatio atq; compressio pro statione Mundorum.

§. 4.

§. 4. Non tamen omnimodo (evacuatus est locus iste luce suâ:) vestigia enim Lucis primæ in loco suo persistebant, nec inde recedebant: juxta mysticum illud Rabbinorum nostrorum bonæ memoriæ: Non dimota est Schechinah, donec imprimeret vestigia. Et sic alibi dixerunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Sanctitas prima est sanctitas moderna, & sanctitas temporis venturi. Omnis enim lux sancta, quamvis discedat è loco suo, illô tamen in loco sua relinquit vestigia.

Ea tamen non omnimoda.

§. 5. Atque hæc est compressio prima intra lucem scil. substantiæ ejus instituta: inque spatio hoc circulari postmodum omnes collocati sunt mundi; ita ut ipse circulus hic locatus esset intra lucem substantiæ ejus, quæ benedicta sit! Et hoc est mysterium illud, quod scriptum est. Exod. 33, 21. *Ecce locus mecum.* In quem locum sic commentati sunt Sapientes nostri bonæ memoriæ: Ipse est locus mundi, non verò mundus est locus ejus. Et propterea dicitur: Jes. 44, 6. *Ego primus & ego postremus*, i. e. Summum circuli & imum circuli atque sphæræ: *Et præter me non est Deus*, i. e. in medio: nempe in ipso circuli medio existebat lux substantiæ ejus, qui benedictus sit! quæ eadem quoque erat ex parte postica circuli, & à duobus lateribus ejus, nec minus supra & infra circulum. De hoc differunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Ne percontetur homo, quid sit antrorsum, & quid retrorsum. Hinc patet, in spatio illo, in quo nunc omnes locati sunt mundi cum interstitiis suis, cumq; spatio vacuo mundi hujus, primùm substitisse ipsam substantiam ejus, qui benedictus sit! atque omnia fuisse sancta.

Positio mundorum intra circulare Lucis spatium.

Lux ipsa in ipso circuli medio, nec minùs supra & infra ipsum, atque etiam à duobus ejus lateribus.

§. 6. Adam primus autem peccato suo; cùm scil. addictus esset cultui alieno, polluit spatium istud, sicut dixerunt Rabbini nostri bonæ memoriæ: Adam primus triplici transgressione peccavit, nimirum illicitô concubitu, & idololatriâ, & profusione sanguinis.

Culpa Adami primi polluens locum istum sanctum.

§. 7. Mysterium autem ita se habet: Finitô opere Creationis, cum Sanctus ille Benedictus creavisset bonum atque malum in mundo, juxta id quod dicitur: Jes. 45, 7. *Qui facit lucem & creat malum*; malum occultum erat admodum: non aliter ac cùm lucerna quædam intra oleum ardet, eò quod ellychnium in ipsum vasculum immissum est; ita ut flamma non ardeat nec luceat extra, sed in illo. Atque sic malum non poterat generandô prodire, nisi mediante peccatô Adami primi. Unde Rabbini nostri bonæ memoriæ dixerunt: Adamum primum genêrâsse dæmones & Spiritus, & striges; quod intelligendum de peccato ejus, quod multiplex fuit, sicut exponam suô locô, auxiliante Sanctô illô Benedictô & Schechinâ ejus.

Mali occulti manifestatio facta per culpam Adami primi.

Culpæ Adami primi effectus.

§. 8. Quia igitur Adam primus licentiam dedit 70. Principibus populorum, illisque distribuit terras superiùs & inferiùs, contaminavitque spatium exterius: nonne fas est, ut rem istam restituant filii ejus? id est: Nos Israëlitæ. Nos enim populus sumus sanctus, juxta id, quod dictum est Deut. 7, 6. *Quia populus sanctus tu Domino Deo tuo:* adeoque nos oportet restituere ista, mediante halitu Legis & præceptorum, (quem ex ore emittimus his studiis incumbentes;) in exilio nostro omnium locorum, ut locum demus throno Gloriæ ejus, utque Schechinah quiescat in omni loco. Atque sic etiam mysteriô precum ritè disponimus aliquid de Sanctuario, quamvis parum, ut attrahamus vestigia sancta ex umbella illa tenui, quæ superiùs est in cœlo super domo Sancti Sanctorum, quæ Hierosolymis de sanctitate superstes est, etiam desolationis tempore. Sic etenim etiam tempore Jacobi Patris nostri, super quo pax! quamvis nondum extructa esset domus Sanctuarii, tamen dicitur: Genes. 28, 17. *Non est hic, nisi domus DEI, & hæc porta cœli*; nimirum pro halitu precum, & pro animabus, quibus transmigrandum est per spatium mundanum illuc usque; ibi enim sursum ascendunt per portam istam.

Transmigratio Israelitarum ex hoc spatio mundano ad alterum.

§. 9. Atque ita restituitur spatium externum, sicut innuitur his verbis: *Et cùm oraverint via terræ eorum.*

Restitutio spatii mundani externi. 2. Par. 6, 38.

§. 10. Et quia in diebus Messiæ spatium externum purificabitur usque ad finem suum; hinc Rabbini nostri bonæ memoriæ dixerunt: Domûs aggregationis & domûs studiorum fixæ erunt in terra Israël: id est, eâ erunt sanctitate, quâ terra Israël. Unde etiam in Midrasch dicitur, terram Israëlis tàm magnam fore, ac totus est mundus.

Terræ Israeliticæ duratio atque amplitudo usque ad finem mundi.

§. 11. Mens autem loci supra citati: (*Ecce locus mecum, & stabis supra petram. Et erit, cùm transierit Gloria mea &c.*) hæc est: *Ecce locus mecum*, i. e. in medio mei locati sunt omnes mundi, quos creavi. Possibile autem est, ut Sanctitas promicet per spatium illud, utque reducantur vestigia (lucis originariæ) in statum pristinum.

Sensus loci (Exo. 33, 21.)

Reductio vestigiorum possibilis in statum pristinum.

§. 12. Et propterea ne mireris, quod manifestem Gloriam meam in *deserto* hoc *magno atque terribili serpentis adurentis, & scorpionis, & loci siticulosi, in quo non sunt aquæ:* Deut. 8, 15. quæ omnia sunt patres patrum impuritatis, sicut dicitur Lev. 16, 16. *Ego Dominus commorans cum eis in medio immunditiarum eorum.* Et in manu mea est (facultas) cogendi omnes potestates impuritatis, faciendique è malo bonum. Omnis enim intentio Sancti illius Benedicti circa iter ipsorum in deserto ea erat, ut faceret è malo bonum, adeoque restitueret spatium istius circuli cum omnibus 70. terris.

Benedicti clementia ac sapientia in tolerando malo.

§. 13.

§. 13. Et ſanè in deſerto meritò debilitandæ erant vires illorum: ſicut in Sohar dicitur Sect. Trumah: Punctum polare atque *centrum* totius exercitûs immunditiei eſſe in deſerto, in quo *ſerpens adurens & ſcorpio:* & ibi quieſcit Lilith (lamia nocturna.) Ex ſententia R. Jehoſchuæ filii Levi autem ibidem locus eſt dæmonum, ſpirituum & Lilith, ibidem habitantium. Per ſingulos illos 40. annos, à quibus Jiſraëlitæ ambulabant in deſerto, princeps deſerti ante ipſos incedebat, ligatus atque vinctus ad inſtar hœdi; ita ut pœnis ipſum mulctarent pro lubitu ſuo.

Impuritatum debilitatio in deſerto.

Principis deſerti potentia ſufflaminata.

§. 14. Autor autem hujus reſtitutionis erat Moſcheh Magiſter noſter, ſuper quo pax! qui erat revolutio Sethi & Hebel, ut tegeret nuditatem Patris ſui, Adami ſcil. primi, adeóque mederetur peccato ejus conſummatiſſimè.

Reſtitutionis in deſerto autor Moſcheh.

§. 15. Et niſi prolapſi eſſent ad cultum alienum Jiſraëlitæ, facientes vitulum, & attrahentes hoc modo poteſtates immunditiei hôc in deſerto: non amplius poſtea fuiſſet exilium, ſanctitasque externi ſpatii fuiſſet reſtituta, ſicut in diebus ſeculi, inque annis prioribus.

Cauſa exilii Jiſraelitarum in deſerto, cultus vituli.

§. 16. Sed peccatum Adami primi & generationis deſerti, in cauſa fuit, ut corrumperetur vacuum hoc externum. Atque ibidem decretum prodiit ex ore Sancti illius Benedicti de reliquis exiliis omnibus; ſicut ſcriptum eſt Pſal. 106. v. 20, 26. *Et mutaverunt gloriam ejus in ſimilitudinem bovis comedentis herbam. Et elevavit manum ſuam ſuper eos, ut faceret eos cadere in deſerto: & ut cadere faceret ſemen eorum inter gentes, & diſpergeret eos in terras &c.* Donec miſerebitur noſtri, qui fecit nos, atque effundet ſuper nos Spiritum ex alto, utque ſolamen fiat, nobis per Meſſiam filium David ſubigendô totum mundum ſubactione multorum, quorum ſunt 60. myriades: Et per illum & per manus Angelorum, quorum etiam 60. myriades, dilatabitur terminus Sanctitatis, ſicut dicitur: Jeſ. 54, 2. *Dilata locum tentorii tui.* Et ſicut ait Sohar Sect. Pekude ſuper textum Exod. 40, 18. *Et erigi fecit Moſes tabernaculum &c.* Vid. ibid. Propterea orabat David Rex, ſuper quo pax. Pſal. 82, 8. *Surge Deus, judica terram, quoniam Tu hæreditabis omnes gentes.*

Peccatum Adami primi & peccantium Jiſraelitarum in deſerto cauſa corruptionis vacui externi.

Cauſa finalis exilii Adami primi hodiernorumque Iſraelitarum, hujusq; proficuę effectę.

17. Quinimò etiam Adam primus ejiciebatur ex horto Eden, ut reſtitueret ſpatium externum halitu Legis & opere præceptorum. Nec minùs in exilio noſtro idem fieri incepit in omnibus terris iſtis. Et hanc ob cauſam per Samaritanos, exiliô mulctatos, quod non eſſent ſtudioſi Legis, non reſtituenda eſt atque ſanctificanda niſi pars una è mundo; Nos verò filii Jehudah & Benjamin, cùm Legis ſtudioſi ſimus, quotcunque egreſſi ſumus ex Hieruſalem, diſperſi ſumus foràs, ut medeamur ſpatio omni-

Exilii Jiſraelitarum & Samaritanorum conditio longè diverſa.

omnium terrarum in tribus partibus reliquis; utque educamus exinde ſcintillas puritatis; & Klippoth (cortices) ſint ſacrificia mortuorum, & ſpatium Infiniti redeat in ſtatum priſtinum, & omnia ſancta fiant per anxietates exilii habitumque Legis & precum atque præceptorum, donec veniat tempus viſitationis, de quo dictum eſt l. c. *Surge Deus, judica terram, quia tu hæreditabis omnes gentes.* Et hunc in finem ſanctitas terræ Jiſraël totum abſorbebit mundum, & ſpatium mundi ſanctum erit, juxta id, quod dicitur: Jeſ. 25, 8. *Abſorbebit mortem in æternum.* Unde Sohar ait Sect. Pekude: Quoniam abſorbebitur pars adverſa, id eſt, locus partis adverſæ.

Terminus ac finis ignominiæ, quam hodie ſuſtinent Iſraelitæ à gentibus.

§. 18. Atque tunc ratio non erit cur populi ſuſcitentur & objiciant Iſraëlitis, dicentes: Raptores eſtis. Unde Rabbi Iſaac in Midraſch dicit: non opus eſſe, ut Lex incipiatur alibi, quàm in loco illo: Exod. 12, 2. *Menſis iſte vobis caput menſium erit &c.* Et reſponſio eſt: Pſal. 111, 6. *Potentiam operum ſuorum annunciavit populo ſuo.*

Potentia operum Benedicti quid. Myſterium mundi veſtimenti, elevatæque lucis ſubſtantiæ Benedicti.

§. 19. Atque hoc eſt myſterium mundi veſtimenti, elevatæque lucis ſubſtantiæ ejus; In hoc enim creavit locum vacuum & inanem. *Et per hoc annunciabit populo ſuo, ſe daturum eis hæreditatem gentium*, quæ eſt ſpatium hoc extramundanum iſtius circuli, quod primò ſanctum fuit, à populis autem raptu occupatum eſt.

Spatium mundi extraneum prophanatum à gentibus occupantibus. Demonſtratio injuſtæ ignominiæ.

§. 20. Hinc patet, falsò Iſraëlitas vocari raptores, cùm è contrario illi raptores ſint: Hæreditas enim eorum provenit ex *potentia operum ejus.* Hoc enim fuit Hiuli [materia prima,] & potentia nondum in actum deducta, quod evacuavit locum pro mundis; & ex illo factum eſt ſpatium extra mundum, ex quibus poſtmodum prodiit *hæreditas gentium.* *Opera* enim Sancti illius Benedicti, qui ſunt mundi, nondum erant creati, ſed adhuc in potentia valdè remota: Potentia autem illa remota erat locus iſte vacuus.

Potentia operum Benedicti quid. Loci vacui pro mundis creatio non fuit absq; aquis fœmininis.

§. 21. Vel etiam dici poteſt, ex hac ratione id vocari *potentiam operum ejus*, quod illô tempore, quô elevabat lucem ſurſum, ut conderet locum vacuum pro mundis, nondum eſſent in mundo aquæ fœmininæ. Fieri autem non poteſt, ut ulla fiat elevatio ſine aquis fœmininis, quæ ſunt ſuſcitatio inferiorum, (ſicut cùm fœmina ſeminis ſui, quod per aquas intelligunt, pruritu exuſcitata marito blanditur, & illum ad prolificationem provocat.) Tum enim nondum erant juſti in mundo.

Potentia operum Benedicti quid. Benedictus

§. 22. Contentus autem erat Benedictus ille cogitatione atque idea ſua, qua ſibi juſtos concipiebat: juxta id, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Jiſraëlitæ objectum fuerunt cogitandi. Et alibi dicunt:

Cum

Cum animabus Sanctorum consilium iniit Sanctus ille Benedictus, creavitque mundum. Propterea autem voluit justorum ideam sibi proponere, quoniam finis operis penes ipsum est initium cogitationis: Tunc ergo in idea sibi proponebat, quomodo futurus ipsi esset populus sanctus.

creaturus mundum, justos futuros habebat pro objecto.

§. 23. Et in hoc consistit mysterium horum verborum: *Potentia operum ejus*, quod per id intelligantur justi, tunc cùm adhuc essent in potentia, nec adhuc prodiissent in actum. Potentia igitur ipsorum remota objectum fiebat cogitationis ejus, id quod ipsi erat locô aquarum fœminarũ. Per hanc igitur ideam justorum fiebat elevatio hęc (lucis); & hæc ipsa elevatio, per quam creabatur locus vacuus, vocatur *Potentia operum ejus*.

Aquæ fœminæ fuerunt idea atque cogitatio de justis futuris.

§. 24. Ubi autem *annunciavit illis?* Cùm dicit: Gen. 1, 1. *In principio creavit DEUS*; ubi sensus est, mediante principiô hôc, quod est spatium circuili, qui dicitur ראשית Reschith, principium, cum fuerit ante reliquas creaturas omnes atque mundos. *Creavit DEUS cœlum & terram*: quasi dicat: Illud cœlum & illam terram creavit intra spatium hoc: Vocula enim את consignificat expansionem cæterorum mundorum, ex quibus expansi sunt cœlum & terra.

Spatium circuli internum fuit principium creationis mundorum, exque his cœli & terra.

§. 25. Vox בראשית tamen aliud quid etiam connotat, nempe Israëlitas, qui vocantur principium, quoniam cùm venirent ipsi in mentem, spatium mundi hujus creatum est: id quod etiam vocari potest *Potentia operum ejus, de quo suprà*. &c.

§. 26. Nec objicias ore perturbatô: Annon totum spatium externum restituetur? Quare tantum Synagogarum mentio fit? Nimirum halitus precum ex istis prodiens ad infirmandas immunditiei potestates extenditur in sanctitate ad subigendum reliquum terræ illius spatium: Et quoniam ille hujus rei causa est, hinc fit, quod Synagogarum facta est mentio. Multò magis autem id dici poterit de Lege.

Halitus precum Israeliticarum & Legis observatio causa sunt subactionis immunditierum in spatio reliquo.

§. 27. Quinimo & Gehenna extinguetur aliquando, & hortus Eden illius locum occupabit, juxta id, quod dicitur: Jes. 30, 33. *Disposita est ab heri Tophteh, etiam ipsa Regi parata est*: Fuit enim primitùs Sanctitas Regis & spatium sanctum; atque adeò futuris temporibus ad Sanctitatem iterum revertetur, eritque Sanctitas Regis sicuti quondam, & ab initio. Et hinc intelliges, quid sibi velint verba illa in Tractatu Pesachim capite 4. ubi quæstio movetur de Gehenna his verbis: Ignis Gehennæ autem vespera Sabbathi creatus est. Didicimus autem in Barajetha, septem res creatas esse, antequam conderetur mundus, quæ sunt Lex, Conversio, Hortus Eden, & Gehenna, & thronus Glorię, & domus Sanctuarii, & Nomen Messiæ &c. Et Gehenna quidem, quia scriptum est l. c. *Disposita est ab heri Tophteh*. Mox tamen mutatur ibidem sententia, dicendo: Cavitas, quæ creata fuit, antequam crearetur mundus, cum igne ejus, vespera Sabbathi

Successio horti Eden in locum Gehennæ extinctæ. Verborum in Tract. Pesachim c. 4. expositio.

bathi creata est. Et docet Barajetha, R. Jose inquit: Ignis, quem creavit Sanctus Ille Benedictus inter duo Sabbatha, non extinguitur in æternum: Dicitur enim *Jes.66,24. Et egredientur & videbunt cadavera virorum prævaricantium in me, quia vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* &c. Cavitas autem antequam crearetur mundus, & ignis ejus inter duo Sabbatha. Hæc ibi: Ubi considerandum, quare distinguat Doctor de Gehenna loquens inter cavitatem & inter ignem ejus; & quare id non faciat de Horto Eden loquens: Et ex nostra sententia responderi poterit: Quod, antequam conderetur mundus, cavitas inferni fuerit sancta: Et omnis quidem locus, qui mundus dicitur, compositus est ex bono & malo; tùm verò nihil adhuc mali erat in mundo: idcirco rationem adducit ex textu: Jes.30,33. *Disposita est ab heri Tophteh, etiã ipsa Regi præparata est*, sicut diximus. Et propterea dicitur *Psal.* 84,7. *Transeuntes in vallem fletus fontem ponent eam.* Id est; Maligni in lamentatione sua flebili, cùm dicent: Moses est veritas, & Lex ejus est veritas; ibidem quasi fontem facient fluentem. *Ez.* 47,1,2. *sub limine domus* tempore venturo, qui asservabitur ad mundificandum, ut undæ menstruatæ: Sic inundabunt fletu suo locum Gehennæ; hinc etiam additur: *Psal.* 84,7. *Etiam benedictionibus operietur docens.* Et hortus Eden absorbebit locum Gehennæ: atque ibi erit locus choreæ (de hoc inquit R. Elieser in fine Taanijoth: Futurum est, ut DEUS Sanctus Benedictus paret locum choreæ justis, DEO ipso inter ipsos considente in Paradiso, & unusquisque digito suo monstrabit dicens: *Ecce iste est DEUS noster, in quem speravimus, & servavit nos* &c. Jes. 25,9.) justorum, cùm illuc veniet filius David, ut restituat

Distinctio inter cavitatem Gehennæ & inter ignem ejus.

» istam. Et tunc pulvis erunt sub plantis pedum justorum, quoniam infra
» ipsos erunt: Super isto pulvere autem non incedent calceis; quia terra
» sancta erit Domino Exercituum DEO Israël. Et propterea inquit David
» Rex, super quo pax! qui ipse erat anima Adami primi, eamque restituit,
» & reduxit Coronam in pristinum statum: *Ps.* 141,10. *Cadent in retia sua impii, simul ego donec transeam*, scilicet in Gehennam ad purificandam illam. Et propterea Poëta ait; Zemach vir, Zemach nomen ejus, Ille est
» David ipse de se ipso vaticinans & dicens &c. Et Jecheskeel quoque ait:
» Ezech. 34,24. *Et David servus meus erit Princeps super eis in æternum.*
» Quòd autem dicit R. Jose, Gehennæ non fore extinctionem עולמית in
» seculum; non sic intelligendum, quod non sit desitura nec extinguenda:
» sed vox עולמית denotat omne tempus, quo duraturus est mundus iste,
» tamdiu non est distinguendus infernus: Cùm autem vastaverit Sanctus
» Benedictus ille mundũ hunc, & è medio sustulerit malum, & omnia erunt
» Sabbathum, & quies in vitam perpetuam; tunc quoque destruetur infernus, & impii non supererunt amplius, nec incalescent fervore transgressionum:

ſionum: iſtæ enim revera ſunt aquæ fœmininæ pro incendio ignis ve- »
hementiſſimi gehennalis. Et tunc locum inveniet textus ille: *Pſal.* 104, »
35. *Conſumentur peccatores de terra, & impii ultra non erunt, Benedic anima mea Domino, Alleluja.* Atque tunc planè reſtituetur Nepheſch David, quæ eſt Nepheſch Adami primi; unde inquit, *Nepheſch mea benedic Domino*: perfecta enim erit reſtitutio Nepheſch ejus.

Reſtitutio animarum dependet ab Adamo primo.

28. Omnes enim animæ dependebant ab Adamo primo, & poſtquam ipſe eas peccato ſuo corrupit, ipſe quoque easdem reſtituere tenetur. Et hoc eſt quod dicũt Magiſtri noſtri bonę memorię! in tract. Sanhedrim cap. תלק: Non venit filius David, donec conſumentur omnes animæ, quæ in corpore Adami primi fuerunt: Ab ipſo n. omnes dependent, ut reſtituantur. Et hoc eſt, quod dicitur *Jeſ.* 59, 20. *Et veniet ad Sion Redemptor & ad redeuntes ab iniquitate in Jacob, dixit Dominus.* In quibus verbis literæ initiales vocum גואל ולשבי פשע conſtituunt vocabulum גוף, ſicut diximus; ipſi enim incumbit reſtituere eas.

§. 29. Sed hæc ſufficiunt ad excitandum corda ſapientum Iſrael ſuper "
ſpatio hoc, ex quo multæ ſectiones & myſteria legis prodeunt. Audiat "
Sapiens & addat doctrinam omnemq; perfectionem circa ſenſum capitis "
hujus, ut detur intelligentia contemplativa illis, qui non invocant princi- "
pium illud Emanativum omnium; quod circumdat circulum & ſphæram "
hanc, cui litera competit nulla, nec ulla ſimilitudo, neç aliquod nomen è "
Nominibus ſanctis, ac terribilibus, per quæ manifeſta fiunt opera ejus: "
Mundi autem ſunt nomina exhibita ſuper charta ſubſtantiæ ejus Benedi- "
ctæ; ſinguli magis ſemper magisque remoti ab illo.

Mundorum deſcriptio.

§. 30. Mundi autem iſti facti ſunt è veſtigiis relictis, de quibus ſuprà. Principium enim emanativum omnium, collegit veſtigium in puncta minuta; & ex 100. punctis facta eſt litera una, ſicut docebimus: in illis enim omnibus "
vita eſt, conſiſtuntque è Luce ſubſtantiæ ejus, qui benedictus ſit: *Nam in luce* "
faciei Regis vita eſt. Prov. 16, 14. "

Mundi è quibus facti ſint?

§. 31. Et propterea Elijahu inquit in Tikkunim: Tu unus es, & non in numero, nec ſignum, vel ſimilitudo ulla tibi. Unde apparet, quod Lux Principii Emanativi omnium ſigno nulli nullique ſimilitudini ſubjaceat. Mundi autem qui locati ſunt intra circulum, omnes ſunt literæ & ſimilitudines, coloris albi & nigri, & rubri, & viridis, quorum ἐκτός ἐστιν eſt חדר conclave Regis, id eſt, חסד דין רחמים benignitas, judicium, miſericordia. Et ex mundis nobis innoteſcit differentia, quæ inter ipſos & inter Principium Emanativum omnium; Et per eos ſcimus, quod cognoſcere non poteramus: Et in hoc conſiſtit perfectio, quod innoteſcit illud, quod cognoſci & intelligi non poterat.

Differentia inter Mundos & inter Principium Emanativum.

Mundorum nota atque ſignum.

§. 32. Porrò hoc quoque caput commodum præbet intellectum, contra

Invectiva contra Ari-

ſtotelem ejusque ſequaces, in puncto de origine Mundi.

tra Ariſtotelem & Sectatores ejus, qui dicunt in Libris ſuis, mundum eſſe entium primum. Et profectò ſtultus in tenebris ambulat, & d. e. *Diminuitur ab impiis lux eorum.* Lux enim & myſterium Cabbalæ veræ nihil ab ipſis æſtimatur, quippe qui ignorant Lucem Subſtantiæ ejus impleviſſe locum deſtinatum pro creatione mundorum in illo ordinanda. Et ſi non evacuaſſet locum pro mundis, non potuiſſet fieri ſtatio, in qua mundi conſiſterent.

Loci evacuatio fuit creatio prima.

§. 31. Apparet igitur, quod evacuatio loci fuerit creatio prima, ſicut expoſitum eſt ſuper loco illo: *Ecce locus mecum.* Ipſe eſt locus mundi, non verò mundus eſt locus ejus.

Alterum argumentum contra Ariſtotelem.

§. 33. Et quomodo venire poteſt in mentem homini, mundũ eſſe ens primum, quoniam non fuit locus vacuus? Et propterea dicitur: *Prov.* 9, 4. *Prov.* 8, 5. *Quisquis eſt ſimplex, huc declinet, ut detur ſimplicibus aſtutia.*

Tertium argumentum.

§. 34. Nihil autem datur, quod non indigitatum ſit in Lege noſtra ſancta. Atque hoc eſt myſterium illud, quod Sanctus ille Benedictus vocatur מקום locus, & de ipſo dicitur: Benedictus ſit locus. Intelligens autem intelliget. Deus autem Dominus illuminet oculos noſtros in Lege Ejus ſancta, & exultabit Jacob & lætabitur Iſraël. *Pſal.* 89, 12. *Benedictus ſit Dominus in æternum, Amen & Amen.*

Cap. II.

Lucis aſcenſus factus fuit in benignitate & reſpectu ad juſtos futuros.

§. 1. Et aſcenſus iſte lucis factus eſt per Legem benignitatis, (cujus ſymbolum Aqua) ſicut dictum eſt *Pſal.* 89, 3. *Quoniam dixi; Mundus benignitate ædificabitur.* Nullus enim eſt aſcenſus, niſi per myſterium aquarum fœminarum, ſeu exuſcitationis operum juſtorum, qui in mundo inferiori. Sic enim hæc effert Sohar Cantici Cant. Sicut opus eſt excitatione ab imo ad ſummum, ut excitetur Rex & matrona Ejus ab imo ad ſummum; ſic opus eſt excitatione Regis & Matronæ, ut excitetur Pater & Mater. Non enim poſſunt elevari aquæ fœmininæ, niſi mediante bono opere inferiorum, ſicut notum eſt: unde ſuſcitatur influentia quædam bona pro effundenda ſuper nos benedictione è myſterio copulæ excelſæ. Sic enim inquit Schechina: Reſpice, cum hoc filio ego veni coram te, ita vel ita ſtuduit, talia vel talia ſunt opera ejus: hinc æquitas poſtulat, ut per illum influxus & benedictio detur mundo inferiori. Unde apparet, aſcenſum hunc factum eſſe per Legem benignitatis.

§. 2. Ne itaque irritum fiat ſtatutum altiſſimum, decretumque Regium; non fieri debere aſcenſum vel creationem novam factam per aſcenſum vel copulam excelſam niſi per meritum operis juſtorum, atque excitationem inferiorum; ideoque proponebat ſibi in idea ſua opera bona juſtorum, qui creandi erant; hæc ſibi pro norma locabat, quam non eſſet transgreſſurus.

Con-

Contentus autem erat in idea ſua concipere juſtos, quos creaturus erat, populumque ſanctum & opera eorum: Atque ſic produxit ideam ſuam è potentia in actum, & elevabat Lucem hanc ad ſe, & intra ſe.

§. 3. Nec hic tantum aſcenſus factus eſt per Legem benignitatis; ſed & multi aſcenſus poſtmodum alii uſque ad tempus poſt creationem Adami primi: ſicut dicitur: *Gen.* 2, 5. *Et homo non erat ad colendam terram:* quæ eſt Schechinah, quæ pro diſpoſitione ſua opus habet elevatione operis inferiorum; ſicut dicit Sohar in *Gen.* 2, 15. *Ad colendum eum*, præceptis affirmativis; *& ad cuſtodiendum eum*, præceptis negativis: Juxta id quod dicitur in præcedentibus; *Gen.* 2, 5. *Et omne virgultum agri antequam eſſet in terra, & omnem herbam agri, antequam germinaret.* Quare non germinabat? & quare non erat pluvia? Et reſpondet textus: *l. c. Et homo non erat ad colendam terram*, id eſt, ad elevandum aquas fœmininas pro Schechinah, quæ vocatur אדמה cujus numerus eſt 50. quoniam accipit 50. portas intelligentiæ à Matre excelſa.

Lucis aſcenſûs etiam facti ſunt plures

Nomen Schechinę אדמה per Gematr. notans 50. portas 50. Intelligentiæ.

§. 4. Hinc apparet, omnem elevationem, quales ſunt elevatio prima, qua evacuatus eſt locus pro mundis, & ſic elevatio ſecunda, qua elevata eſt medietas veſtimenti inferior, deinde medietas veſtimenti ſuperior, & ſic omnes elevationes, quas elevavit litera יוד Nominis סג poteſtatis 63. è lumine ſubſtantiæ ejus, quæ erat in medio מחירך ſeu ſplendoris, puritatis; & ſic elevatio ſeptè luminum internorum in fragmentis vaſorum, quæ elevavit אריך Arich cùm duplicaretur medietas ejus in ſe ipſo; omnes, inquam, factæ ſunt per Legem benignitatis: Satisq; fuit pro iis idea Divina, qua prævidit juſtos, & quomodo futuri ſint ipſi populus ſanctus, qui inclareſceret per opera bona præceptorum & ſtudii Legis, quæ omnia condita ſunt propter ipſos.

Lucis aſcenſus ſeu elevatio multiplex.

Elevationes lucis omnes factæ fuerunt per Legem Benignitatis.

§. 5. Et illicò gaviſus eſt ſecum, ſi ita dicere licet, populo illo ſancto aliquando extituro. Cumque lætitia hæc eſſet רין i. e. vehementia quædam, hinc creata exinde eſt commotio & exhilaratio, quæ ſunt collectio punctorum literalium, de quibus dicturi ſumus juvante Sancto Benedicto & Schechina ejus. Exultet Jacob & gaudeat Iſraël.

Nata punctorum literalium collectio ex gaudio Benedicti de futuris Juſtis.

§. 6. Antequam autem progrediar, ad ulteriorem dilucidationem cogitationis Principii Emanativi omnium atque hujus elevationis, præmittam textum aliquem ex Tract. Roſch haſchanah cap. 4. cujus verba hæc ſunt: Ecce decem regna; Quorum reſpectu? &c. R. Jochanan inquit; reſpectu decem orationum, per quas creatus eſt mundus. Quænam ſunt illæ? Dicendumne, hic intelligi illud, *Et dixit* in textu de creatione? Sanè illud novies ſaltem occurrit: Annumeres igitur vocem בראשית *in principio*, quæ ipſa quoque oratio eſt, juxta id, quod dicitur *Pſal.* 33, 6. *Sermone Domini cœli facti ſunt.* Quæſtio tamen eſt, quomodo vox, *in principio*, oratio ſit & ſermo? Niſi fortè hoc ita dicatur ad complendum numerum

Textus allegatus ex tract. Roſch haſchanah c. 4. illuſtrans creationem factam fuiſſe abſque ſocio.

ſermonum denarium, quamvis revera formam orationis non habeat. Ulterius tamen quæritur, quamobrem oratio hæc phraſi tam occultè deſcripta ſit, ut character dicendi ibi non inveniatur, ſed nudè dicatur, *in principio*: unde colligendum, nõ potuiſſe hîc ſubintelligi cõnotationem dicendi ex certa quadam cauſa. Ad quæ reſponderi poterit ex Midraſch Bereſchith rabba fol. 1. cujus verba: R. Jochanan inquit: Die ſecunda creati ſunt Angeli, ſicut ſcribitur *Pſal.* 104,3. *Contignans aquis cœnacula ſua*, &c. Et ſcriptum eſt ibid. *verſ.* 4. *Faciens Angelos ſuos ſpiritus.* R. Chanina inquit: Die quinta creati ſunt Angeli, quod ſcriptum eſt *Gen.* 1,20. *Et volatile volet ſuper terram* &c. Et ſcriptum eſt *Jeſ.* 6, 2. *Duabus volabant.* R. Luliani filius Tabrin inquit, nomine R. Chizchak: tam juxta mentem R. Chanina quàm R. Jochanan: omnes fatentur, die prima non eſſe conditum quicquam, ne dici poſſit, Michaëlem extenſionem feciſſe cardinis meridionalis in cœlo, & Gabriëlem ſeptentrionalis, DEUM autem dimenſionem inſtituiſſe in medio; ſed locum habeat illud: *Jeſ.* 44,24. *Ego Dominus, faciens omnia, extendens cœlos ſolus Ego, expandens terram* מאתי *à mecum.* מי אתי Mi ithi ſcriptum eſt, i. e. Quis aderat mihi ſocius, cùm conderem mundum. Hæc ibi. Porrò invenimus in verbis Magiſtrorum noſtrorum bonæ memoriæ, & R. Iiſmaël, Sacerdotis magni; ex quolibet ſermone DEI Benedicti factum eſſe Angelum quendam: Si itaque dici primæ adſcripta eſſet vox dicendi & orationis, ſtatim creatus eſſet Angelus aliquis; & mox dixiſſent, eundem ſocium fuiſſe Sancto illi Benedicto in opere creationis. Unde Scriptura ait *Pſal.* 33, 6. *Verbo Domini cœli facti ſunt, & Spiritu oris Ejus omnis exercitus eorum.* Id eſt: Popterea vox בראשית etiam dicitur oratio, quia ſcriptum invenimus: *Verbo Domini cœli facti ſunt.* Quare autem ſermonem ſic contorſit textus, ut verbum dicendi non adhibuerit? Ratio eſt, quia *Spiritu oris Ejus omnis exercitus eorum factus eſt.* Si enim Sanctus ille Benedictus verbum produxiſſet, per Spiritum oris ſui, mox creati eſſent omnes exercitus Angelorum, atque tum dici potuiſſet: Angelus iſte extendit auſtralia cœli, & ille ſeptentrionalia. Et hæc concordant cum ſuprà dictis ex Midraſch, ubi dicitur, omnes fateri, illos non creatos die prima, ne dici poſſit &c. Vel etiã exponi poterit vox *Breſchith* inter ſermones numerata ad mentem commentationis Sohar novi Sect. Breſchith *fol.* 30. *a* ad textum: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram* &c. ubi rationem dat, qua reſponderi queat Epicuræis objicientibus, vocem, *Faciamus*, eſſe pluralis numeri; & reſpondet R. Buta per ſimile à Rege deſumtum, qui omnia verba ſua plurali numero profert, ut oſtendat regimen à ſe dependere ſuæq; manui multos ſubjici. Hoc reſponſum autem non receperunt diſcipuli dicentes, rem ita non eſſe, & hæreticos reſpondere incongruè

Hunc textum ulterius explanat Autor,

Reſponſio ad objectionem ex verbis: *faciamus homines,*

hæc

hæc dici, donec res deveniret ad R. Schimeonem Jochaidem, super quo pax, qui interrogatus respondit ipsis his verbis *l. c.* Dixit R. Schimeon: *O surdi audite, & cæci respicite ad videndum.* An igitur cœcos ac surdos alloquitur Lex ista? Minimè; sed tales cœcos, qui cœci & surdi sunt ratione Legis, cumque via recta coram ipsis sit, semita tamen tortuosa ambulant, sicut cœci & surdi, ignorantes quodnam rei fundamentum. Iste enim textus nostra doctrina expositus est, & sic decidimus. Cùm Sanctus ille Benedictus crearet mundum, fundamentum omnium erat aqua, & ex aqua omnino fundatus est mundus: fecitque DEUS tres opifices, qui hîc conficerent opus suum: Suntque hi; Cœlum, & Terra, & Aquæ; & illorum beneficio creatum est quicquid in mundo hoc. Evocansque tres illos cuilibet mandabat, ut produceret creaturam aliquam, qua opus sit mundo. Evocataque aqua dixit ipsi: Tu produc terram, quæ sub te est, & abiens collige te in locum unum; & aquæ fecerunt sic. Sicut scriptum est *Gen.* 1, 9. *Congregentur aquæ* &c. Mox terram evocavit, dicens: Tu creaturas ex te producito, bestias & animalia, & similia illis: & illicò factum est ita, sicut scriptum est: Et dixit DEUS *v.* 23. *Producat terra animam viventem secundum speciem suam.* Appellavit & cœlos dixitque: Vos divisionem instituite inter aquas & aquas; factumque est ita, sicut scriptum est *vers.* 7. *Et fecit Deus firmamentum.* Mox terram inclamans dixit ipsi: Produc gramen & herbas & fruges & arbores agri: & factum statim, sicut scriptum est *vers.* 12. *Et protulit terra germen, herbam seminificantem in specie sua.* Mox cœlos inclamavit dicens: Existant in vobis luminaria, & lumina quæ luceant super terram, sicut scriptum est *vers.* 14. *Fiant luminaria in firmamento cœlorum.* Similiter & aquis dixit: Vos producite reptile, & reptificationes piscium & avium, & similia, sicut scriptum est *vers.* 19. *Reptificent aquæ reptile animæ viventis.* Adeoque beneficio horum trium factum est omne opus creationis quodcunque secundùm speciem suam. Cùm veniret dies sextus, omnia parata erant ad creandum, sicut diebus cæteris: Sed dixit ipsis Sanctus ille Benedictus; Nemo ex vobis facere potest creaturam istam ex se ipso, sicut factæ sunt hactenus creaturæ: Omnes autem vos sociemini & ego vobiscum, & faciamus hominem: Vos enim non poteritis conficere eum ex vobis ipsis; sed corpus hoc sit ex vobis tribus; anima autem à me: Quare inclamavit eos & dixit ipsis *v.* 26. *Faciamus hominem*, ego & vos, ego animam & vos corpus; & factum est ita. Corpus enim factum est ex tribus illis, qui erant opifices creationis, & animam dedit Sanctus ille Benedictus sociatus cum illis in hoc. *ibid. In*

imagine noſtra ſecundùm ſimilitudinem noſtram, id eſt, ut appareat coram nobis in illo corpore, quod deſumtum eſt à vobis, ut cognoſcat & perpendat vos, ſicut illud, quod deſumtum eſt à me, anima ſcilicet ſeparata erit ab operibus mundi, & deſiderium atque voluntas ejus erit ad ſuperna ſancta. Vel aliter : *l. c. In imagine noſtra ſecundùm ſimilitudinem noſtram.* Quoniam corpus, quod deſumtum eſt à vobis, non poterit perſiſtere propter vos, ſicut illæ creaturæ, quas vos produxiſtis, quoniam pulvis eſt, ſicut omnes creaturæ reliquæ : Iſta autem anima ſancta, quam ego ipſi trado, permanens erit in æternum : Non enim eſt corpus, & duratione ſimilis eſt mihi, &c. Hucuſque aliquanto prolixius pro commodiore reſponſione hæreticis danda : Quanquam hinc quoque dilucidetur, quod dixerunt Rabbini noſtri bonæ memoriæ de voce בראשית inter orationes computanda. Notum eſt enim primitus Sanctum illum Benedictum creaſſe tres iſtos opifices die prima, qui ſunt Cœlum, Terra, & Aqua, ſicut dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Decem creata ſunt die prima, inter quæ tres opifices iſti, qui ſunt miniſtri inſervientes Domino, id eſt, Sancto illi Benedicto per totum ſeptiduum creationis. Creatio autem miniſtrorum ipſorum die prima ad opus futurum facta eſt, tum verò ipſi nondum erant miniſtri ad creandum ipſos miniſtros ; quem enim debuiſſet compellare ad creandum eos ? Ideo dicitur vocem *Breſchith* etiam eſſe orationem ; non autem tum dicitur : *Et dixit* : quoniam tum nondum habebat miniſtros ; omnia enim erant in principio ſeu circa initium, cùm nulli adhuc ipſi exiſterent ſervi. Unde patet, neceſſariò ipſum loqui ad ſe ipſum, cùm ſervos hos faceret. Hæc autem non eſt via terræ, nec conſuetudo mundi : ipſe verò contentus fuit cogitatione, utque creaturam in idea ſibi proponeret ; & tunc creavit iſta. Mundi autem hæc eſt natura, quòd homo (ſculpturus imaginem) lignum cedrinum ad manus ſumat ; ſi autem tantum cogitatione ſua volvit figuram iſtius rei, in infinitum ſculpet, & res illa nunquam fiet. Et huc pertinet textus : *Exod.* 31, 4. *Ad cogitandum cogitationes in fabrefactione lapidis, ligni*, &c. Senſus autem Scripturæ literalis non eò tendit, ut docearis Legem modo populari, & pro conſuetudine humana, ſed vox *Breſchith* etiam eſtoratio, ut ſapienter intelligas, orationem ibi tectè & occultè intelligi. Unde paraphraſis Hieroſolymitana vocem *Breſchith, in Sapientia*, traduxit. Sed de his ſatis.

Principii Emanativi cogitatio idealis fuit creativa.

Thora accuratè atque profundè ſcrutanda. Mundi in Sapientia creati.

§. 7. At-

§. 7. Atque sic hîc quoque nondum erant justi in mundo, nec poterat compellare eos oratione præcipiente, ut nimirum facerent præcepta Ejus, & elevarent aquas fœmininas, quippe quæ nondum existerent in mundo. Contentus ergo erat cogitatione sua circa ideam hanc, ita ut sursum coram se sisteret opera justorum, ex quibus postmodum prodirent mundi, & quorum beneficio crearentur. Propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Cum quo consultavit? Cum animabus justorum, &c. Iidem quoque dixerunt: Quicunque præmittit sapientiam operibus suis, illius sapientia subsistit.

§. 8. Hoc ergo sermone revera creavit locum istum vacuum, intra quem locanda erant Cœlum & Terra, spiritualia & corporalia: & hic est sensus verborum: *In principio creavit Deus cœlum & terram:* in quæ sic commentatus est R. Schimeon Jochaides, super quo pax! Sub initium activitatis Regis, sculpsit sculpturas in puritate excelsa; quæ suo loco exponemus.

§. 9. Summa eorum quæ diximus, hæc est; non posse elevari aquas fœmininas, nisi beneficio operis boni justorum; cumque ipsi nondum essent servi i.e. justi, elevantes aquas fœmininas, contentus erat cogitatione suâ, qua sibi in idea proponebat justos & opera eorum bona aliquando creanda. Finis ergo operis est initium cogitationis; qui nempe sunt illi propter quos creabatur mundus, qui totus spiritualis est animæ, nec non Lex & opera præceptorum quæ illi facturi erant; sicut dictum est: Jerem. 33, 25. *Si non foret pactum meum cum die & nocte, statuta cœlorum & terræ non posui.* Vox autem *statuti* habet significationem termini, sicut dicitur Jer. 5, 22. *Posui arenam terminum mari statutum sempiternum, & non præteribit illud.* Et sensus est, statutum & terminum, quem posui mundo, qui comprehendit cœlum & terram, i. e. loco huic vacuo, qui est initium cogitationis meæ, (evacuandi scil. locum pro mundis) non posui nec creavi, nisi propter legem & opera præceptorum, ut eleventur aquæ fœmininæ.

Justi in idea concepti concitarunt Benedictum statim ad creationem mundorum.

§. 10. Et præ magnitudine gaudii, quo ferebatur in justos, exhilarabatur & in delitias effluebat, quòd habiturus sit populum sanctum.

Idea illa cum summo gaudio conjuncta.

§. 11. Et ex ista commotione generabatur potentia judicii remota, quæ est collectio literarum generatarum ex punctis vestigiorum intra circulum relictorum: Singulis enim literis sui sunt termini super charta.

Potentia judicii remota consistit in collectione literarum.

§. 12. Quod ut clariùs intelligas, simile tibi apponam ad multas distinctiones profuturum. Homo corporeus, si aliquo movetur gaudio aut animo vol-

Oriturque ea

potentia ex gaudio & insigni commotione Benedicti.

volvit insignem aliquam lucri spem, exhilaratur intra se ipsum & ridet secum, & præ magnitudine gaudii insigniter commovetur: Notum vero est, risum in homine corporeo provenire à liene, qui nihil est aliud quàm superabundantia sanguinis; Risus ergo in homine provenit ex superabundantia sanguinis, quæ est nota judicii sive vehementiæ. Sic, si ita dicere licet, Agens illud liberrimum, cujus Nomen benedictum sit in æternum, contemplatus est atq; vidit illis mundis, quos emanatione producturus erat, opus fore judicio, ut nimirum distribui posset præmium atque pœna. Et nisi ita exhilaratus fuisset, locus non esset judicio.

Ratio redditur, cur Benedictus intra suam substantiam non sculpserit.

§. 13. Imò etiam sculpturæ illi, quam sculpturus erat in substantia sua, non erat locus; nam sphæra illa locandis mundis destinata respectu Infiniti judicium est: Et propterea exhilarabatur. Non aliter ac aqua vel ignis cùm vento exufflantur, insigniter moveri solent, flammisque fulguris instar oculos feriunt splendentque & coruscant huc & illuc. Sic Infinitum, cujus Nomen sit Benedictum, commovebatur in se ipso, splendebatque & coruscabat in circulo illo à medio ejus & iterum usque ad medium: & ista commotio vocatur exhilaratio. Et ex illa exhilaratione intra se ipsam variè divisa, generabatur potestas determinandi sculpturas literarum.

Exhilarationis effectus literarum sculptio.

§. 14. Et hæc est lex in potentia remota in Alphabetis, quæ postmodum exponam.

Cogitatio Benedicti de justis causa fuit omnium.

§. 15. Et summa rei hæc est, quòd omnia facta sint ex cogitatione, qua ferebatur in justos: id quod sufficiebat pro elevando lumine substantiæ Ejus Benedictæ, ut fieret locus vacuus creandis mundis; utque commoveretur & ipso actu exhilararetur intra se ad colligendum particulas scintillarum de vestigiis, ex quib. fierent literæ. Omnia autem fiebant tempore uno; & quoniam Infinitum, cujus Nomen benedictum sit, simplicissimum est, ideò ex omni parte motus generabatur calor, ita ut exhilaratio hæc fieret determinatio potentiæ remotæ judicii.

Potentia judicii remota exserebat sese uno tempore.

Exhilaratio Benedicti determinatrix fuit sculpturæ, adeoque etiam judicii.

§. 16. Et ab exhilaratione illa generabatur determinatio sculpturæ: Hæc autem sculptura notatur in Sohar. Sect. Breschith his verbis: Sub initium regiminis Regis sculpebat sculpturas suas in splendore superno. Sensus hic est: Sub initium, cùm in mentem ipsi veniret emittere exhilarationem, de qua diximus: Quod fuit initium determinationis illius, qua determinabat intra se, quod futurum sibi esset regimen. Omne autem regimen est ex parte judicii, cò quòd ipse quasi præceptum sit iis quæ subsunt, ita ut facientibus, quod præceptum est, distribuat mercedem, & facientes contrarium plectat. Unde apparet, regimen esse radicem mercedis & pœnæ. Atque sic etiam in dicta hac exhilaratione radix latet fundamentalis judicii: quæ sunt רלא אחוריים 231. Alphabetha retrorsum scripta; Cum hoc combinavit miserationes, earumque radicem fundamentalem, quæ est Neschamah Infiniti,

Radix fundamentalis 231. Alphabetorũ retrorsum scriptorum.

cujus

cujus Nomen benedictum sit in æternum, Amen. Nimirum Neschamah Alphabethi אלבם Albam quæ in eo. Et benignitatem benignitatum quæ est combinatio 231. portarum Alphabethicarum antrorsum scriptarum, cum Neschama אלבם Albam in ipso recondita. Et judicium hoc fuit radix initii ההרמנותא, quod est imperium sive regimen; unde R. Schimeon ben Jochai illud vocat הורמנותא דמלכא regimen regis; & ipsum vocat Regem & Imperatorem, ut ostendat quod diximus.

Radix fundamentalis 231. Alphabetorum antrorsum scriptorum.

§. 17. Sculptura autem illa ab exhilaratione hac enata erat determinatio illa, qua Infinitum intra se determinabat ista, quasi dicendo: Sphæra hæc sit locus debitus, in quo creentur omnes mundi. Unde patet, partem illam Infiniti, quæ intra dictam hanc determinationem erat, fuisse circumdatam; illud autem Infinitum, quod circa illam sculpturam erat, fuisse circumdans: Unde clarum est quod diximus, Infinitum esse circumdans & circumdatum. Et portio Infiniti, quæ veluti charta circumdata est, est radix massæ omnium mundorum, & Lux paulatim detegebatur, donec ex illo fieret vestimentum.

Infinitum ad sculpturam sese determinavit.

Infinitum quo sensu dicatur circumdatum & quo circumdans.

Cap. III.

§. 1. Prævidebat autem liberrimum illud Agens, cujus Nomen benedictum sit, mundos illos, quos emanatione producere constituerat, opus habere judicio, ut præmium atque pœna distribui posset in mundo: At vero si exhilaratus non fuisset, locus non foret judicio. Hinc judicium hoc deinceps eò usq; deorsum tendebat, donec ex ipso fierent fragmenta vasorum, ex quib. facta sunt judicia; & ex illis provenerunt cortices, qui vocantur Dii alieni assuguntque aliquid à Deo sancto, sicut dicitur *Psal.* 79, 1. *Psal.* 21, 10. *Elobim, Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam &c.* Ex igne enim valido prodierunt, & ignis perdet eos.

Judicium à Liberrimo Agente prævisum.

Cortices orti ex fragmentis vasorum Dii sunt alieni.

§. 2. Quare omnis cupido & omne desiderium eorum ad nocendum tendit, non vero ad benefaciendum; sicut natura canis est mordere homines, & natura ejus maligna tantùm est quotidie.

Corticum desiderium non nisi nocivum.

§. 3. Imò etiam de Angelis illis, qui influxum sortiti sunt de Sephirah Hod, s. Gloriæ, dicitur: Gen. 6, 5. Gen. 10. 8. *Et gloria mea versa est in me in corruptionem.* Vocanturque בני אלהים filii Deorum; quorum aliqui rectè dirigunt viam suam, aliis eandem corrumpentibus, ita ut fiant accusatores, cùm inferiores fructum ad se trahunt amarum. Et huc pertinet quod dicitur: Job. 1, 6. *Et fuit dies, & venerunt filii Deorum, ut starent coram Domino, & advenit etiam Satan in medium eorum &c.*

Angeli בני אלהים vocantur & hi duplices generis.

§. 4. Judicium autem primum provenit è potentia determinationis literarum è vestigio factarum, quod colligebat Infinitus ille, cujus Nomen benedictum sit in puncta illud contrahens, ex quibus punctis fiebant literæ.

Judicium primum unde?

Quò

Punctorum & literarum origo.

Quò pertinet myſterium illius textus: *Prov.* 13,9. *Lux juſtorum lætificat.* Et ſcriptum eſt alibi: *Pſal.* 104,31. *Erit gloria Domini in ſeculum, ut agnoſcant magnitudinem & gloriam Ejus, lætabitur Dominus in operibus ſuis.*

§. 5. Et quanquam diximus, terminum & limitem literarum eſſe radicem judicii, id tamen ſaltem intelligendum eſt, ſi reſpiciantur quatenus hic infra ſunt. Hoc vero in loco in mundo veſtimenti idem eſt radix omnium miſerationum, reſpectu illorum quæ infra ipſum: Reſpectu Infiniti autem judicium vocatur.

Terminus literarum eſt radix judicii & miſerationum, diverſo reſpectu.

Differentia primæ compreſſionis & ſecundæ.

Ratio deſtinatæ hujus literarum figuræ hoc in mundo manet ignota.

Quis eam rationem ſit patefacturus?

§. 6. Apparet ergo compreſſionem primam eò factam, ut aſcenderet Lux prima fieretque locus vacuus. Secunda vero compreſſio fuit, cum relinqueretur veſtigium lucis ſublatæ, quod veſtigium compreſſum fuit in puncta: & iſta compreſſio facta eſt beneficio motus lætitiæ; ſicut homo ridens præ magnitudine gaudii commovetur. Id volo: ipſum radiando & coruſcando effeciſſe puncta; ut ſcintillæ eorum fulguris inſtar ferirent oculos. Puncta vero ſingula combinavit invicem, donec inde fierent literæ ad ſimilitudinem imaginemque illarum, quibus decreta Sapientiæ ſuæ propoſuit Benedictus. De quarum figuris diſquirere non licet, quare ſcil. Infinitus eas hoc modo creaverit, & non ſub forma alia; quoniam mundus primus occultus eſt valde, nec manifeſtabitur ratio, niſi tempore futuro per R. Akiba filium Joſeph ſuper quo pax! qui manifeſtabit id ex ratione coronarum literalium, quæ ſunt myſterium lucis veſtitus Infiniti; vocanturque coronæ ratione literarum, quæ ſub eis.

Ortum literarum ex punctis quis revelaverit?

§. 7. De luce autem punctorum iſtorum, quomodo ceciderint iverintque, ut ex illis fieret figura literarum, revelationem fecit Elias bonæ memoriæ Doctori & Præceptori noſtro R. Iſaaco Germano bonæ memoriæ cujus verbis nihil addendum, nec detrahendum.

Cap. IV.

Ortus iſte hic & in ſequentibus prolixè edocetur.

§. 1. Ecce è 100. punctis creata eſt litera una. Et initio quidem creabat Alphabetum ſecundùm ordinem ſuum.

שע פץ קר תא בג דה וז חט יך לם נס
שף צק רת אב גר הו זח טי כל מן סע
שץ קר תא בג דה וז חט יך לם נס עף
שק רת אב גר הו זח טי כל מן סע פץ
שר תא בג דה וז חט יך לם נס עף צק

Cap. XXVII.

תק Perſona Malchuht, retrorſum.

Nomen **מה**

תא בג דה וז חט יך לם נס עף צק רש
תב גר הו זח טי כל מן סע פץ קר שא
תג דה וז חט יך לם נס עף צק רש אב
תד הו זח טי כל מן סע פץ קר שא בג
תה וז חט יך לם נס עף צק רש אב גר
תו זח טי כל מן סע פץ קר שא בג דה
תז חט יך לם נס צף עק רש אב גר הו
תח טי כל מן סע פץ קר שא בג דה וז
תט יך לם נס עף צק רש אב גר הו זח
תי כל מן סע פץ קר שא בג דה וז חט
תך לם נס עף צק רש אב גר הו זח טי

Nomen **בן**

תל מן סע פץ קר שא בג דה וז חט יך
תם נס עף צק רש אב גר הו זח טי כל
תן סע פץ קר שא בג דה וז חט יך לם

תס	עף	צק	רש	אב	גר	הו	זח	טי	כל	מן	ה
תע	פץ	קר	שא	בג	דה	ח	חט	יך	לם	נס	ה
תף	צק	רש	אב	גר	הו	זח	טי	כל	מן	סע	ו
תץ	קר	שא	בג	דה	וז	חט	יך	לם	נס	עף	ו
תק	רש	אב	גר	הו	זח	טי	כל	מן	סע	פץ	ה
תר	שא	בג	דה	וז	חט	יך	לם	נס	עף	צק	ה
תש	אב	גר	הו	זח	טי	כל	מן	סע	פץ	קר	

§. 2. Hactenus expansæ sunt 231. portæ, antrorsum & retrorsum supra dictæ: ubi literæ tam justè sunt dispositæ, ut quælibet secum habeat bis 231. literas juxta numerum נתיב. Sed & Alphabeta extenduntur usque ad numerum 231. portarum anteriorum, & 231. portarum posteriorum. Nomen autem vadit & exsculpitur cum ipsis in 4. plenitudinibus suis עב סג מה בן Relinquitur tamen Alphabetum unum, cui non est facultas prodire in lineas, Est, fuit & erit, ob rationem, de qua infrà, juxta id quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Omnibus dedisti socium, mihi autem non dedisti socium. Respondit Sanctus ille Benedictus: Congregatio Israël erit socia tua &c. Vide infra. Portæ 462.

§. 3. Demonstratio a. horum peti potest à Traditis Libri Jezirah cap. 2. Mischnah 2. *Viginti & duas literas exsculpsit, excidit & ponderavit, & permutavit, & combinavit; formavit cum eis Nephesch omnis formati, & Nephesch omnis formandi.* Sensus est: *Exsculpsit eas*; hæc est sculptura, cujus meminit Liber Sohar: Sculpsit sculpturas suas in puritate excelsa. Sculpsit enim sculptione quadam unamquamque literarum Alphabeti, ita ut literæ ibi revera prominerent, factæque essent quasi undiquaque cœlo fuissent sculptæ, donec litera ipsa extaret per se. Literæ autem enatæ ex qualibet Alphabeti litera ad instar areolæ Horti effiguratæ erant circa sculpturam literæ fundamentalis: non aliter atque qui arat pulvillos, arat foditque ex parte una, donec latus istud exurgat; ad hunc modum instituebatur sculptura illa circa literas, donec corpus literarum per se protuberaret. Explicatio textus Libri Jezirah c. 2. Mischna 2.

§. 4. Deinde accipiebat literas, easque ad instar coronæ literis ex se progeneratis apponebat, singulisque viginti duas tribuebat, unam post aliam sumendo א deinde ב; sicut in muro ordinatur lapis supra lapidem: ita lapides literarum, quæ excisæ erant è corporibus literarum, quæ vocantur rota in sphæra sua; provolvebat de combinatione in combinationem, quasi murum ex illis faciens & ædificium validum admodum. Quilibet autem lapis excindebatur è monte; antequam enim exscinderetur, non nisi mons vocabatur; facta autem excisione è monte vocatur lapis. Deinde multi sumuntur lapides, multæque inde struuntur domus vel murus; Sic juxta hoc simile & ibi: Ideoque dicitur: Sculpsit eas, excidit eas.

§. 5. Mox addit, *Ponderavit eas*: nimirum quasi in libra, ita ut pondus non deficeret, sed esset perfectum. Singulæ autem literæ in multis combinationibus habent 22. literas; Hæc est rota, quæ semper cum ipso procurrit, suntque rotæ vehiculi semper circumvolutæ quàm perfectissimè, nullo existente defectu quoad axem perfectissimam 22. literarum.

§. 6. Porrò addit, *Permutavit eas.* Hîc adhibetur phrasis Themuræ sive inversionis anterioris & posterioris in Alphabeto אָל בָּם ex quo fit לֹא מֹכ &c. Et huc pertinet quod dicitur Lev. 27, 10. *Non commutabit bonum in malum, & si commutando commutaverit, erit & illud & commutatio ejus sanctitas.* Ibi enim nullum omnino malum est, sicut dicitur Thren. 3, 38. *De ore Altissimi non egredientur mala & bonum.*

§. 7. Mox subjungit, *Combinavit eas*; ne erres opinione tua dicendo, illas aliter mutatas esse; ut in permutatione hac nihil relinqueretur de statu priori, sicut humanæ sunt mutationes in permutationibus mercatoriis; sed combinavit eas mysterio combinationis, ita ut non omitteretur vel deficeret litera una.

§. 8. Per combinationem hanc literarum *formavit* in illis *Nepheſch* seu Psychen *omnis formati*: Nam per literas istas Bar Abhan & Bar Urian multa poterant scientes vires earum; ut per eas facerent & procrearent hominem quendam, massam terream virginem, ut notum est iis, qui talia tractant: Et sic quoque vitula triennis Abie & Rabba.

Confer Sanhedr. fol. 65, b.

§. 9. Tandem ait; Et creaturus est per illas *omne formatum*, id est, per revolutionem; imò & resuscitatio mortuorum illorum beneficio fiet; & hæc est mens Mischnæ in Sepher Jezirah c. 2. sect. 4. *Viginti duæ literæ fundamenti fixæ in rota in 231. portis, & vertitur rota antè & retrò. Et hujus rei signum est; in bonis nihil supra* עגב, *& in malis nihil infra* נגע. Sensus est: Viginti duas literas esse fundamentum structuræ ædificii ex his lapidibus: Et isti superstructæ sunt combinationes 231. portarum fixarum in rota combinationum ejus: Istæ moventur in rota, vertiturque antè & retrò אָל בָּם Alphabeticum. Sic etiam numerus 231. & signum ejus: non est supra in bonis præ עגב horum verborum עֵרֶן נָהָר גָּן Eden fluvius horti; antrorsum & si invertatur עגב quod denotat Benignitatem & Miserationes in נגע plaga, ut disponatur retrorsum, judicium denotabit.

§. 10. Et sic intelliges aliquantum operationes ex hinc provenientes, & mutationem è combinationibus ortam ad creandum membra judicii & miserationum.

§. 11. Et hinc intelliges, quod sequitur in Mischnah his verbis: *Quomodo ponderavit & permutavit eas? Aleph cum omnibus & omnes cum Aleph, Beth cum omnibus, & omnes cum Beth: Et retrovertitur quoque quod abfit.*

Inde

Inde patet, omne formatum & omnem Sermonem comprehendi & prodire è Nomine uno. Hactenus Mischnah. Sensus est, Aleph combinari cum omnibus literis & omnes cum ipso i.e. in omni combinatione non tantùm hanc literam esse, sed omnes literas circumvolvi cum tota combinatione, & Nomen circumvolvi cum ipsis comprehendens omnia. Unde patet omnes formationes, quæ per Ipsum possunt edi, comprehendi in ista combinatione; & omnem sermonem nominum prodeuntium ex hoc Nomine, quod omnia comprehendit, & omnes voces linguæ & nomina quæ extrahuntur & creantur ex istis, prodire è Nomine uno, quod est Nomen יהוה quod comprehendit omnes 231. portas. Et hæc sufficiant.

CAP. XXVIII.

§. 1. Jam scito de Alphabeto primo Personæ א, quomodo extendatur lumen ejus, & quare lineæ singularum literarum hac procedant via & figura in rectum & obliquum, & quomodo postea generetur similitudo & imago ejus, usque ad finem omnium literarum Alphabethi. De Alphabetis cujusque Personæ.

§. 2. Incipiemus autem à litera Aleph, quæ fit ex 100. punctis, sicut quælibet litera alia. Quæstionem autem moverunt Majores nostri, quare non inchoaverit creationem literarum à litera Jod, quoniam & ipsa punctum est, & quidem prima omnium: Scito ergo in singulis punctis, cùm propinqua sunt Infinito, admodum augeri lucem; propter lucem illam magnam igitur repente descendebat ex eo linea quædam, quæ linea ascendere volebat fruique luce Infiniti, sicut punctum ipsum: sed deflectebat ab eo ad distantiam quasi duorum punctorum, unde summitas lineæ separabatur à litera Jod, & ascendebat via obliqua sursum præ pudore, quod prævaricata esset; unde non firmo gradu ascendebat rectà, sed sursum pergebat oblique. Et quia punctum illud semper est in actu causandi, hinc & porrò Lux quidem descendebat ab eo, sed non adeo magnæ sicut ab initio, propter lumen lineæ, ab ipso prodeuntis. Hoc autem lumen secundum, quod è puncto suprà dicto descendit, semper adhæret lineæ illi; quoniam linea deflectit à recto, unde punctum semper procedit cum linea. Nam quoniam linea prima separabatur à puncto, ascenditque sursum, hinc punctum iterum è luce sua producere volebat lineam secundam, quæ descendebat & adhærebat lineæ primæ. Et quoniã linea secunda adhærescere volebat summitati lineæ primæ, quippe quæ præstantissima illius pars est, & tamen pars ista, terminis Principii Emanativi nimis propinqua esset; hinc linea hæc secunda parti isti adhærere non poterat ob nimiam excellentiam ejus: unde adhærebat medietati lineæ, ubi finis partis primæ est: cumque pars ista prima lineæ, quæ à puncto deflectebat, ascenderet prope Infinitum, lumen ejus augebatur, unde descendere

non poterat niſi via recta. Deſcendit ergo à ſummitate lineæ via recta ad illum usque locum, ubi diminuitur finis lineæ; non enim tranſire penitus poterat propter puncta quæ infra ipſam. Infinitum autem circumdabat illas & Influentia augebatur in fine lineæ, deſcendentis è ſummitate lineæ, quæ aſcenderat; cumque deorſum ſe extendere nequiret, in latere ſe extendebat, hinc atque illinc. Et hoc eſt Daleth, quod ſub Aleph eſt.

CAP. XXIX.

§. 1. Et jam explicabo literam Beth. Scito ergo quòd punctum Jod ſe extenderit in latitudinem verſus dextrum latus usque ad locum termini ſui, qui eſt digitus ſuper digito in quadrato.

Myſterium Phylacteriorum.

§. 2. Et propterea phylacteria miniſterii magni ita confecta ſunt, ut quælibet litera ſit in diſtantia digiti ſuper digito: Et myſterium connotat nomen אֱלֹהִים quod in plenitudine ſua (אל״ף הי״ מ״ם הי״) idem valet quod אצבע digitus. Suntque in manibus Arich quæ tectæ ſunt per Abba ve Imma. Et hoc eſt myſterium Thphillin juxta mentem Rabbenu Fam. Et deducuntur è mundo veſtimenti per filum Infiniti, quod deſcendit ſuper caput Arich Anpin, & vivificat omnes mundos.

§. 3. Et tempore beneplaciti, Seir ab ipſis literis participat, & in ſpecie hora Minchæ Sabbathicæ; de qua dicitur: Pſal. 69, 14. *Et ego precor ad te Domine tempore beneplaciti.*

§. 4. Et quoniam ſuprà dictum Jod in latitudinem extendebatur digito, hinc ipſi non erat locus, ut ulteriùs extenderetur: Et cùm linea illa extenſa eſſet in latitudinem & non in longitudinem; ſicut dictum; tum auctum fuit lumen lineæ, ut diffluereret, atque ſic extenſa eſt ab eo linea quædam recta ſecundùm longitudinem, idque pro menſura 2. digitorum & inſuper aliquantum, quia digitus unus infra terminum ſuum deſcenderat: cùm autem nec liceret, nec poſſet in hac extenſione conſiſtere inferiùs; regreſſa & conduplicata eſt verſus tectum ſuperius, & hinc facta litera Beth. Et cùm aliquantò longior eſſet, quam tectum ſuperius, reductum eſt quod ſuperaret, & facta gibboſitas.

CAP. XXX.

§. 1. Quantum ad literam Gimel, ſcito initium ejus fuiſſe Jod, è quo extendebatur linea recta deorſum, quæ erat longa ſicut Nun finale.

Senſus verborum in Præfatione Sohar parvi.

§. 2. Hinc reſponderi poteſt ad validam aliquam objectionem in præfatione Sohar parvi, cujus verba: Septem literæ Alphabeti ſunt, quæ non coagulatæ ſunt & humidæ manſerunt, & creata eſt ex illis Lux. Senſus eſt:

Septem

Septem literæ Alphabeti ſunt אבן קרמי lapis primus, quorum numerus æquipollet voci אור. Hinc dicitur quod ex illis creata ſit Lux. Quare autē non ſumuntur literæ Alphabeti ſecundum ordinem א ב ג ד ה ו ז? Reſpond. in dicta præfatione; Diximus quod illicò poſt Beth acceſſit punctum ſub myſterio ; unde fiunt literæ אבן. Ideò dicit humidas fuiſſe nec eſſe coagulatas: Id innuit, quòd linea ſtatim fuerit extenſa & ſubitò poſt generationem puncti factam per compreſſionem.

§. 3. Imò cùm deſcenderent literæ, non deſcenderunt ordine, ſed tumultuariò, hinc non ſunt coagulatæ i. e. non coaluerunt, nec diſpoſitæ ſunt in ſtatum ſuum. Sed redeamus ad propoſitum.

§. 4. Poſtquam Gimel extenſum fuiſſet ſicut Nun, & infra terminum ſuum deſcendiſſet, rediit ſurſum, ſicut fecerat Beth: quamvis Beth haberet tectum majus; unde tectum inferius cùm duplicaretur, æquale fiebat tecto ſuperiori: Gimel autem tectum habet parvum, unde duplicatio lineæ hujus longæ tam parva fieri non potuit atque eſt tectum ejus: Unde linea hæc duplicata inferior mediocris facta eſt, quodque erat infrà, paululum aſcendit, tectumque inferius ſecum traxit: Particula autem quæ remanſit inferiùs, facta eſt cauda Gimel.

Cap. XXXI.

§. 1. Punctum Literæ Daleth diſtendebatur in latitudinem, conſiſtebatque in termino ſuo: Poſtmodum autem adaucto lumine ejus circa finem latitudinis lineæ prioris recta deſcendebat linea altera. Si quæritur, quare linea ſecunda eò usque tantùm extenſa fuerit, nec tam longa facta ſit ſicut in Gimel & in Beth: R. literam hanc cùm fieri deberet, vidiſſe anguſtias, quæ obtigerunt literis Beth & Gimel, quòd nimis longæ fuerint & transgreſſæ terminum ſuum, opusque habuerint conduplicatione: unde extra terminum ſuum progredi noluit; & lux illa, quæ potuiſſet ulteriùs deſcendere, extenſa eſt in latera ejus ipſa, unde craſſior facta eſt, quam Beth & Gimel.

Cap. XXXII.

§. 1. Et progrediamur ad literam He, cujus punctum idem planè fecit quod Daleth, niſi quòd Lux lineæ inferioris è ſummo tecto deductæ magna eſſet, & è regione ſui lineam ſibi ſimilem illuminaret, ex qua linea ſub Daleth locata factum eſt He.

§. 2. Si quæris, quare linea iſta non adhæret tecto ſummo, ſicut altera, quæ conficit Daleth? R. non aliter rem ſe habere, ac ſi homo columnam quan-

quandam ſub tecto collocet è regione lucis; tunc ſanè umbra illius non extat recta, ſed paululum obliqua, nec attingit ſummitatem tecti: Ita linea juxta crus Daleth enata in He tecto non adhæreſcit; atque ideò vocatur He, quoniam homo cùm He pronunciat, non opus habet niſi halitu tantùm citra omnem moleſtiam: Unde linea ſecunda tecto non adhærens ſine puncto nata eſt, & ſine labore atque ſaltem ex umbra lineæ primæ.

§. 3. Et ſi quæris, quare Lux Daleth in He major eſt quàm fuit in Daleth vero? R. id propterea factum, quòd hæc locanda eſſet in Nomine expoſito.

Janua in palatio lapidis Saphirini.

§. 4. Scito autem quòd literaHe locata ſit in palatio lapidisSaphiri,ubi ex umbra tecti Jod prodit, quod claudit pedem He; quæ eſt janua aperta, nec tamen aperitur niſi illi qui dignus eſt. Intra januam hanc autem 2. ſunt Angeli,quorum unus vocatur פתחון & alter כגרון quorum præfectus eſt טהריאל.

Introitus animæ dignæ per januam illam.

Et cùm anima egreditur ex hoc mundo, aſcenditque ut intret inhortum Eden per palatium hoc lapidis Saphiri, venit Angelus טהריאל & conſiderat eam, & ſi digna eſt, innuit Pithchoni, ut aperiat januam,& dicit Jeſ.26,2. *Aperite portas, & ingrediatur gens juſta, cuſtodiens veritatem.* Et notificat Pithchoni, è quonam gradu ſit, utrum ſit è dominis oculorum, vel è Dominis ſtaturæ corporis, vel è Dominis colli, vel è Dominis manuum, vel pedum Dominis; Omnia enim hæc membra ſunt Mercavæ, de quibus infrà in mundo Briah.

Pithchonis Angeli officium.

Rachmielis officium.

§. 5. Sed ad rem. Si anima illa digna eſt, & oſtium ipſi aperitur, mox illa traditur Angelo Rachmiel, ut elevet illam per viam מקום הר ציון i. e. locum montis Zion, qui eſt hortus Eden ſuperior.

Palatium lapidis Saphiri quid.

§. 6. Res autem ſic capienda, quod palatium hoc lapidis Saphiri ſit Malchuth in Briah, quæ eſt umbra Malchuth de Aziluth. Et in medio hoc palatio eſt aulæum quoddam ad inſtar firmamenti, quod dicitur Pargud Velum. Et ex Pargud iſto vaticinati ſunt Prophetæ per ſomnium, excepto Moſe Magiſtro noſtro ſuper quo pax, qui fuit intra aulæum. In iſto Pargud autem præfectus quidam è Angelus, cui nomen Rachmiel.

Porta verſus Eurum clauſa.

§. 7. Et ex iſto palatio in palatium עצם השמים quod proximè ſuperius eſt, nimirum Jeſod in Briah, datur columna excavata, quæ eſt porta verſus Eurum,quæ clauſa eſt, nec aperitur niſi Neomeniis & Sabbathis.

Tahariels munus.

§. 8. Porrò anima quoque ex hoc mundo aſcendens primum examinatur à Tahariele (quod nomen טהריאל per Gematriam æquipollet voci נהר fluvius, juxta Gen. 2, 10.)

§. 9. Et ſi invenitur pura, præcipit Pithchoni, qui ipſi aperit, ſtatimque eam tradit Rachmieli: Qui Angelus ſi ipſam viderit puram, confeſtim ipſi excavatam aperit columnam.

Zadkielis munus.

§. 10. Zadkiel autem Angelus, qui ibi eſt, veſtit ipſam tunica Magiſtrorum

ſtrorum, quæ conſiſtit è Lege atque Præceptis, quas fecerat in hoc mundo; Et ex illa veſt apparent opera ejus ſuperius.

§. 11. Scito autem columnam hanc excavatam eſſe Nomen Eſſentiæ & Dominii, unam ſcil. literam ex quolibet nomine: Quanquam hîc etiam ſunt nomina 3. colorum, nimirum album, quod eſt Nomen אֵל; flavum quod eſt Nomen יְהֹוָה & aliud ad rubrum tendens, quod eſt Nomen אֱלֹהִים. Transmittuntur autem animæ per cochleam hanc, ne ipſas videant cortices ipſisque prævaleant. Porta dicta ſive columna excavata quid.

§. 12. In media autem hac columna Angelus quidam præfectus eſt Sahariel nomine, qui acceptam hanc animam ulterius elevat in palatium Ezem haſchamaim, quod eſt Jeſod in Briah, umbra de Jeſod Aziluthico: ibi collocant eam loco decenti. Saharielis munus.

§. 13. Si autem quod abſit, in illa quicquam reperiatur indecens, è veſtigio traditur Perditoribus, qui ſunt in palatio corticum è regione lapidis Saphiri. Et in hæc palatia corticum ingreſſus eſt Noach, ut illa videret; & quidem ferè in errorem deductus fuiſſet, ſicut ſcribitur Gen. 9, 21. *Et bibit de vino & inebriatus eſt, & diſcooperuit ſe:* Ubi innuitur, quod adhæſerit iſtis, & iſti polluerint eum, & detexerint nuditatem ejus: id quod propterea factum, quòd interdiu rem habuerit cum uxore. Et palatium hoc eſt Gomer, filia Diblaim, quæ fuit mulier fornicationum, quam duxit Hoſcheah, ex præcepto Domini; ad denotandum, quòd populus adhæreret palatio huic in mundo. Palatium corticum pro animabus impuris. De introitu animarū mediigeneris.

§. 14. Si autem anima hæc medii eſt generis, Angelus Tahariel ipſam introducit coram 71. Sanhedrin, ubi Metatron eſt pater domus judicii, ubi judicialiter de ipſa inquirunt: Et ſi reperta fuerit innocens in judicio, traditur Rachmieli; & Rachmiel ſuper judicio inquirit, aperitque ipſi duas portas, unam verſus hortum Eden & alteram verſus Gehennam. Ex illa videt lucem magnam magnamque voluptatem, in qua degunt juſti; & à Luce illa, quæ in cujuslibet juſti tabernaculo ipſam percellit, ita ut pudefiat ab operibus ſuis malis & ita ſit expiatio iniquitatum ejus. Ex altera autem porta ſiniſtri lateris Gehennam videt, & quomodo impii ibi judicentur, unde terretur; qui ipſe pavor etiam expiat iniquitates ejus. Taharielis munus. Rachmielis munus.

§. 15. Et ſi pœnitens iſte plorat ſuper peccatis ſuis, tunc aperiunt ipſi portam Lachrymarum; quod eſt ſpatium illud inter tectum literæ He ejusq; lineam dehiſcentem ab umbra factam; & iſta porta, Lachrymarum porta appellatur. Porta Lachrymarum quid.

§. 16. Cumque introducta eſt in portam hanc, Rachmiel illam accipit, ipſique locum montis Zion aperit, quæ eſt columna excavata; ubi Sahariel ipſam ſuſceptam conſolatur, feneſtram eidem aperiens, ut ipſi quaſi oriatur Sol juſtitiæ & ſanans, id eſt, cùm anima hæc aſcendit in palatium Saharielis munus.

Ezem haſchamaim, duæ ibi ſunt portæ, quarum una ſanatur anima ab angore, qui ſupervenerat ipſi ſive in vita ſive in morte ejus, ubi ſanatur à doloribus ſuis: Porta autem altera advehit ipſi ſpiritum vitæ ex arbore vitæ, quæ facultatem ipſi largitur, ut tolerare poſſit magnam illam voluptatem, qua frui debet ex ſplendore Schechinæ.

Cap. XXXIII.

§. 1. Punctum literæ Vav fiebat linea retrò verſum, & infrà tendens: ipſique non erat usque adeò magna illuminatio, ut poſſet egredi extra terminum ſuum.

Cap. XXXIV.

§. 1. Litera Sain eſt Jod ſuper Vav: nempe poſtquam Jod lineam fecerat retrorſum, rediit & inſedit ſummitati ejus: Id quod in Sohar his verbis innuitur: Sain eſt Jod ſuper Vav.

Cap. XXXV.

§. 1. De Litera Cheth ſcito, quòd facta ſit ex duobus punctis æquipollentibus uni, eo quod eſſent geminæ. Et è duobus his punctis facta ſunt duo Sain ſicut diximus. Et illa duo puncta primùm fuerunt unum, quæ poſtmodum diviſa ſunt in duo. Gibboſitas autem media eſt punctum illud, quod quia in 2. Sain dividitur, & illa demittit verſus 2. latera, hinc tenuis relinquitur gibboſitas, quoniam inde dimittitur lux, ſicut dictum. Et quoniam Cheth eſt fœmina, hinc indigitat duas gemellas Hebelis, quæ ſunt Rachel & Leah.

Cap. XXXVI.

§. 1. Teth litera facta eſt è duobus punctis geminis, mare & fœmina. Fœmina eſt Nun literæ Teth; ſed Sain literæ Teth eſt maſculus, obvertuntque ſibi facies. Et Nun quidem, quæ eſt fœmina, ſimplex erat & duplicata eſt atq; incurvata ob duas cauſas: primò, ne transgrederetur terminum ſuum; & deinde ut adhæreret maſculo, quod eſt Sain. Sain autem maſculus extendebatur deorſum & hærebat in curvatura ejus. Ipſa vero quoque extendebat ſub capite illius lineam ſub myſterio manus quaſi ſuſceptura illum: & hæc eſt manus extenſa ad accipiendum converſos.

§. 2. Denotatur etiam in illa, quomodo ſe gerat pœnitens, qui incurvat caput ſuum & extendit manus ſuas.

§. 3.

§. 3. Et ſcito hæc duo marem & fœminam in iſta litera eſſe myſterium tribuum, qui ſinguli cum gemella ſua prodibant, unde in illis non reperiuntur literæ מ ח. Et ſi dicis de ח quidem quæ eſt fœmina, id concedi; reſtare autem quæſtionem, quare מ quod eſt mas & fœmina ipſique aſſimilatur, inter ipſos non inveniatur; Reſpondetur, duas illas geminas per Cheth deſignatas, cauſam fuiſſe cædis Hebel, factumque Chet cum Teth, unde חט ita ut etiam Teth deſignet Cain, quod cum ipſo prodiret gemina ejus, & ipſe occidit Hebel, & accepit duas geminas, & ex iis genuit חט: unde nec Chet nec Teth eſt inter tribus. Myſterium tribuum, in quibus non reperitur חמ.

CAP. XXXVII.

§. 1. Litera Jod quæ punctum ipſum, facta eſt principium, medium & finis; imò ipſa etiam principium Decadum & finis unitatum atque ideò redit in unum. Atque ſic Kuph ſe habet inter decades, quia continet decies decem. Signi autem loco habeas Alphabetum אק כר גלש, ubi Jud denotat denarium, quoniam ipſi eſt initium, medium & finis; Noſti autem quod ipſum quoque principium includat initium, medium & finem, & ſic omnia tria, unde novem, quibus ſi addis Jud ipſum, ecce decem.

CAP. XXXVIII.

§. 1. Litera Caph tendebat è puncto ſuo in latus dextrum, & ex illo deſcendebat linea in longum progreſſa ultra terminum ſuum, atque duplicata ſive incurvata: & quia mox incurvabatur, quam primùm ſe terminum ſupergreſſam videret, ideò meruit poni in initio כתר.

CAP. XXXIX.

§. 1. De Litera Lamed ſcito, quod Æn Soph facta compreſſione ſurſum aſcenderit ſupra ſummitatem veſtimenti: illud vero punctum Æn Soph, quod veſtimento vitam dedit ſub myſterio Neſchannæ, poſtmodum veſtigium impreſſit ſummitati veſtis, quod ipſum veſtigium etiam punctum eſt; & hoc punctum extitit ſuper ſummitate Lamed.

§. 2. Deinceps vero extenſum eſt deorſum in veſtimentum usque ad locum, ubi literarum ſummitas, quò cum proveniret, extendebatur in latus dextrum, deſcendebatque ex ipſo linea, & id eveniebat quod in Daleth.

§. 3. Et hoc eſt myſterium turris volantis in aëre; quoniam ſummitas ejus deſuper eſt inter Æn Soph & veſtimentum, ſuntq; 300. conſtitutiones deciſæ: Quia Lamed denotat 30. & quælibet continet 10. unde 300. Turris volans in aëre.

Signum iſte fuit in Cain.

§. 4. Arcanum Lamed etiam reperitur in Sohar Sect. Breſchith fol. 37. in verba Gen. 4. 15. *Et poſuit Dominus in Cain ſignum*, quod eſt Prov. 18, 10. *Turris fortitudinis Nomen Domini, in ipſum curret juſtus & exaltabitur.* Huc quoque pertinent duo illa Nomina יה צריק quæ reperiuntur inter 12. nomina ternis literis conſtantia (ex hoc textu combinata, quorum figura in Sohar.) Et ſcito, numerum illius verſus: *Turris fortitudinis &c.* æquari numero Lamed in plenitudine ejus & plenitudinis plenitudine, nimirum ita: למ״ד מם ורל״ת מ״ם מ״ם. דל״ת למ״ד תיו: quorũ numerus eſt, 1672. Textus vero citatus cum יה״צריק efficiunt 1635. & 36. literæ in 12. illis nominibus ſuprà dictis contentæ cum generalitate faciunt 1672.

Cap. XL.

§. 1. Punctum literæ Mem magnum fuit, & in ipſum ingreſſa eſt potentia contrahendi ſe, finita autem contractione remanebat punctum; regreſſa igitur potentia comprimendi ab Æn Soph percuſſit medium puncti hujus, unde prodierunt adhuc 3. ſcintillæ in omnes ventos, & deinceps è qualibet ſcintilla prodiit linea, quæ coaluerunt invicem in figuram quadratam 4. lineis conſtantem. Deinde Lux iſtius percuſſionis aucta eſt intra ſpatium iſtud, quoniam virtus puncti ſemper conſiſtit in medio, quamvis diſpergatur circumcirca illud. Et iſtud punctum deflectebat in latus dextrum, eò quod eſſet benignitas, cumque vellet aſcendere ſurſum, non poterat: nihilominus imprimebat veſtigium, & prodibat ſimilitudo ejus ſuper linea dextra extrinſecus; & propter percuſſionem magnam, quæ facta erat, linea dextra paulatim defecit à reliquis hujus literæ. Cum autem corroboraretur linea, iterum coaluit: Cumque videret, quod non poſſet aſcendere pro lubitu; deſcendit ſecundùm angulum lineæ dextræ, & fiſſa eſt linea dextra infrà, ita ut relinqueretur apertura, deſcenditque & prodiit foràs.

§. 2. Deinde autem virtute illius percuſſionis etiam factum eſt Mem clauſum, quoniam dilatabatur in medio, i. e. faciebat locum vacuum intra ſe, unde Mem quadratum. Et quoniam debilitabatur virtus, talis percuſſio in hac fieri non poterat, qualis facta erat in priore.

Cap. XLI.

§. 1. Punctum literæ Nun extendebatur deorſum, cumque ſupergreſſa eſſet terminum ſuum, incurvabatur, unde Nun curvatum.

Cap. XLII.

§. 1. Punctum Literæ Nun longæ extendebatur & tranſcendebat termi-

terminum ſuum. Quare hoc? Quoniam omnes literæ longæ denotant judicium, eò quòd terminum tranſcendunt. Hæc autem tranſgreſſio ultra limitem fiebat per modum extenſionis, quod ſcilicet extenderetur in rectum, qualis extenſio denotat benignitatem; hinc oſtenditur, quòd juſti convertant judicium in miſerationes. Ubique enim eſt extenſio; ſive fiat judicium, ſive fiat miſeratio, ſane extenſio fit; verùm cùm juſtis, qui attributum judicii in attributum miſerationum convertunt, iſtæ literæ conſiderantur quoad extenſionem tantùm, quæ denotat miſerationes; quoad impios verò ſeſe exerit reſpectus tranſgreſſionis ultra terminum, quæ eſt judicium citra omnem reſpectum extenſionis.

Nun curvum eſt in Jeſod & in Binah.

§. 2. Jamque oſtendam tibi myſterium magnum, quod non pervenit ad multos ex prioribus. Scito Nun longum quoad ſignaturam pertinere in Jeſod, quoad fundamentum in Binah: Nam litera He, quæ in Binah conſtat è denariis; denarii autem quinquies repetiti efficiunt נ 50.

Nun longum in Jeſod Abba: breve in Jeſod Imma.

§. 3. Porrò ſcias, deductionem hanc literæ Nun ex He pertinere ad Jeſod Imma, nec minùs ad Jeſod Abba, quoniam Jeſod Abba ingreditur intra Jeſod Imma. Notum autem jam eſt, quod Jeſod Abba ſit longum, Jeſod Imma autem brevius: Nam Jeſod Abba quaſi triplo longius eſt, unde hujus reſpectu aliud eſt Nun breve, aliud Nun longum: Nun longum eſt in Jeſod Abba, Nun breve in Jeſod Imma, quod breve.

Objectio ad Nun longum, & reſponſio.

§. 4. Et ſi quæras, quomodo Nun longum, quod denotat judicium perfectum, pertinere poſſit ad Abba, ubi perfectæ miſerationes; habeas loco reſponſi, quòd hoc Nun ſit ex 32. ſemitis Chochmah, quæ ſunt 32. Elohim operis creationis. Iſtæ autem in Chochmah non videntur nec operantur, quoniam ibi ſunt miſerationes ſimplices: Cùm verò 32. Elohim deſcendunt in Jeſod Abba, quod eſt יהוה vita mundorum, quæ exiſtit tempore unionis Abba & Imma; hinc ex 32. Elohim & יהוה vita mundorum, id eſt 18. oriuntur 50. quæ eſt poteſtas & valor literæ נ.

Cur Vau in Plenitudine תּוֹ Nun.

§. 5. Et cum Jeſod Abba intrat in Jeſod Imma, & ibi invenit Nun curvum, quod denotat, ſi ita dicere licet, locum poni in fœmina, tunc 32. & 18. de Abba ſub myſterio נ veniunt in actum; Nimirum quia Jeſod Abba longum, hinc quoque נ hîc longum eſt. Deinde autem Jeſod Abba etiam denotatur per ו. Cùm ergo intrat in Jeſod Imma, & ibi invenit Nun curvum, tunc ſanè Vav & Nun curvum concurrunt; & quia deinde 32. & 18. in Jeſod Abba extenduntur, unde Nun longum, hinc fit נ֫ן Nun. Hinc venit, quòd volenti ſcribere Nun inſerendum ſit Vav inter duo Nun, quibus innuitur Jeſod Abba, ſicut dictum.

Reſponſio alia ex Jochaide.

§. 6. Occurrit tamen etiam reſponſio alia, quam tradit R. Schimeon Jochaides, ſuper quo pax, in Idra נשא his verbis: Triginta duæ ſemitæ Chochmah, quando ſunt in Abba, non aperiuntur; ſed quando deſcendunt in Scir, diſpeſcuntur in 32. tramites Sapientiæ. Senſus eſt: Tri-

ginta duo Elohim, de quibus diximus, quod deſcendant in Jeſod Abba. quod dicitur חִי mitigari hac conjunctione, fierique חַי: Et quanquam illi 32. ſint radix judicii; atque etiam חַי ſit judicium; nihilominus ibidem opus ſuum non operantur, quia Jeſod Abba miſerationes denotat ſimplices. Cùm autem deſcendunt in Seir, ibi operantur opus ſuum & diſpeſcuntur in 32. ſemitas, quæ ſunt ipſa 32. Elohim. Imò etiam ipſum Nun, cùm deſcendit in Jeſod Seir, ibi non poteſt mitigari in חִי, remanet ergo חַי attributum judicii perfecti.

Nun utrumque Radix eſt animarum R. Hammenuna & filii ejus.

§. 7. Porrò ſcias ex iſto Nun, nimirum è radice ſuperna ex Abba & Imma exciſas eſſe animas R. Hammenuna Senis & filii ejus; illius animam ex Nun longo & filii ex Nun brevi. Hinc in Sohar vocatur נינא רבא Nina rabba, quod denotat piſcem; Piſcis autem pertinet ad myſterium Jeſod; ſicut enim piſcis ſemper in mari movetur, ita Jeſod ſemper movetur, ut affluentiam producat in Malchuth. Et radix animæ R. Hammenunæ ſenis fuit Jehojada, & filius ejus fuit Benajahu. Nam יְהוֹ reperitur in omni Seir, & eſt Seir inter Sephiroth, & יַדַּע nempe reliqua pars nominis Jehojada alludit ad illud: Et Adam cognovit Chava uxorem ſuam, id eſt, Jeſod Abba, in quo conſiſtit cognitio inter maritum & uxorem ſuam. Benajahu autem eſt בֶּן יְהוֹ quod eſt de Jeſod Seir in Imma, ubi nomen בֵּן. Et ideò Benajahu vocatur Ben Jehojada, quia bis includit nomen בֵּן quæ ſunt duo nomina הויה in plenitudine Hehin quæ efficiunt בֵּן ſuntque ex Jeſod Binah, id eſt, Imma. Atque ideò mortuus eſt poſt paucos annos, cùm Benajahu perveniret ad pueritiam, quippe qui erat filius R. Hammenuna Senis, qui eſt Johojada: Mortuus autem eſt, quoniam perfecerat animam ſuam illo tempore. Mortuus etiam eſt paucis annis exactis illo tempore cùm celebris eſſet Benajahu propter fortia facta, quæ faciebat. Et hoc eſt quod dicitur in Scriptura 2. Sam. 23, 20. *Et ipſe percuſſit Leonem in fovea in die nivis:* ubi innuitur, quod tempore nivali in nive ſeipſum ſubmergeret, frigusque adhiberet contra pravam concupiſcentiam, quæ ipſum incitabat atque impellebat, ne id faceret; ipſe autem concupiſcentiam ſuam ſubigebat. Et hæc eſt cædes illa, qua leonem cædebat; ille enim leo erat prava concupiſcentia. Et iſta ſunt poma, quorum odore factus eſt Sanctus ille Benedictus, ſicut dicitur in Sohar de iſto puero: Et hæc ſunt poma illa, quæ olfecit Sanctus ille Benedictus. Senſus eſt: ſicut cùm homo olfacit aliquid, odor intra ipſum ingreditur, inque ipſo includitur: ita ſi fas eſt ita dicere, ſe habent animæ illæ ſanctæ atque puræ, & in ſpecie illi, qui ſtudio Mercavæ incumbunt, ſuntque è mundo fœminino, id eſt, Imma: horum odore quaſi tangitur ipſe, & anima eorum adhæret Schechinæ ejus.

§. 8. Et

§. 8. Et ſi quæris, quare illi, qui ſunt è fœmina, non diu vivunt in hoc mundo? Reſp. Sicut fœmina naturalis cauſa fuit mortis in mundo, ita etiam Malchuth, quæ vocatur Arbor ſcientiæ boni & mali, ejusque pedes deſcendunt in mortem, id eſt, pedes Malchuth, qui ſunt נרי extenduntur in mundum hunc, qui eſt mundus mortis & ſeparationis; illisque animabus, quæ ex parte illius proveniunt, non eſt vita longa. Cauſa brevitatis vitæ.

§. 9. Et notandum quia & Jizchak pater noſter erat metrum judicii rigoroſi, è cujus ſpeciebus & Baſilia eſt, quod propterea illius generatio referebatur ad nomen fœminæ, quæ eſt judicium, ſicut dicitur Gen. 18, 10. *Revertendo revertar ad te ſecundùm tempus vitæ, & ecce filium habebit Sara uxor tua:* ubi Saræ deſtinatur: Unde etiam ligatus eſt ſuper altare, & fermè mortuus eſſet, niſi Sanctus ille Benedictus dixiſſet ad Abraham, Gen. 17, 16. *Et etiam dabo ex ea tibi filium:* ubi eundem inſeruit illi, Abrahamo ſcil. ut veniret in mundum maſculinum: Et propterea ſalvabatur & vivebat. Sicut etiam ſcriptum eſt Gen. 21, 2. *Et concepit & peperit Sara Abrahamo filium:* Ubi eundem removet à Sarah & annectit Abrahamo. Jizchak pater liberatus fuit à judicio.

§. 10. Schmuel etiam Channæ deſtinatus erat, ſicut dicitur 1. Sam. 1, 11. *Dederisque famulæ tuæ ſemen virile*, item v. 20. *Et factum eſt in revolutione dierum & concepit Channah, & peperit filium* &c. item v. 27. *Pro puero hoc oravi, & dedit Dominus mihi petitionẽ meam:* Unde Eli fermè occidiſſet eum, quoniam ederet conſtitutionem de mactatione &c. Et niſi Channah dixiſſet 1. Sam. 1, 26. *In me, Domine, pro puero hoc oravi*, quaſi diceret: *In me* peccatum eſt, & non in ipſo, & propter me condona ei. Imò nihilominùs paucis annis exactis mortuus eſt, cùm ſcil. 52. annos natus eſſet. Schmuel etiam ſervatus.

§. 11. Et Chabakuk quoque deſtinatus erat Sunamitidi, ſicut dicitur 2. Reg. 4, 16. *Ad ſtatutum tempus iſtud ſecundùm tempus vitæ amplexaberis filium.* Et propterea mortuus eſt, & deinde neceſſe erat, ut Eliſcha illum deduceret in mundum maſculinum, quod eſt Nomen 72. literarum, quod prodit ex verſiculis Exod. 14, 19. 20. & 21. *Et profectus eſt, &c. Et venit &c. Et extendit &c.* in quibus ſunt 216. literæ juxta numerum vocis חבקוק. Sicut etiam vox חבקוק duos innuit amplexus, unum ſcilicet matris, & alterum Eliſchæ. Chabakuk ſervatus.

§. 12. Scito autem, quod Sarah, Channah, Sunamitis & Zarphitis omnes fuerint ex revolutione Chavæ, venerintque ut reſtituerent præcepta de menſtruis, placenta & accenſione candelæ. Et Sarah quidem reſtituit omnia, quoad ejus fieri poterat; iſtud enim eſt quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd benedictionem invenerit in maſſa, id quod factum erat proter præceptum placentæ: Et lucernam accendit de una veſpera Sabbathi in alteram: Et ratione menſtruorum huc referendum, quod ſcriptum eſt Gen. 18, 11. *Ceſſaverat eſſe* Revolutio Chavæ in Sara, Channa, Sunamitide & Zarphitide.

Saræ

Sara, Channa, Sunamitis & Zarphitis sunt plenitudo literarum Nominis מה

Saræ consuetudo mulierum. Sed quia hoc saltem initium erat restitutionis, restitutio non fiebat pro requisitis; quare necessum erat, ut venirent 3. istæ mulieres cæteræ, quarum quælibet restitueret præceptum unum ex illis tribus. Channa restituit præceptum Nidda, quia scriptum est 1. Sam. 1, 18. *Et facies ejus ei non fuerunt ultra:* Sunamitis restituit candelam, sicut scriptum est 2. Reg. 4, 10. *Ponamusque ipsi ibi lectum & mensam, & sellam, & candelabrum:* Zarphitis autem restituit Challah, sicut scriptum est 1. Reg. 17, 14. *Cad farina non consumetur,*

§. 13. Signum autem quod quatuor ipsi viri Jizchak, Schmuel, Chabakuk & Jonah destinati fuerint mulieris respectu, est in vocabulo שיח Gen. 2, 5. *Virgultum agri antequam germinaret*; ubi postmodum sequitur: *Et homo non erat ad colendam terram:* Sensus est: Quare non erat שיח virgultum agri? Resp. textus: *Et homo non erat:* ergo literæ initiales vocabuli שיח denotant restitutionem hominis. Res itaque concipienda est: Antequam viri isti venirent in mundum, non erat dispositum Nomen מה quod æquipollet numero אדם. Et hoc Nomen מה in plenitudine sua missis literis substantialibus, æquipollet nomini חוה: Huc respicitur cùm scriptū est Gen. 5, 2. *Masculam & fœminā creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam*; per *Masculum* intelliguntur literæ radicales יהוה & fœminæ loco sunt literæ plenitudinis, quæ efficiunt חוה: Ecce ergo in nomine isto אדם & חוה. Unde חוה erat unū ex lateribus ejus, quæ est hæc plenitudo. Et quamdiu חוה non fuit restituta per 4. istas mulieres, quæ observarunt 3. hæc præcepta; nullus homo erat perfectus, eò quòd defectus adhuc lateret, si fas est ita loqui, in ista plenitudine. Et hoc est, quod dicitur: *Et homo non erat ad colendum.*

Causa brevitatis annorum in Benajahu.

§. 14. Ex hac causa etiam Benajahu fil. Jehojada, quia erat ex Jesod Binah, mortuus est paucis annis exactis in omni revolutione sua. Et si dicis: Binah est de mundo masculino; quare ergo mortuus est in brevitate annorum: scias, quòd Binah possideat mundum Briah; Mundus Briah autem est sub pedibus Malchuth: Et ibi possessionem habet tanquam mater: Qualis autem Mater, talis Filia. Sensus est: Quamvis in Imma nulla planè sit mors, nec malum ullum; nihilominus cùm Geburoth extenduntur deorsum, tum faciunt operationes suas: unde patet, quòd hoc in loco, scilicet Briah, sicut Mater, ita Filia.

Revolutio Benajahu in R. Benaah. Asinus osseus.

§. 15. Benajahu autem puer ille fuit R. Benaah in revolutione: Et ille fuit, qui venit post R. Elieser sub forma Arabis super asino: ut alluderet ad Jesod, quod residet super Malchuth, juxta mysterium Gen. 49. 14. *Jissaschar, asinus osseus*; quasi dicat, innuit hîc Abrahamū, qui antequam fieret proselytus, vocatur אברם, cujus numerus valet גרם: Postquam autem factus esset proselytus, vocatum est nomen ejus אברהם, cui æquipollet חמר sive Vav, quod efficit 248.

§. 16. Sci-

§. 16. Scito autem quòd ſicut eſt Chamor ex parte dextra in ſanctitate, ita etiam in cortice eſt Chamor noxius: Sicut dixit R. Akiva, quod cùm adhuc fuiſſet plebejus, dixerit: Utinam eſſet mihi diſcipulus Sapientum, morderem cum inſtar aſini. Ita in latere ſiniſtro etiam eſt bos cornupeta. Unde apparet, bovem & aſinum à dextris eſſe & ſiniſtris in cortice. Et in ſanctitate etiam eſt bos, Pſ. 69, 32. *Taurus cornibus & unguibus praeditus*, & aſinus ex parte dextra ratione Abrahami, ſicut diximus. Chamor in parte dextra & ſiniſtra.

§. 17. Et nota, quòd & in Iſmaël fuerit potentia aſini: & quia rem habuit cum ſocru ſua, & cum maſculis, per revolutionem venit in aſinam, antequam reſtitueretur: nempe in aſinam Bileami, quæ mortua eſt in facto illo cum Angelo, ſicut dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, ſuper verba illa: Num. 23, 33. *Et ipſam vivificaſſem.* Et poſtmodum revolutione alia factus eſt aſina R. Pinchas, filius Jair. Inter ſcintillas etiam R. Pinchaſi erat Abraham, qui venerat ad reſtituendam Nepheſch Iiſmaëlis filii ſui. Et quia Iiſmaëlitæ ſunt fures & raptores, ideò furto ablata & captiva fuit triduo ſine cibo & potu, donec reſtitueretur R. Pinchaſo. Iſmaelis revolutio ultima in aſina Bileami. Nepheſch Iſmaelis reſtituta in R. Pinchas.

§. 18. Et Eſav fuit bos: Eſav enim in plenitudine ſua עֵ֥שָׂו cum tribus literis ſuis radicalibus, efficit 506. juxta numerum שׁוֹר bos. Ideò puer ille equitabat ſuper aſino, ſicut diximus. Et id eſt, quod innuit Jacob, cùm dicit Gen. 32, 5. *Et fuit mihi bos & aſinus*, quaſi diceret, Eſavum & Iiſmaëlem fuiſſe ſub ipſo: quin & innueret, illorum furculos, qui ſunt ſervus & ancilla. Et hoc eſt, quod dicit Scriptura Prov. 30, 22. *Propter ſervum cùm regnaverit, & ancillam, cùm fuerit hæres dominæ ſuæ:* ubi per ſervum intelligitur Eſav, ſicut dicitur Gen. 27, 40. *Et fratri tuo ſervies*; qui eſt Samaël, ſicut inquit R. Schimeon Jochaides, ſuper quo pax! Servus, id eſt, Samaël; & ancilla eſt ex Iiſmaël, ſcilicet Lilith, cujus numerus עֵ֥ת 470: Et iſtud eſt, quod dicit Scriptura Lev. 16, 2. *Et non ingrediatur in omni עֵ֥ת tempore ad ſanctitatem.* Intelligitur autem per עֵ֥ת tempus bonum, Rachel; per עֵ֥ת tempus malum Lilith. Adhæreat autem quilibet Iſraëlita temporibono, quod eſt Schechinah, quæ vocatur tempus beneplaciti. Eſav fuit bos ſub Jacobo, ſicut & Iſmael.

Cap. XLIII.

§. 1. Punctum literæ Samech majus fuit quam cæterarum, æquavitque magnitudinem Mem clauſi: Et poſt compreſſionem remanſit punctum, mox rediit facultas compreſſionis Infiniti, percuſſoque puncti medio ex iſta percuſſione prodierunt 18. puncta, juxta numerum trium Vavin, efficientium figuram Samech, quæ poſtmodum coaluerunt, & hanc produxerunt figuram.

Litera ם & ס quomodo coincidat.

§. 2. Scito autem figuram Samech non multum distare à figura ם, sicut etiam in plenitudine Samech invenitur מֵם & סָמֶךְ quæ efficiunt 60. juxta numerum ס. Unde apparet, quod Samech primò fuerit Mem, & ambo efficiunt 100. Si tolles novem puncta, remanent 91. juxta numerum vocis אמן, quod per mutationem retropositarum efficitur ex בנס: Nam post ב retrò sequitur א; post נ retro sequitur ם & post ס retrò sequitur ן. Literæ autem בנס efficiunt וכס 112. quæ tria nomina אהיה יהוה אדני.

Tabularum ortus.

§. 3. Porrò scito, quòd tabulę veniant ex Nezach & Hod de Imma, suntq; Nomen אהיה & Nomen יהוה, quæ æquipollent numero לוח cùm literis. Quare cùm tabulis insculperentur Samech & Mem, quæ sunt Nomina, יהוה & אדני eum אהיה, & literæ illæ coalescerent invicem, factum est hoc Nomen יאא והה ויו רהי juxta numerum בנס quod etiam est 112. Et illa 3. nomina simul sumta sunt Nomen unum duodecim literarum quod occultarunt Sapientes nostri bonæ memoriæ, sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in tract. Kidduschim: Nomen duodecim literarum: Ubi inquit Raschi bonæ memoriæ. Ego ignoro Nomen hoc. Et nota, unicuique Judæo affulgere lumen aliquod è tribus Nominibus istis in unum combinatis, quæ dominium habent in hominem in cogitatis, verbis & operibus ejus; & cùm quis justus est, eundem adjuvat Nomen יהוה in cogitatione ejus; reliquis autem hominibus spiritualibus אהיה opitulatur in verbo, & אדני in opere. Et si homo peccat juxta 4. gradus cogitationis, pro quolibet gradu peccati una litera separatur à Nomine, & contristatur pro eo: Et sic in 4. gradibus loquendi, & 4. operandi gradibus, atque occultantur ab eo, & ille homo relinquitur sine umbra, sicut dicitur Num. 14, 9. *Recessit umbra eorum ab ipsis.* Umbra enim in sanctitate est Nomen אלהים & יהוה, quæ cum 9. literis efficiunt 121. sicut vox צל adjecta unitate vocabuli 121. efficit. Et in immunditie sunt 121. combinationes Elohim, quæ cum Radice efficiunt 121. Atque istud est quod dicit Scriptura l. c. *Recessit umbra eorum ab ipsis, & Dominus nobiscum; ne timeatis eos.* Nam recessit ab ipsis umbra immunditiei: Nullum enim ipsis erat auxilium, ne quidem ab immunditie: Nobis autem adest umbra sanctitatis, sicut dicitur. Et יהוה *nobiscum*, i. e. Ipse & domus judicii ejus, quæ sunt יהוה & אלהים, quæ sunt umbra sanctitatis, sicut dicitur.

Nomen 12. literarum.

Nominis hujus vis & efficacia in justis.

Ejusdem nominis separatio à peccaminosis.

צל umbra, in sanctitate quid.

Umbra immunditici.

120. Combinationes אלהים in anima & corpore Judæi.

§. 4. Porrò scias, quòd 120. combinationes Elohim, quæ sunt in sanctitate, quiescunt super Israël; & Nomen אלוה obsignat animam Judæi, sicut dicitur in Sohar, Sect. Mischpatim super textu Exod. 21, 8. *Non dominabitur ad vendendum eum, si vestitus ejus fuerit in ea.* Quoniam vestitus Sancti illius Benedicti est Nomen אלוה quod est signaculum animæ in mundo existentis: Nam hoc Nomen ascendit descenditque in anima Judæi, & reliquæ literæ Nominis אלהים quæ sunt ים ascendunt descenduntque

Nominis אלהים syl-

in

in corpore. Imò etiam inter gentes mundi Nomen hoc יָם insculptum est corpori animæque eorum, sed literis inversis, ita ut loco יָם sit מִי. Et hoc Nomen scivit Parho, cùm diceret Exod. 5, 2. מִי *Quis Dominus, cujus vocem audiam?* Et propterea inquit: *Non novi Dominum.* Deinde Sanctus ille benedictus dicebat ad Mosen Exod. 10, 1. *Ingredere ad Parho, ut ponam signa mea* אֵלֶּה *in medio ejus.* Ne legas signa mea Elleh hæc, sed literas meas Eloah, quæ sunt literæ illæ reliquæ in nomine Elohim, nimirum אֵלֶּה propter יָם. Pergitque textus: *Et ponam illa in medio ejus*, ut in ipso excitent judicium, sciatque eas illæque & tibi manifestentur.

יָם laba inversa est in corpore atque anima gentium.

§. 5. Hîc sciendum est, Nomen אֱלֹהִים habere 120. combinationes; quælibet enim litera habet 24. combinationes: Atque adeò literis מִי combinationes sunt 48. unde Mizraim dicitur terra חָם. Literis autem אֵלֶּה competunt combinationes 72. juxta 72. combinationes versuum Ex. 14, 19, 20, 21. Vajissa, vajabo, vajet, quibus percutiebatur Parho & omnes exercitus ejus, in יָם (mari) unde literæ אֵלֶּה Elleh revera in medio ejus sunt in יָם. Unde patet, quòd tempore fissionis maris rubri combinatæ sint literæ אֵלֶּה Elleh, & יָם Jam, unde Nomen אֱלֹהִים Elohim integrum. Unde rectè dixit R. Akiba, quòd singulæ plagæ constiterint ex 5. plagis aliis, quæ sunt 5. literæ Nominis Elohim. Porrò patet, quòd si Israëlita quidam peccet per modum irrisionis, omnes illæ 120. cõbinationes Elohim invertantur in pœnam ejus, quoniam ipse invertit צֵל umbram in לֵץ irrisionem, unde & illæ vertuntur ipsi in judicium & afflictiones veniunt super eum: Atque istud est, quod dicit Scriptura Proverb. 21, 24. *Superbus elatus, derisor nomen ejus*, quasi diceret: Superbus jactitat quod non est in eo; sic derisor irridet verbis mendacibus. Et hoc est, quod ait Scriptura Eccles. 8, 13. *Bonum non erit impio, & non prolongabit dies tanquam umbra, qui non timet à facie Elohim.* id est: Sicut umbra impuritatis, quæ non timet à facie Elohim: Ideoque & illud invertitur super eo, ut adversetur malitiæ ejus: Verbi autem כְּצֵל sicut umbra, etiam sunt literæ כְּלֵץ sicut derisor, ut diximus.

Ægyptus quare vocetur חָם

Literæ אֵלֶּה percutiebant Ægyptios, addita יָם syllaba.

Israelitæ apostatæ invertuntur 120. combinationes Elohim.

צֵל irrisoris vel apostatæ vertitur in לֵץ

§. 6. Repeto autem, quòd Nomen אֵלֶּה sit sigillum animæ: Et si cum Vav scribitur, efficit 42. quæ indigitant nomen אַבְגִיתָץ ex quo constituitur homo, & 42. literæ modò dictæ insculptæ sunt capiti hominis: Et designantur 42. dictionibus, quæ sunt in *Audi Israël* &c. Deut. 6, 5-9. incipiendo à voce וְאָהַבְתָּ Deut. 6, 5. *Et diliges* &c. usque ad vocem וּבִשְׁעָרֶיךָ vers. 9. Ista enim sectio correspondet capiti hominis.

Nomen אַבְגִיתָץ insculptum capiti hominis.

Caput hominis designatum in verbis.

Brachia hominis designata in verbis Deut, 11. 13-16.

§. 7. Et à verbis Deut. 11, 13. והיה *& erit* &c. usque ad verba ושמתם *& ponetis* v. 18. sunt dictiones 72. quæ correspondent brachiis hominis. Et à verbis דברי ibidem vers. 18. usque ad verba כימי חשמים על הארץ sunt voces 50. quæ correspondent ventri hominis. Et à verbis Num. 15, 37. ויאמר usque ad finem sectionis sunt 72. dictiones, quæ correspondent cruribus cum fundamento fœderis sancti. Unde patet, quòd in homine sint 42. 72. 50. & 72. quæ efficiunt 236. adjectisq; 12. vocibus in Audi Israël cum Baruch schem, &c. ecce 248. Et si quæris, quomodo in brachiis & cruribus sit Nomen 72: Scito nomen crurum esse oculatum hoc modo.

Venter hominis itidem designatus. Item crura.

Quare in brachiis & cruribus hominis sit Nomen עֹב



Et quilibet circulus 3. habet coronas, & omnes circuli sunt 24. Coronæ autem sunt 72. Et horum Nominum 3. sunt genera, nempe tria Nomina הויה oculata, quæ sunt נהי de Imma: unde patet, esse 72. circulos, & 216. coronas; sicut in Nomine Vajissa, Vajabo, Vajat sunt 72. nomina & 216. literæ. Et scito, cùm illa נהי de Imma intrant in caput Seir, tunc Nezach & Hod effulgent è foraminibus oculorum in Seir. Et hoc est quod dicitur in Tikkunim, Tikk. 18. Nezach & Hod Immæ sunt 2. oculi Seir. Unde patet, quod Rachel, quæ est Malchut ejus, oculos non habeat: id quod innuitur tractatu de Sene Sect. Mischpatim: Juvencula pulchra oculis carens, quod est arcanum Rachel. Unde necessum est homini, qui dicit Audi Israel, & in specie Sectionem Vajomer, ut attentionem dirigat in oculos Seir inibi indigitatos, quippe qui lumen accipiunt ex נהי Immæ per 3. Nomina הויה suprà dicta: Et dum intueri debet Zizzith, qui sunt capilli Rachel, ut dealbentur, & in eos intret lumen ex oculis hominis, qui sunt similitudo oculorum Seir. Et oportet assumere Zizzith manu sua pectoretenus; quoniam ibi est foramen prodiens è Seir in caput uxoris suæ: Istud foramen enim in pectore est, transitque in regionem contrariam foras per spinam dorsi; & exinde lumen affulget uxori: Ibi enim intrat in caput uxoris ejus, eamque illuminat per posteriora capitis ejus; contiguum enim est caput ejus huic foramini, obversis scilicet posterioribus; & exhinc assugit omnem affluentiam. Quando igitur homo aspicit Zizzith, tunc in illam ingreditur lumen per pectus, sicut diximus. Unde patet, quod homo attrahat lumen ex נהי Imma intra oculos Seir, quod deinde pergit per dictum foramen in caput Rachel, ubi illuminantur oculi

Nomina tria הויה oculata. Nezach & Hod Immæ sunt duo oculi ת"ס Seir.

Puella pulcra oculis carens.

Capilli ejus puellæ.

Lumen transiens ex Seir in Uxorem ejus,

ejus,

ejus, quæ ſunt Chochmah & Binah Rachelis. Hinc ſequitur, quòd adoleſcentula illa pulchra oculis carens oculos accipiat per intentionem hujus aſpectus.

Cap. XLIV.

§. 1. Punctum literæ Ain dividitur in duo, quorum dextrum prius extenditur prolongando lineam ſuam ultra terminum, quod tamen cùm videt, mox cupit duplicari linea illa, iterumq; aſcendere: Eodem igitur tempore deſcendit linea ſecunda, quæ erat pars altera ſuper lineam iſtam aſcenſuram, quod ipſi non permittit propter gravitatem ſuam, unde quieſcit ſuper ea, & relinquitur curvatura inferiùs, unde prodit figura ע.

§. 2. Et ſi quæris, quare punctum ejus biſecetur, ſcias iſtud punctum includere myſterium duarum perſonarum, quæ ſunt Mas & Fœmina. Perpetuò autem in literis potentia maſculi minor eſt quantitate, quam potentia fœminina, eò quod omnes literæ myſterium fœminitatis in ſe habent; ſicut enim fœmina gignit, ita etiam literæ plenitudinibus ſuis literas alias generant. Unde potentia maſculi minor eſt, quæ eſt linea ſecunda in Ain minor altera: Nam linea prima major ſimilis Nun eſt fœmina, & linea altera parva, quæ ſimilis eſt Sain innuit maſculum.

Cap. XLV.

§. 1. In litera Pe latet myſterium converſionis. Sicut enim pœnitentem oportet incurvare caput ſuum & pudefieri, atque extendere manus ſuas; ita punctum Pe, quam primùm prodiit, voluit aſcendere ultra locum ſuum, cumque non poſſet, iterum deſcendit incurvato capite deorſum intra ſe hoc modo ק. Deinde ex eodem Puncto, quod voluerat aſcendere, alia prodibat linea ad dextram deflectens ſuper caput hujus literæ, cumque in latitudinem excurreret, circa latitudinis terminum augebatur lumen ejus, ita ut ex illa deorſum deſcenderet linea in longum protenſa, usque dum terminum transgrederetur; ubi regreſſa conduplicabatur ſurſum & hoc eſt tectum inferius ſub Pe.

Cap. XLVI.

§. 1. Litera Zade conſtat è duobus punctis combinatis ſub myſterio duarum perſonarum, quarum poſteriora connectuntur, anteriora vero hîc orientem illic occidentem reſpiciunt. Nam Jud figuræ Nun in ץ faciem ſuam vertit ad orientem, & Jod alterum, quod ſuper Nun eſt, verſus occidentem, & ex duob. his punctis dextrum formatur quaſi figura ב ob gravitatem Jod ipſi incumbentis; & hæc innuunt mundum hunc, cujus Providentia

& Influentia fit à tergo. In mundo venturo autem post vivificationem sic non erit, sed ibi erit facies ad faciem, quò respicit plenitudo hujus literæ quæ est ד ubi Daleth respicit & intuetur Jud sibi appositum de facie ad faciem.

Cap. XLVII.

§. 1. De litera Kuph scito punctum hujus literæ in longum fuisse protensum sicut Nun finale, & quoniam auctum est lumen in eo, in lineam deorsum tendentem, ideò hæc separavit se à puncto; cumque punctum videret lineam à se separari, tum protensum est in sinistram usque ad terminum latitudinis, prodiitque ex ipso linea parva ad instar Daleth, quoniam jam egressa erat ex ipso linea magna, unde debilitabatur facultas ejus.

Cap. XLVIII.

§. 1. Punctum literæ Resch habebat lumen diminutum, ita ut rectà de se non posset producere lineam, ideò abiit in latitudinem sinistrorsum.

Cap. XLIX.

§. 1. Litera Schin est litera veritatis; sicut enim in mundo dispositio hinc Chochmah, illinc Binah, & in medio Daath, atque sic hinc Chesed, illinc Geburah, & in medio Tiphereth: sic in Schin 3. sunt puncta, hinc unum, illinc alterum, & in medio tertium. Et ex litera Schin creatus est mundus, quatenus denotat Nomen שדי, quod ad mundum suum dicit: די sufficit.

§. 2. Et scias, quòd ex quolibet horum 3. punctorum prodierit linea, quasi forent tres lineæ: Et quia lineæ illæ bilanci sunt similes, ideò combinandæ erant simul, sicut Nezach & Hod combinantur cum Jesod: Hæc conjunctio tamen sic facta est, ut dextra, quæ protendebatur sicut Nun finale, conduplicaretur sicut Nun curvum, duplicatur versus lineam vicinam: Et sic quoque linea sinistra; mediana autem locum non inveniebat ad conduplicationem nec ad dextram nec ad sinistram, unde colligebatur, & contrahebatur inter duo Nunin suprà dicta. Unde locus conjunctionis literæ mediæ crassior est reliquis: unde dicunt figuram Schin esse Nun; habet enim in se duo Nun & Vav in medio.

Cap. L.

§. 1. Cùm punctum literæ Tav extenderetur, prodibat ex illo linea in longum

longum ſicut Nun finale, & quia augebatur longitudo lineæ protractæ, quæ etiam non tam magna erat ut Nun, ideò ſeparabatur à puncto. Et cùm punctum videret, quòd linea ſua à ſe ſepararetur, hoc in ſiniſtrum abibat, usque ad terminum latitudinis literæ, & ex illo prodibat linea parva, ſicut ר Reſch. Linea autem longa ſeparata cùm videret ſe eſſe ultimam literarum, nec aliam ſequi literam, quæ ſe integeret, timuit ne fortè ſibi adhæreſcerent judicia, hinc conduplicabatur linea pro dimidio longitudinis; metuebat enim ulteriùs duplicari ſicut fecerant reliquæ, cùm ante ſe non videret literam aliam; ideò contrahebatur. Metuebat autem judicia; ideò ulteriùs duplicari nolebat, & in duplicatura ſua paululum contrahebatur.

Cap. LI.

§. 1. Facto ſic Alphabeto primo perſonæ אא"ל de quo diximus, deinde producta ſunt 231. Alphabeta anteriora & 231. poſteriora, quæ ex hoc Alphabeto combinata, exſculpta, permutata & ponderata ſunt invicem, finito ſcil. Alphabeto integro. Ex Alphabeto primo perſonæ אא"ל factæ ſunt 432. Alphabetha reliqua.

§. 2. Atq; ſic factæ ſunt undecim perſonæ, quæ ſunt Cether, Chochmah, Binah, Daath, Gedulah, Geburah, Tiphereth, Nezach, Hod, Jeſod, Malchuth, ſicut ſcribit Autor Canphe Jonah part. 3. his verbis: In mundo vacui ſeu deſtructo dicitur, Decem & non Novem, Decem & non Undecim: Sed in mundo diſpoſito ſeu reſtituto ſunt 10. & ſunt 9. & ſunt 11. Et ita etiam quod ſuperiùs eſt, extra Tehiru ſive ſplendorem, reputatur pro mundo diſpoſito, quoniam hæc deſtructa non ſunt. Et quanquam per diſpoſitionem ex uno facta ſint duo ſub initium mundi diſpoſiti, nihilominus ſupra circulum omnia habentur pro mundo diſpoſito, & nulla ibi corruptio. Undecim Perſonæ. In Mundo Tohu 10. Numerationes; in Mundo Tikun 11.

§. 3. Quælibet autem perſona continet 462. literas: & אא"ל כם ſemper invenitur in medio cujuslibet perſonæ ſingularum literarum: Eſtque centrum & vita cujuslibet perſonæ: & propterea alimentum & ſuſtentationem atque ſtationem habet ex ipſo Nomine יהוה ita ut יה in 231. anterioribus, וה in 231. poſterioribus inveniuntur, ſicut dicetur, cùm de elevatione veſtis ſub myſterio תוהו ובוהו agendum erit. Cujuslibet Perſonæ Alphabeticæ ſtatus ac conditio.

§. 4. Suntque undecim perſonæ anteriores usque ad Lamed, & 231. Alphabeta poſteriora ſunt 11. perſonæ à tergo ſpectatæ à Lamed usque ad Tav. Perſonæ antrorſum & retrorſum ſpectatæ.

Cap. LII.

§. 1. Lux iſtius veſtimenti vibrat per omnes mundos, atque hoc vocatur חוט של חסד filum benignitatis, quod deorſum vergit manè: & media nocte pariter deſcendit è duabus medietatibus veſtimenti antica & poſtica, poſtquam poſtica ſubſtollitur poſt anticam; atque hinc exiſtit Filum benignitatis.

exiſtit Exhilaratio juſtorum cum Sancto illo Benedicto in horto Eden, & excitatio copulæ.

Quid intelligatur per Exhilarationem in Sohar.

§. 2. Et ubicunque de Exhilaratione dicitur in Sohar, ibi de hoc mundo intelligendum: Et quicunque fruitur hac influentia, ſcit quid fuerit, & quid ſit, & quid futurum ſit.

Explicatio textus ex Sohar novo Midraſch Hanneelam.

§. 3. Atque ideò dicitur in Sohar novo Midraſch Hanneelam: Sect. Breſchith: Lucem illam, quam creavit Sanctus Benedictus ille initio, intuebatur Adam, & viſu penetrabat ab initio mundi usque ad finem ejus. Veni, obſerva. Fulgur Solis pars una eſt è ſexaginta millibus & ſeptuaginta quinque partibus illius ſplendoris ſpecularis illius lucis, quæ recondita eſt; & tamen ne hunc quidem Solis fulgorem homo contueri poteſt; quantò minùs putandum de ſplendore illo. Quod autem dictum eſt, hominem per illum vidiſſe ab initio mundi usque ad finem ejus, ita definitum eſt noſtra theſi; quòd per illum ſplendorem homo ſcire potuerit & per lumen ſapientiæ videre, quid ſit & quid futurum ſit ab initio mundi usque ad finem ejus: Sed iſte reconditus eſt pro juſtis in mundo venturo. Quomodo in mundo venturo. Quando ſcil. egreditur anima ſancta ex hoc mundo, tum vadit per eum in mundum venturum. Senſus eſt, quòd ſtatim ſciat, qua via eatur in hortum Eden, & qua via commoretur Lux horti Eden: quoniam tenebræ id eſt Gehenna circundant hortum Eden omnesque homines oportet per illam viam ambulare: in illa autem Luce cùm fiducia quis ambulat in viam ſuam, *vadens & lucens usque ad ſtatutum diem*, Prov. 4, 18. Veni, vide. Scriptum eſt: Exod. 34, 28. *Et fuit ibi cum eo* יהוה *quadraginta dies & 40. noctes, panem non edit & aquam non bibit.* Quam ob cauſam? Ut frueretur illo ſplendore: Et quamvis deſcenderet inde & illa fulgiditas cum ipſo non deſcenderet; tamen non poterant intueri faciem Moſis, prout antea aſpexerant illam: Cùm enim ibi fuiſſet, facies ejus remanebat fulgida ad inſtar Solis. Hæc ibi. Ideò dicit: Portio exſculpta ibi contecta eſt, quaſi diceret; mundum veſtimenti vocari portionem exſculptam, quia ſculptura & determinata figura literarum ibi contegitur & abſconditur. Et illam quidem portionem aſſecutus eſt Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax. Sed hæc eſt ſemita quinquageſima, quam non aſſecutus eſt Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax, ſicut dicitur Job. 28, 7. נתיב *ſemita, quam non vidit avis.* Nam נתיב per Gematriam efficit bis 231. antrorſum & retrorſum.

Sculpturæ tegumentum.

462. Alphabeta in vocabulo נתיב.

Initium Sohar explicatur.

Moſis ſcintilla in R. Schimeon.

§. 4. Et hæc ſculptura indigitata eſt in Sohar, ſub initium h. v. ſub initium imperii Regis ſculpſit ſculpturas ſuas in ſplendore excelſo. Senſus eſt hic: רשבי R. Schimeon bar Jochai ſuper quo pax, denotatur voce בראש ſub initium, per Notarikon (literis transpoſitis.) Ipſe enim erat ſcintilla Moſis Magiſtri noſtri

ſuper

ſuper quo pax & ambo pertigerunt usque ad regimen atque imperium judicii ſculpti, quod exaratum & coagulatum eſt in myſterio circuli, qui vocatur Tehiru illaah, ſplendor excelſus. Anima quippe ejus ſcintilla erat ex anima Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax; & generatio ejus erat generatio ſcientiæ. Unde in Sohar Sect. Schelach lecha venit in hortum Eden cum diſcipulis ſuis viditque ibi excellentiam generationis deſerti, unde inquit: Nec fuit generatio huic ſimilis, niſi generatio deſerti. Et propterea conſcripſit Librum Myſterii, cujus 5. capitula correſponderent 5. libris Legis ſcriptis à Moſe Magiſtro noſtro ſuper quo pax. Idem quoque innuitur fuga ejusdem propter Cæſarem, de qua in Tract. Schabbath: Schimeon occidendus erat, ſicut Parho volebat occidere Moſen, fugitq; à facie ejus, ſicut dicitur: Exod. 18, 4. *Et eripuit me à gladio Parho.* ibique aſſecutus eſt perfectionem ſuam in deſerto: ſic quoque R. Schimeon Jochaides, ſuper quo pax, aſſecutus eſt perfectionem ſuam in deſerto Lud, ibique apparuit ipſi Deus. Sed plura de his infrà parte ſecunda. Vide & Sohar Ruth.

Cap. LIII.

§. 1. Veniri non poteſt ad intellectum creationis hominis niſi per myſterium literarum. — Creatio hominis in myſterio literarum.

§. 2. Literæ autem iſtæ creatæ ſunt per myſterium Cheſed, Din ve Rachmim, benignitatis, judicii & miſerationum, id quod vocatur חדרי המלך concalve Regis: Stantque in figura ſimilitudinis humanæ, cum omni membrorum perfectione, ut mas & fœmina: quamvis ibi nihil corporei, quod abſit! Sed literæ lucis in hac ſtant figura & ſimilitudine in quolibet mundo; donec deveniatur ad figuram hominis corporei omnibus ordine ſupra ſe invicem atque lineatum diſpoſitis. — Conclave Regis. — Literarum ſitus ac figura.

§. 3. Literæ autem diſpeſcuntur in 3. partes, Cheſed, benignitas in dextra, Din judicium in ſiniſtra, & Rachmim miſerationes in medio. — Literarum tres partes.

§. 4. Colores quoque earum coruſcant pro illarum natura & imagine: Si ſcil. literæ ſunt albæ, denotant Cheſed, quod eſt benignitas, & ſunt rectitudo: ſi autem literæ ſunt nubefactæ per myſterium קרן חפוך *cornu ſtibii*, Job. 42, 14. denotant Din, judicium: Et ſi ſunt flavæ, Rachmim denotant & miſerationes; quò pertinet illud: de Anima David: Jeſ. 19, 22. *percutiendo populos & ſanando Iſraël.* — Colores literarum.

§. 5. In manu dextra ſunt literæ Cheſed, benignitatis, pro admovendis remotis; literæ autem & nomina, quæ in ſiniſtra manu, amotioni inſerviunt. — Literarum Cheſed & literarum Din effectus.

Literarum Capitis effectus.

§. 6. Et ex literis, quæ in capite, aliquæ inſerviunt ad ſpeculationes Sapientum, & ad inveſtiganda myſteria operis Merkavæ & operis Breſchith; & aliquas accipiunt principes Legis, ſicut יפיפיה Princeps Legis & יופיאל qui ad crura refertur, ut exaltatio fieri & incedi poſſit ſuper excelſis populorum mundi, & reſtituatur, quod Samael perdidit dum percuſſit acetabulum femoris Jacobi, juxta illud: 1.Sam.15,29. *Et etiam Nezach Iſraël non mentietur:* Hic enim eſt locus victoriæ & locus viſionis videntium. Sunt tamen etiam inter nomina crurum & pedum quædam pro ſaltu in via, & ſimilia. Sapienti ſatis.

32. Semitæ Sapientiæ. Lux Ænſophica, Turris in aëre volitans.

§. 7. Et in iſtis mundis Infiniti, qui benedictus ſit, nihil invenitur niſi literæ Alphabetorum & ipſarum combinationes: Nam 22. literæ diſpeſcuntur in 10. perſonas, unde in univerſum fiunt 32. quæ ſunt ſemitæ Sapientiæ: Nam lux אל, quæ eſt Perſona אל in אל־בם, eſt lux Æn Sophica deorſum coruſcans: Sic & Lamed in אל eſt turris volitans in aëre Æn Sophico, qui eſt ipſa ſubſtantia.

5. Perſonæ in Mundo Aziluth.

§. 8. Sed in mundo Aziluth, de quo ſcriptum eſt Gen. 5, 2. *In He creavit eos*, i. e. in 5. perſonis; Omnia conſtruuntur per myſterium Nominum ſcriptorum in Lege, quæ ſunt 10. Nomina indelebilia, ירוד אהיה ארני אלהים & plenitudo eorum, & plenitudo plenitudinis eorum, & ſimilia. Et de mundo Aziluth dictum eſt Jeſ. 43,10. *Ego ipſe*, & non alius. Omninò tamen cum iſtis conjunguntur generationes 231. anteriorum & poſteriorum, & ex contextura horum etiam fiunt 5. perſonæ Adami ſancti, ubi malum nullum dominatur.

Combinationes Legis in Mundo Briah.

§. 9. Et in mundo Briah ſunt combinationes Legis juxta verſiculos ejus & nomina Legis dominantur ibi, ſed verſiculi non ſcribuntur ibi ſuo ordine, ſicut dixerunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ: Niſi Lex ſcripta eſſet ſecundum ordinem, ſed per nomina & ipſorum combinationes, tunc homo in ipſa legens poſſet vivificare mortuos. Et quando Aziluth fulget in Briam, Lex quæ in Briah, in perfectione eſt.

In Mundo Jezirah Angelorum nomina pateſcunt ex univerſa Lege.

§. 10. In Jezirah autem Lex tota conſiſtit in myſterio Angelorum emiſſorum ad operandum operationes ſuas, & ut ſtent in cuſtodia pro neceſſitate mundorum inferiorum: Et quælibet litera Legis eſt initium vocis Nominis alicujus Angelici; ſicut in textu illo: Gen.32,2. *Et dixit Jacob, quando* ראם *vidit eos caſtra Dei hæc*; ubi vox Raam denotat Raphael, Uriel, Michaël. Et hac ratione quoque ex voce שמי proveniunt Schmuel, Metatron, Jehuel, quæ ſunt cerebra in Jezirah. Prodeunt tamen etiam Nomina ex Lege Angeliq; per myſterium computi numeri minoris, quæ omnia ſunt myſterium in Jezirah. Myſterium computi enim eſt myſterium aquarum fœmininarum. Præterea quoq; ſtant ibi 10. catervæ juxta ſimilitudinē hominis.

In Mundo

§. 11. Ad Aſiam autem pertinet myſterium Themurah conſiſtens in permu-

permutatione Alphabetorum. Huc pertinet illud Lev. 27, 10. *Ne permutet bonum cum malo.* Malum enim prævalet ibi: *Quòd si permutando permutaverit, ipse & permutatio ejus ſancta erunt.* Aſiah myſterium Temuræ.

CAP. LV.

§. 1. Unde colligendum, omnes mundos eſſe literas & nomina; qui autem autor eſt omnium, Nomen non habet. Et propterea Elijahu dicit in Tikkunim: Tu unus & non in numero, nec litera vel ſimilitudo ullâ. Omnes Mundi ſunt literæ & nomina. Infinito nomen haud competit, nec numerus, vel ulla ſimilitudo.

§. 2. Et hinc ſcimus & intellectu noſtro formamus diſtinctionem, quæ eſt inter autorem omnium & mundos: Et de hoc dicitur Jeſ. 40, 18. *Et quam ſimilitudinem attribuetis ei?*

§. 3. Et mundus iſte veſtimenti differentiam oſtendit: Eſt enim veſtimentum intimum, quod propinquius eſt Subſtantiæ Ejus, qui benedictus ſit & veſtimento huic nomen eſt generale, nempe אור פניאל lux facici Dei, intellige faciei Subſtantiæ Ejus, qui benedictus ſit! quaſi dicatur, hanc veſtem fieri è luce faciei Subſtantiæ ejus, qui benedictus ſit, quæ incipit in perſona אל. Et hoc nomen operatur operationes & æquipollet per Gematriam voci מלבוש veſtimentum & חשמל pruna. Et cùm deorſum coruſcat in mundum Jezirah, prodit ab eo Angelus quidam nomine Autori ſimilis: prodeuntque ab eo 378. Angeli juxta numerum nominis ejus, qui ſunt animalia ignea loquentia: quando Iſraëlitæ perficiunt voluntatem DEI, qui locus eſt omnium, apologiam pro Iſraëlitis edunt: & ſtatim tegumentum & veſtis ejus exit in omnes mundos, eripitque & protegit eos, ne viciniùs accedant cortices, & contingant, quod abſit! Sanctitatem. Atque ſic iſte exiſtit ſub myſterio Angeli legationem exequentis; non autem ſemper præſens ibi manet: Superius autem eſt ſub myſterio Nominis, nec locum inde mutat. Eſtque & aliud ipſi nomen ipſum includens, quod eſt בוו וצ מרכד cui ſunt 10. literæ pro numero decem Sephirarum, excepta perſona אל, quæ eſt filum Æn Sophicum, & propterea non de numero: continetque numerum 380. ישע. Et de hoc dicitur Jeſ. 61, 10. *Veſtimentis ישע ſalutis, pallio juſtitiæ involvit me.* Veſtimenti interni nomen. Veſtimentum duplex.

§. 4. Nam David Rex, ſuper quo pax, oravit pro adipiſcendo involucro veſtimenti hujus, quod vocatur סוכת שלום tabernaculum pacis; Et in voce בשלום continentur literæ מלבוש veſtimentum: Unde huc dirigenda eſt intentio in fine orationis 18. formularum; ubi dicitur: Qui benedicit populo ſuo Iſraël בשלום in pace. Tabernaculum pacis in בשלום & מלבוש.

§. 5. Et hoc deſcendit in caput Antiqui Sancti, & ab Ipſo deſcendit influentia in omnes mundos à Spiritu Naſi Antiqui, à Luce ſcil. influentiæ veſtimenti. Et de hoc inquit R. Schimeon Jochaides, ſuper quo pax, in Libro Myſterii. Et inde excitatur Spiritus pro omnibus. Veſtimenti deſcenſus & influentia.

Nomen extremitatis & cur sic vocetur.

§. 6. Et hoc Nomen vocatur שם הכנף nomen alæ seu extremitatis ob duas causas, quarum prima, quia prodit ab initio & fine versiculorum Sectionis primæ Geneseos usque ad verba יום אחר continetque extremitatem versiculorum, initium nempe & finem. Secunda ratio est, quia corroborat alas animalium, quæ defecerunt propter peccata nostra; ipsumq; alis suis tegumentum est super capita populi sancti & super omnes mundos, ita ut nullus adversarius, nec ullum accidens malum quicquam efficere possit. Hinc dicitur Deut. 32, 11. 12. *Sicut aquila, quæ excitat nidum suum super pullos suos, motitabit se, expandet alas suas, accipiet eum, portabit eum super alam suam. Dominus solus ducet eum, & non cum eo Deus alienigena.* Id est, tempore venturo lumen hoc affluet Israëlitis solis, & Nomen suprà dictum operabitur in amorem ipsorum qui sciunt originem ejus.

Nominis ejus effectus & operationes.

§. 7. Ipsum quoque protegit à latronibus & ab omni casu maligno, si homo consuat illud in fimbriam vestimenti sui cum aliis vocibus huc requisitis. Et cùm viderit hostes, accipiet fimbriam manu sua illamque elevabit supra caput suum adversus hostes. Et ratio est, quoniam vestis superiùs est super caput omnium mundorum, & contexta est sicut vestis sub mysterio quadrati juxta mysterium Nominis יהוה quod quadratum est.

Schechina inter duos vectes arcæ.

§. 8. Et hæc vestis vocatur Schechina i. e. locus ubi habitat יה antrorsum & הו à tergo. Atque istud est, quod dicunt Sapientes nostri bonæ memoriæ; Contraxit Schechinam suam inter duos vectes arcæ, quæ sunt duæ medietates vestimenti. Et Sapienti satis.

Alii effectus ejus Nominis sive Vestimenti.

§. 9. Porrò quoque & aliud tibi manifestabo mysterium magnum circa effectus nominum, aperiamque aures tuas, ut audias verba DEI viventis Regisque mundi: Sed partem tantùm audies, non omnia, ne ista homines indecenter adhibeant. Scito ergo operationem Alphabetorum hanc, si creare voles molem aliquam aut juvencam triennem sicut Abbaja & Rabba bonæ memoriæ, qui id fecerunt consensu Regis omnium Regum: Consecuti enim erant veniam à Senatu Sancti illius Benedicti, & concessum ipsis erat usu contrectare coronem Regis omnium Regum impune. Oportet ergo operatorem combinare cum Alphabeto integro Nomen יהוה cum quinque vocalibus quæ sunt Schurek, Patach, Chirek, Tsere, Cholem. Circumvolvat ergo primò personam א cum omnibus literis ejus cum ipso combinatis sub vocali Schurek, ut אּ: deinde secunda vice אּ mox אּ porrò אּ iterum אוּ donec absolverit literas Aleph cum Jod Nominis tetragrammati. Deinde hoc ordine procedat cum He ejusdem Nominis, & porrò cum Vav, tandemque cum He, & sic eodem ordine omnes literas reliquarum 21. personarum tractet. Caveas autem ne erres pœnamq; incurras; si enim inverso ordine illas leges, terra te deglutiet. Scias autem porrò, quòd si facturus es corpus, dicere debeas

literas

literas illas quas dixi. Nimirum cùm facturus es corpus ipsum, dicas personam ℵ cum literis ejus, prout tibi ostendi: Et cùm facies viscera, combines literam Mem: & caput facturus, combines personam Schin: ad formandum os combines Beth: ad oculum dextrum personam Gimel; ad oculum sinistrum He; ad genam dextram Caph; ad genam sinistram Pe; ad aurem dextram Resch; ad aurem sinistram Tau: ad manum dextram ה: ad manum sinistram ו: ad pedem dextrum Sain; ad pedē sinistrum Cheth: ad renem dextrum Teth; ad renem sinistrum Jod; ad epar Lamed; ad fel Nun; ad lienem Samech: ad stomachum Ain: ad œsophagum Zade: ad ingluviem sive laryngem Kuph. Qui autem operari vult in Libro Jezirah; purificet se ipsum vestibus albis & puris, & ne operetur solus, sed cum socio vel duobus. Scriptum est enim Gen. 12, 5. *Et animam quam fecerant in Charom:* Et alibi scriptum est Eccl. 4, 9. *Præstant duo uni:* iterumque scriptum est Gen. 2, 18. *Non est bonum, hominem esse solum.* Unde Lex quoque incipit per literam Beth, cùm dicitur: Breschith bará &c. Porrò jejunia quoque nota nobis præmittat cum cæteris applicationibus mentis huic operationi debitis. Deinde accipiat terram virginem in loco montano, ubi nemo fodit unquam, subigatque pulverem purissimè cum aqua viva, faciatque massam quandam rotundam, volvatque per combinationes Alphabeticas 231. portarum singulis literis seorsim sumtis, cum litera Nominis punctoque suprà dicto, incipiatque cum eo, & pervolvat primò Alphabetum, sicut dictum, & deinde revolvat per compositionem vocalium Schurek, Patach, Chirek, Tsere, Cholem, semperque revolvat Nomen cum ipsis vocalibus totumque Alphabetum, modò supra dicto, donec absolvat personam literæ Aleph. Et sic combines literam Beth cum Nomine, pariterque literam & personam Gimel, atque ita omnes usque ad 21. Alphabeta literæ Thau: Et omne membrum cum litera in illo figurata. Omnia autem fiant in puritate & sine errore sive in literis sive in punctis, multò minus in revolutione literarum Nominis. Rectæ enim viæ Domini, & justi ambulant in eis, transgressores autem cespitant in eis.

Dignitas operantis secundùm Nomen illud.

§. 10. Et qui novit ordinem operandi Libri Jezirah, amatus erit superiùs & inferiùs, hæresque erit duorum mundorum, sicut dicitur Prov. 8, 21. *Ad hæreditare faciendum diligentes me, Jesch, & thesauros eorum replebo.* Per illas enim creavit Æn Soph omnes mundos, omnemque ordinem Jezirah corporalem & spiritualem. Et id ipsum est, quod dicitur in Libro Jezirah: Et formavit per illas omne formatum, sicut dicitur Jes. 43, 7. *Omnis qui vocatur nomine meo, & ad gloriam meam creavi eum, formavi eum, etiam feci eum.* Et dicitur Jes. 26, 4. *quia in Jah* יהוה *est fortitudo seculorum.*

CAP. LVI.

Personarum אל בם notiones ac relationes.

§. 1. Porrò scias, quod persona אל ex אל בם quod est filum Æn Sophicum, quod benedictũ sit notio Cether: Et invenies, quod בם 11. plus cõtinet quàm אל juxta numerum 11. parium in אל בם qui correspondet 10. Sephiroth & filo Æn Sophico, quod in eo: בם autẽ est notio Chochmah in vestimento. Et sic גן 11. plus continet quam בם estque Binah in vestimento: pariter & רס quæ est persona Daath & חע quæ est notio Chesed, & וף Geburah, ubi simul per Gematriam continetur nomen אלהים quod est judicium Geburæ respectu Æn Soph, item זץ quæ est notio Tiphereth, & חק Nezach: at טר quod est Hod 101. plus continet quàm חק secundum numerũ מיכאל qui utitur superiore vestis medietate: estque sacerdos magnus, qui suprà est, & animas justorum sacrificat coram Sancto illo Benedicto, quando ex hoc mundo egrediuntur. Id sic intellige, quòd illis notum faciat tradátq; mysterium operationum hujus Vestimenti, ut sciant viam omnium mundorum, norintque quod præsens, præteritum & futurum est, videantque ab uno mundi extremo usque ad alterum.

Michaelis munus.

Literæ oculares.

§. 2. Et propter magnam lucis potentiam literæ ibi fiunt sub forma circulorum & signaculorum ocularium, quæ adhibentur in amuletis; & omnes etiam vocantur Domini oculorum. Et hoc est luminare providens ad illuminandum omnes mundos: estque fons illos irrigans mediantibus multis aulæis & cortinis, quæ in Sohar vocantur פרסה expansum.

פרסה in Sohar.

Personæ Hod influentia haud cessans post vastationem Sanctuarii.

§. 3. Et ab illo die, quo vastata est domus Sanctuarii, non recessit Schechina ab uno Cherub: Et propterea incipiunt radicalem accipere influentiam à Persona Hod, sicut dicitur Thren. 2, 3. *Redire fecit retrorsum dextram suam à facie inimici*; & alibi dicitur, Dan. 10, 8. *Et Hod gloria mea versa est in me in corruptionem*, & versa est ab ordine trutinæ, id est, à puncto Segol in punctum Schurek. Sapienti satis. Et hîc quoque aliquid vitiatum est, donec effundatur super nos Spiritus ex alto in solatium nostrum. Sed ad rem.

Puncti Schurek ortus ex puncto Segol.

§. 4. Ita יש 101. plus continet quam טר & est notio Jesod: ubi pariter innuitur mysterium, de quo supra facta est mentio in notione Hod. Et propter 3. illas Sephiroth, quæ inversæ sunt ab ordine lancis, nimirum נרן formatum est punctum Schurek, quod sunt 3. puncta obliqua, quæ depravata sunt per peccata nostra è statu quo fuerunt illo tempore, cùm templum adhuc staret, nimirum in forma Segol, sicut dicitur Exod. 19, 5. *Et eritis mihi* סגלה *peculium præ omnibus populis.*

§. 5. Tandem כת est notio Malchuth & 110. plus continet quam יש juxta numerum annorum, quos vixit Joseph, qui concedere noluit, ut ancil-

eilla hæres fieret Dominæ, juxta illud, Gen. 37, 29. *Justi hereditabunt terram viventium.* Justus est Jesod & terra est Malchuth. Unde qui concumbit cum gentili, quia tùm ancilla copulatur cum fœdere justi, quod est fundamentum mundi, profligatur è terra viventium.

Annorum Joseph numerus quid notet.

Judæus concumbens cum gentili profligatur è terra viventium.

§. 6. Meritò autem singulæ posteriores numero 11. tantùm deberent esse majores prioribus; quare igitur 3. postremæ numero majori præpollent? Ratio est, quia ut notum Nezach & Hod extra corpus sunt: Nezach etiam non usque adeò vitiata est infra, sicut Hod, ut notum sub mysterio termini Sabbathici; unde dicitur 1. Sam. 15, 29 *Et etiam Nezach Israël mentietur*: scilicet ex toto, quamvis ex parte (sit vitiata:) Ideò Sephirah Hod numerum habet alium & continet 91. plus quàm priores supra ipsam existentes: Oportet enim roborare & stabilire & disponere hoc loco è Nomine tetragrammato & dominii, quæ efficiunt 91. Singulis autem tantùm 10. sunt Sephiroth, & unum quod residuum est, correspondet filo Infiniti pro utroque simul, quasi, si ita dicere licet, medietas huc & medietas illuc pertineret, unde ipsis non nisi 10. notiones tribuuntur.

Filum Infiniti in tribus posterioribus Numerationibus numero centenario excrescit & quare?

§. 7. Jesod autem superabundat 110. quia in ipso est lumen יאהדונהי quæ efficiunt 91. sicut diximus. In eo tamen etiam est notio plenitudinis מה quæ efficit חוה. Ita ut in eo sint 10. ejus Sephiroth vestimenti & filum Infiniti ipsum ingrediens, unde 11. porrò Corona fœderis sancti ipsi adhæret, quod est Dalath magnum sub æstimatione duorum, quæ efficiunt 8. de quo infrà: Et huic correspondent 8. dies circumcisionis, hinc 8. & 11. efficiunt 19. quæ cum toto efficiunt 110.

Lumen יאהדונהי in Jesod. Numerus 110. in Jesod.

§. 8. Et quamvis ulteriùs accedat persona כה quæ designat Malchut; veritas tamen ita se habet, quod literæ Malchuth non videantur nisi sub combinatione literarum Jesod. Nam in mundo Ænsophico, qui est Androgynos, Malchuth sub mysterio Coronæ adhæret fœderi sancto, & non apparet sola: unde nulla radix nullumque fundamentum judicii ibi apparet, quod non statim mitigetur, eò quòd Malchuth & Jesod simul copulentur; quamvis respectu liberrimè agentis judicium dicatur. Atque sic in mundis Ænsophicis res se habet, quod fœmina semper absorbeatur in Jesod.

Malchuth est fœmina respectu Jesod.

§. 9. Vestis autem hæc existit sub mysterio Libri Legis; pergamenum enim denotat ipsam substantiam, & literæ sunt Sephiroth vestimenti, quamvis tenues sicut cornua cicadarum & perfectè simplices, quæ quidem nostri respectu benignitatem, sed respectu Ænsoph judicium denotant intuitu lætitiæ. Unde dicitur Psal. 63, 12. *Et Rex lætabitur in Elohim.* Sapienti satis.

Vestimenti mysterium in Libro Legis.

CAP.

CAP. LVII.

De Sculptura ex Libro Sohar.

§. 1. Jam ulteriùs aliquid dicendum eſt de Sculptura, de qua dicitur in Sohar Sect. Breſchith: Sculpſit ſculpturas ſuas in ſplendore excelſo. חקיקה auri eſt ſculptura & Chaldaicè vocatur גליפו; & radix ſculpturæ eſt judicium, quod determinationem & collectionem tribuit literis, ne deſtruatur charta, quæ eſt Ænſoph, unde illuſtratur atramentum, quæ ſunt literæ.

Sculpturæ natura ac modus.

§. 2. Natura autem ſculpturæ conſiſtit in interſtitio, quod circumdat circulum magnum admodum conſiſtens inter lucem ipſius ſubſtantiæ foris ambientis hunc circulum & inter ſubſtantiam comprehenſam intra circulum hunc. Et iſte circulus vocatur טהירו עיל אה ſplendor excelſus in contradiſtinctionem טהירו סתם ſplendoris ſimpliciter ita dicti. Vox Chaldaica Tehiru autem idem eſt quod Lux: Nam Ænſoph Lucis nomine appellatur, quem impoſſibile eſt alio nomine compellari, unde circulus iſte collectionis punctorum vocatur Splendor excelſus phraſi Chaldaica, qua denotatur aliqua immiſſio caliginis lucisque deminutio.

טהירו עיל אה quid?

עיל אה vocatur & non ראשונה & quare?

§. 3. Hic autem Splendor vocatur excelſus & non primus, quia ante eum jam aderat lux Ænſoph, in quam exarabatur hæc ſculptura.

§. 4. Porrò etiam טהירו per Gematriam cum voce efficit 231. ut oſtendatur ipſum eſſe locum continentem ſtationem & ſpatium eſſe Alphabetorum omnium.

Tehiru ſpatium pro Alphabetis omnibus.

§. 5. Et circulus iſte quidem ita circumvallat rem contentam, ut impediat lucem Ænſoph extra circulum verſantem, ne aboleatur lux, quæ intra circulum eſt. Et in hac circumvallatione 3. occurrunt notiones, una lucis Ænſoph, ambientis veſtem, altera lucis Ænſoph intra circulum contentæ, tertia lucis Ænſoph, quæ inter continentem & contentam, quæ quaſi papyrus eſt, ſuper qua collocatæ ſunt literæ, & dicitur Lux mixta.

Tria judicia contenta intra circulum Splendoris excelſi.

§. 6. Et 3. iſtæ notiones ſunt 3. notiones Geburoth, quia omnis res determinata, ut percipi poſſit, qualitercunq; reſpectu noſtri ſe habeat, tamen reſpectu Ænſoph eſt judicium. Nam Ænſoph, quæ benedicta ſit, eſt benignitas, in qua Ipſe extenditur uſque ad infinitum: Unde diminutio extenſionis judicium denotat. Et propterea circulus Splendoris excelſi, prout nobis apparet, tria continet judicia, quorum primum efficit, ut Lux Ænſoph ambiens extra circulum ſe ipſam quaſi impediat ab ingreſſu intra circulum veſtimenti, ne vitium inducat, quod abſit! Alterum efficit, ne Lux Ænſoph, quæ benedicta ſit, contenta ſeſe extendat egrediendo extra circulum & jungendo ſe cum continente, unde aliud vitium veſtimento, quod abſit! Ut æqualitas inter utramque lucem oriatur, nec reliquatur ſtatio locusque pro literis. Judicium tertium eſt Lux Infiniti, quæ producitur à duobus luminibus illis reſtrictis; quæque comprehendit intra ſe lucem collectam in literas, & extra amovet lucem, quæ extra veſtem eſt. Et tria illa judicia ſunt Binah, Geburah, Jeſod.

§. 7. Et

§.7. Etsi quæris, cùm attributum Hod etiam sit è Geburoth, imò altius sit quàm Jesod, quare loco judicii tertii ponatur attributum Jesod, & non Hod? Resp. causam esse, quod natura Jesod sit conjungere, ut notum est, quod etiam sit inter res mixtas; quod ita non est in Hod; unde Lux illa circumvallatrix, quæ oritur inter 2. cæteras, est Jesod, quod facies illarum conjungit, sicut natura Jesod est conjungere: Restrictum autem circumvallans extrà est Binah; ex hac enim excitantur judicia & Geburoth, dum ipsa impedimento est. Restrictum autem intra circulum contentum habet notionem Geburæ, estque, si ita dicere licet, quasi Rex ligatus in ambulacris.

Quare in judicio tertio ponatur Jesod, & non Hod?

CAP. LVIII.

§. 1. Et ecce 3. istæ Geburoth generantur in media Exhilaratione Lucis Ænsoph circumdatæ, qua exhilaratus est in seipso. Omnis autē exhilaratio, si ita dicere licet, generat motum nostri respectu: id quod etiam apparet in sensibilibus; si enim quis intueatur stellam, putabit illam moveri, quod ita tamen non est, cùm fixa stet loco suo.

Tres Geburoth ab Exhilaratione Infiniti.

§. 2. Et ex illa exhilaratione patet, quod commotio illa intra ipsum fuerit recondita in potentia, unde videtur in actum prodiisse generando literas Legis actuales, quæ reconditæ intra ipsum erant in potentia suprà dicta. Unde Scriptura ait Prov. 8, 30. *Et fui apud eum opifex*, quasi dicat: *Apud eum*, intra substantiam Ejus ipsam. Notum enim, quòd etiam ex flamma corporea, cùm commovetur & vicina est ustioni, generentur literæ, quæ non sunt sicut literæ corporales, sed è Sapientia colliguntur & futura annunciant atque bona loquuntur ei, qui dignus est verba earum intelligere: Quod si igitur flamma corporea progenerare potest literas, multò magis exhilaratio Ænsoph Benedicti.

Exhilaratio Infiniti causa productrix literarum Legis.

§. 3. Et istæ literæ generatæ sunt in medio trium Geburoth, è media Exhilaratione.

§. 4. Qualitas autem illius Jesod, de quo suprà diximus, quòd conjungat 2. reliqua, similis est qualitati Tiphereth, quæ commiscet & conjungit benignitates cum rigoribus.

Jesod & Tiphereth quo pacto conveniant.

§. 5. Et si quis, quare Tiphereth vocetur Chesed, Jesod autem Geburah, cùm nec Tiphereth Chesed, nec Jesod Geburah dici, sed conjunctim utrumque attributum utrique attribui debeat, quia ambo conjungunt & commiscent Chasadim cum Geburoth: Responsio est; quoniam Tiphereth inclinat ad Chesed; ideo vocatur Chesed; & quia Jesod inclinat ad Geburah, ideò vocatur Geburah. Sed hæc ita tantùm sunt hoc in loco, ubi omnia sunt quasi puncta, quorum singula per se subsistunt. Postmodum autem in mundo disposito cùm Jesod comprehenditur in natura Seir sub persona hominis descripti, in quo corpus & fœdus prouno computantur; tunc sicut Seir inclinat ad Chesed, ita Jesod inclinat ad Chesed.

Cur Tiphereth vocetur Chesed & Jesod Geburah.

Alia ratio est in Mundo hoc, & in Mundo Tikun.

Quinque Geburoth. Ignis niger ſuper igne albo.

§. 6. Jam porrò notum eſt, quod veſtis iſtius initium & radix conſiſtat in myſterio determinationis; collectio autem eſt ex illis Geburoth, quæ ſunt quinque, quarum ſingulæ continent 10. reſpectu 50. portarum Binah: ideò data eſt lex tanquam ignis niger ſuper igne albo.

Inverſio literæ יוד quid notet.

§. 7. Et quia omnium literarum veſtimenti radix & initium eſt litera יוד quæ eſt Jod veſtimenti, inverte literas Jod, & invenies דיו atramentum: hic eſt ignis niger. Proveniunt autem inverſæ, quoniam ipſa litera adhuc eſt informis.

Cap. LIX.

Separatio veſtimenti ab Infinito neceſſaria fuit, atque ea tamen ſenſim ac paulatim inſtituta.

§. 1. Cùm Ænſoph ambiens, facto veſtimento, eidem, ſi ita dicere licet, fermè adhæreat, & parum abſit, quin omnia ſint unum, hinc neceſſe fuit, ſi fas eſt ita loqui, ut aliquantulum avelleret ſubſtantiam ſuam à veſtimento, ita ut quælibet portio per ſe ſubſiſteret, utque apparerent literæ & forìs prominerent decenter, & illuminatio non uſq; adeò magna foret atq; vehemens, ſicut fuerat antea; ita quidem, ut vita & ſubſiſtentia atque ſtatio illis eſſet: Quòd ſi autem uno impetu avulſionem hanc inſtituiſſet, veſtimentum ſanè rediiſſet in ſtatum priſtinum, nempe Ænſoph, ideoque avulſionem hanc paulatim atque ſenſim promovit, ut veſtis permaneret atque ſubſiſteret in eſſe ſtatuque ſuo.

Puncta ſunt veſtigium avulſionis veſtimenti. Jod eſt veſtigium puncti relicti.

§. 2. In ſingulis autem portionibus avulſionis veſtimenti veſtigia relicta ſunt in veſte ſub myſterio puncti, in quo ſcilicet deficientia exiſteret & diminutio Lucis Ænſoph à veſte. Et quoniam ipſa veſtis 3. habet notiones, principium, medium & finem; ideò etiam veſtigium puncti in eo relicti extat ſub myſterio Jod, cui eſt principium, medium & finis.

Mundorum millenarius, & unde. Gem. inter שנה & ספירה Millenariorum mentio in Idra ſancta.

§. 3. Centum autem Jodin habet quælibet litera, & hinc fluit myſterium illud, quòd quælibet Lux, quæ in Arich & ſupra illum, dividatur in 1000. mundos: quod ipſum eſt, quod dicitur Exod. 34, 7. *Servans benignitatem millibus*; quæ omnia Benignitas benignitatum, quæ prævalet attributo Judicii, unde dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd Sanctus ille Benedictus Adamo primo dederit 1000 שנין annos: Schanah autem per Gematriam eſt ספירה; dies enim Sancti illius Benedicti ſunt 1000. anni: Nam Seir qui vocatur Sanctus ille Benedictus, ab Arich accipit myſterium millenarii hujus tempore beneplaciti, & amovet iram ſuam, & hinc provenit omnis computus millenariorum, quorum fit mentio in Idra ſancta.

Moſis orantis pro populo intentio ſub ipſa precatione.

§. 4. Et Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax, id meditabatur, ut attraheret Lucem Antiqui Sancti, dum oraret ſuper peccato vituli pro Iſraël, & illuc direxit preces ſuas, ut procul amoveret iram ſuam, ſicut dicitur Exod. 33, 19: *Et dixit Dominus: Ego tranſire faciam omnem bonitatem meam coram facie tua*; & manifeſtavit ipſi 13. menſuras miſerationum. Sed ad rem.

Linea-tiones

§. 5. Jam noſti, quòd veſtis iſta facta ſit è potentia ſcintillarum Geburoth,

Question 1

Listen to part of a conversation between a student and a professor in a biology class.

Professor: Now, I'm sure you've all heard of the Amazon rainforest. It's the largest rainforest in the world, and it's home to a huge number of species of plants and animals. Many of these species are found nowhere else on Earth. Unfortunately, the Amazon rainforest is being destroyed at an alarming rate. Large areas of trees are being cut down to make room for farms and ranches. Now, I'm sure you've all heard of the Amazon rainforest. It's the largest rainforest in the world, and it's home to a huge number of species of plants and animals. Many of these species are found nowhere else on Earth. Unfortunately, the Amazon rainforest is being destroyed at an alarming rate. Large areas of trees are being cut down to make room for farms and ranches.

Student: I've heard that the Amazon rainforest is being destroyed at an alarming rate. Large areas of trees are being cut down to make room for farms and ranches. Now, I'm sure you've all heard of the Amazon rainforest. It's the largest rainforest in the world, and it's home to a huge number of species of plants and animals. Many of these species are found nowhere else on Earth. Unfortunately, the Amazon rainforest is being destroyed at an alarming rate. Large areas of trees are being cut down to make room for farms and ranches

Ratio redditur hujus contractionis.

§. 3. Hæc autem non erat intentio Infiniti, qui benedictus sit, sed ut diminueretur descensus ejus, ut creare posset hominem & conjugem ejus: hæc erat intentio ejus prima antequam crearet vestem hanc. Cum ergo non esset locus stationi mundorum propter eandem, eò quòd pertingeret usque ad finem 7. terrarum, ubi iterum incipiebat redire in Æn Soph: ideò retraxit illam Sanctus ille benedictus & evacuavit locum pro mundis, sursumque duxit medietatem Alphabeti 231. posteriorum, nimirum à Lamed usque ad Tav post medietatem Alphabeti primi, quæ sunt 231. anteriora ab Aleph usque ad Lamed hoc modo.

Modus ejus contractionis.

Nomen מה		Nomen עב		
י		י	לא	אל
ו		ו	מב	בם
ד		ד	נג	גן
ה		ה	סד	דס
א		י	עה	הע
ו		ו	פו	וף
א		י	צו	זץ
ז		ו	קח	חק
ת		ה	רט	טר
א		י	שי	יש
			תך	כת

אל בם per omnia Alphabeta pervagatur,

§. 4. Et sic omnia facta sunt אל בם ita ut 21. Lamedin ascenderent post 21. Alephin, & 21. Memin post 21. Bethin; & sic omnia facta sunt אל בם.

§. 5. Nec tantùm in vitalitate ejus factum est אל בם &c. sed & per omnia Alphabeta, ita ut omnia essent juncta per mysteriũ אל בם quoniam cùm 21. Lamedin ascendunt post 21. Alephin, tum sanè tota persona אל i. e. 21. Alphabeta ejus fiunt 21. vicibus אל & sic apud personam בם omnesque cæteras usque ad finem. Et hoc est mysterium Poëtæ, qui composuit carmen אל נא & incipit à litera Mem מלך Rex Regum omnium, & incipit à voce אל בם sc. אל נא: Quam cantionem præcentor canit.

Carmen Poëtæ אל נא.

Nomen בן		Nomen סג	
י		י	
ו		ו	
ד		ד	
ה		ה	
ה		י	
ו		ו	
ו		א	
ת		ו	
ת		ת	
		י	

Principium omnium.

§. 6. Et Moses Magister noster vidit lucem istam, cum dicit Deut. 33, 21. *Et vidit principium sibi*, quod est principium omnium mundorum; Sed non apprehendit eam, & res est admiranda.

Personæ 11. Mas & Fœmina in Alphabeto.

§. 7. Et sic facti sunt mas & fœmina, nempe anterius & posterius adhærentia sibi invicem: Suntque 11. personæ, nimirum persona אל est Cether, & est masculus sub nomine anterioris; בם est Chochmah: גן Binah ודס Daath,

Daath, & ita porrò. Deinde ſequuntur poſteriora fœminam ſingulorum repræſentantia, ubi הא eſt Cether retrò poſt אל quod erat Cether anterius mas: מב eſt Chochmah & ita porrò.

§. 8. Et hic ordo poſteriorum à Tau usque ad Lamed verſus eſt ab imo ſurſum ſub myſterio ignis, quod è judicium, & cujus natura eſt aſcendere ſurſum: unde etiam dicuntur poſteriora. Unde Rabbini noſtri bonæ memoriæ dixerunt: Dixit Tau coram Sancto illo benedicto. Sit beneplacitum tuum, ut per me creetur mundus tuus: unde inceperunt elevari à Tav. A poſterioribus factum fuit mundorum exordium.

§. 9. Quin & vitalitas poſteriorum quæ eſt אל בם naturam poſterioris induit. Sed anteriora deſcendunt à ſummo deorſum ad inſtar aquarum, quæ defluunt vehementer. Poſteriora ſurſum aſcendunt, & anteriora deſcendunt.

§. 10. Sed anteriora tamen occulta ſunt valde, quoniam ſunt obtecta, nec videntur; unde illorum non fit mentio in verbis Magiſtrorum noſtrorum bonæ memoriæ de creatione mundi; ſed poſteriorum tantùm. Poſteriora revelantur, non anteriora.

§. 11. Et ſicut medietas veſtimenti Alphabeti poſterioris aſcendit poſt medietatem primam: ita nomina מה & בן quæ ſunt 19. literæ, abierunt poſt עב & סג quæ ſunt 20: Unde patet, quòd Jud plenitudinis יה ultimi in סג relidua manſit infrà citra conſortē. Unde dixit ad Sanctum illum benedictū. Jod deſcendit ob defectum ſocii.

Omnibus dediſti ſocium, mihi autē ſocium non dediſti: Hinc patet, quòd mihi nulla ſit copulatio ſuperiùs, quæ ſi mihi eſſet, adfixa manſiſſem ſuperiùs, nec potuiſſem deſcendere deorſum, quod nunc fieri non poteſt, cùm ſocium non habeam. In qem finem hoc factum eſt mihi? Reſpondit ipſi Sanctus ille benedictus. Congregatio Iſraël erit ſocia tua. Quaſi diceret: congregatio & collectio omnium luminum, quæ emanabunt deorſum pro neceſſitate Iſraëlitarum, planè erit ex te: unde vides, quòd tota Aziluth ex te futura ſit. Jod hoc emanat pro neceſſitate Iſraëlitarum.

§. 12. Porrò ſciendum, quòd in litera ultima Alphabeti in veſtimento, cùm illud retractione ſua conduplicaretur, coadunitis medietatibus relicta ſint crura, ſcil. in litera Tav in ſpatio primo, eò quòd eſſent longiora quàm litera Caph perſonæ לית ipſi appoſita. Cùm ergo frigefierent crura hujus Tav in ſpatio primo, eò quod eſſent defecta & deorſum protenſa in ſpatium hoc, ut adhæreſcere poſſent veſtigiis veſtimenti, & veſtigia cum illis coaleſcerent: Et quia non videbat ibi יה ſicut fuerant in veſte ante retractionem, quodque remaneret in fine medietatis veſtimenti; tum obſtupeſcebat, quod ipſum eſt, quod dicit Scriptura: Gen. 1, 2. *Et terra erat Tohu & Bohu* i.e. hoc Tau eſt terra, & ſpatium primum vocatur terra reſpectu veſtis, & in hoc ſpatio erant crura literæ Tav: Hæc ergo litera admirata id dicebat ad ſe ipſam: Ubi ſunt literæ יה quæ erant in veſtimento, &c. Unde illa deorſum relicta eſt, ut ſignetur in omni facie. Et Literæ Tav ſignum in Veſtimento & Alphabetis.

hoc eſt myſteriũ illud, quod dicitur Ezech. 9,4. *Et ſignabis Tav ſuper fron-tes virorum.* Eſt autem Tav aliud vivificans, aliud mortificans. Et vox תהו dividitur in duas voces, nempe Tav & והו i.e. Tav inquirit ſuper והו ubi ſint. Proſpiciebat enim antrorſum per ſpatium primum, non autem retrorſum. Et Adam primus, qui generatus eſt è veſtigio adhærenti literæ Jod Nominis סג ſuprà dicti, reſpondebat literæ Tav: quaſi dicendo: בוהו in eo ſunt והו, aſcenderunt enim ſurſum poſt וה combinationem anteriorum ad co-pulandum anteriora & poſteriora. Sed de his ſatis.

27. plenitudines literarum Tetragrammati. Literæ מנצפך Gemat. inter 27. plenitudines & inter שבת ut & פסקנית.

§. 13. Lux illa vero quæ id operabatur, ut veſtis ſcinderetur in duas par-tes, erat è myſterio Geburoth, & coruſcabat deorſum, & prodibant 27. ple-nitudines Tetragrammati de myſterio עב סג מה בן : Prodibant autem combinatæ & conjunctæ cum illis 27. literæ Alphabeti annumeratis ſcil. מנצפך duplicibus, quæ ſunt judicium; Et ex illis prodierunt literæ אלהים. Ita ut quælibet litera ſibi aſſumeret plenitudinem Nominis Tetragrammati. Et 27. Havajoth ſuprà dictæ efficiunt שברית, juxta numerum פסקנית cum duobus totis duarum partium veſtimenti. Et in hoc conſiſtit my-ſterium de רוח פסקנירת ſpiritus deciſorii, (Gabrielis) Hic enim ſpiri-tus abſcidit & diviſit veſtem in duas partes, & deſcendit in Jezirah per my-ſterium 70. nominum Metatronis: Et ipſe eſt in medio 70. illorum No-minum. Notumque eſt, quòd in manu hujus נער adoleſcentis ſint 120. Elohim, qui ſunt gladius ejus. Et ipſe ſcindit hoc judicium in duo, nimi-rum in duas ſexagenas: Nam 60. fortes circa illud, ut cuſtodiant à corticibus. Et notum eſt, quòd 13. Havajoth è 27. ſuprà dictis ſunt radicales, quæ deinde duplicantur: ita 13. literæ ſunt in plenitudine Elohim per Jod ſcriptæ, cujus plenitudo efficit רוח & per Gematriam Chanich filius ירד: & hoc eſt myſterium רוח ſpiritus deciſorii. Et hoc eſt myſterium, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ in Bava bathra & Sanhedrin fol. 44. col. 2. Dixit ſpiritus deciſorius coram Sancto illo Benedicto: Et di-citur פסקנירת &c. quòd vis illarum Geburoth veſtimentum diſcidit in duo.

70. Nomina Metatronis.

120. Elohim.

Havajoth ra-dicales 13. literæ plenitudinis Elohim per Gem. רוח & ורד fol. 44. b.

בוצינא דקרדנותא

§. 14. Et deinde Jod iſtud ſuprà dictum ſuſcepit Bozina de Kadrinutha i.e. ſcintillam nigredinis invectam in fundo aheni. Et hæc eſt ſcintilla illa, quæ infrà generavit nigredinem, quæ eſt judicium.

Funiculus menſuræ.

§. 15. Et in manu illius Jod eſt facultas ſuprà dictarum, Geburoth ad faciendum funiculum menſuræ pro omni ſtructura, quæ extruenda eſt infe-riùs.

אויר קדמון אור פניאל

§. 16. Et locus ille vacuus, qui fiebat per hanc retractionem, dicitur אויר קדמון ſpatium primum: Eſt enim primum inter omnia ſpatia. Nec li-cebat illum vocare nomine veſtis, quæ vocatur אור פניאל Lux facici Dei per Gematriam אין סוף,

§. 17.

§. 17. Et quia etiam Jod debebat descendere ad illustrandum locum hunc vacuum, quamvis ibi adhuc laterent vestigia Lucis vestimenti; hinc si Jud ponas inter ו & ר literarum אור hinc fit אויר. Porrò אור etiam est per Gem. רן quia recondita est pro justis, ut cum illa cant in mundum venturum.

אויר ex אור & Gem. רן

§. 18. Et mundus iste vestimenti nomen habet omnia includens quod est Nomen tetragrammaton, quoniam hoc Nomen alligatum est ipsi & continet portas ejus. Atque hoc ipsum est, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Antequam crearetur mundus (i. e. mundus vacuitatis) ipse erat & nomen ejus tantum i. e. Æn soph & vestis. Vel aliter: antequam crearetur mundus i. e, locus vacuus, in quo erat mundus locandus, quod est spatium primum, ante quod non erat quicquam, nisi Æn Soph & vestis, quod est Nomen Ejus. Et de hoc dictum est: Job. 38, 14. *Et stabunt sicut vestimentum.*

Nomen Tetragrammaton in mundo Vestimenti.

Nomen Tetragramm. est vestis תא Æn Soph.

§. 19. Et tempore venturo ex hac veste veniet dulcedo שמש Malach. 4, 2. *Solis justitiæ, in cujus alis sanitas.* Nam שמש est 320. ipsius & 320. uxoris ejus Jes. 35, 10. *Et recedet ab ea mœror & suspirium*, & judicium superveniet iis, qui remoti sunt à Deo, & inflammabit eos dies ventura. Israëlitis autem montes stillabunt mustum: nam הר mons est quadratura Elohim. Et omnia flagella judiciorum venient super populos, quos percutiet, sed sanabit Israël. Et omnes mares ac fœminæ corticum mitigabuntur. Et tunc Luna erit in plenitudine & perfectione sua, sicut fuit in diebus Regis Salomonis, super quo pax cum adhuc faceret voluntatem Dei: sicut dicitur 1. Reg. 3, 16. *Tunc veniebant 2. mulieres fornicatrices, ad Regem &c.* non vero antea. Suntque mulieres duorum virorum exploratorum clandestinorum, qui ceciderunt sub volas pedum Josuæ: erant enim Asa & Asael, duo birci immundi, quorum unus mittebatur in Asasel, quæ vox composita est ex Asa & Asaël. Et illi adhuc hodie homines docent præstigias & Magiam; sunt enim experti artis Magicæ. Et sunt capita potentiarum impuritatis, quæ dependent postremo loco à posterioribus summis, quæ sunt 121. combinationes Elohim, Deorum alienorum, juxta mysterium: Quicunque addit, minuit. De quibus infrà. Futuro autem tempore corrigentur, sicut dictum est Jes. 11, 8. *Et delectabitur lactens super foramen aspidis.* Lactens autem est infans, qui sugit de mammis matris suæ, nimirum Metatron puer, qui vocatur שדי. Et tunc Seir erit perfectus in 10. Sephirothis & membris suis, & uxor ejus pariter erit perfecta 10. Sephiroth & membris suis. Et quia dicitur, Genes. 5, 2. *Masculum & fœminam creavit*

De tempore futuro Messiæ.

Asa & Asael Magiæ autores & præstigiarum.

121. combinationes Elohim.

Metatron puer vocatus שדי.

eos,

eos, & vocavit nomen eorum Homo, quasi qui in se contineat marem & fœminam; ideò in Nomine מה qui per Gematriam est אדם invenitur plenitudo, quæ efficit 19. juxta numerum יהוה. Ideò dicitur: Et fiet illa die, ut Dominus sit unus & Nomen ejus unum, id est, perfectum, sicut dicitur Exod. 26, 6. *Et erit tabernaculum unum.* (id est, perfectum) quod nunc est in exilio hoc profano, sicut dicitur Thren. 5, 16. *Cecidit corona de capite nostro*, de tempore autem venturo dicitur Amos 9, 11. *Die illa erigam tabernaculum David, quod collapsum est.*

Cap. LXI.

10. Sephiroth Mundi vestimenti sunt radix omniũ Sephiroth, quæ infra eas.

§. 1. Jam sciendum est, quòd illæ 10. Sephiroth mundi vestimenti sint radix omniũ Sephiroth, quæ infra eas. Nam Persona אל est filum ex Æn Soph, sed valdè occultum; unde non loquimur, nisi de 10. Sephiroth. Unde in multis locis in Zohar dicitur, quòd omnia quæ emanant vel creata sunt, radicem suam habeant superiùs. Hinc & 10. Sephiroth radicem habent superiùs in mundo vestimenti penes ipsam Substantiam Ejus, qui benedictus sit: Et Æn Soph, qui benedictus sit, omnes gradus omnesq; personas intra se reconditas ante realem earum existentiam debitè æstimavit quoad illarum essentiam, & virtutem dominandi: & hoc est, quod dicit R. Schimeon Jochaides, super quo pax, in Idra Naso: Æstimavit Reges: id est: Cùm venit ad Sephiram personæ Malchuth, quam intra se habebat reconditam, æstimabat Benedictus Ille intra se ipsum, quòd hoc in loco extruendi essent mundi; quoniam gradus novem Sephirarum superiorum ita se non habebat, ut inde vel liceret, vel opus esset fieri mundos: Omnia enim attributa Sephirarum superiorum attribui ipsi poterant, quamvis jam non operaretur per ista attributa: Non autem poterat ipsi attribui Malchuth, quod est Imperium, nisi Ipse dominaretur aliis: Unde in actum produxit mundos omnes è puncto Malchuth, quod in Substantia ejus, qui benedictus sit, sicut dicetur, cùm agendum erit de Jod plenitudinis He ultimi Nominis יסוד quod est Jesod in Malchuth, & ex eo constructi sunt mundi. Et quia Malchuth est Regimen & Imperium Regis, sicut dicit R. Schimeon bar Jochai Sect. Breschith: Sub initium Imperii Regis, i.e. sub initium voluntatis S. Benedicti, qua volebat dominator esse & Rex; hinc per hanc ipsam determinationem, qua Æn Soph, qui benedictus sit, dijudicabat omnes gradus intra se contentos ab initio puncti summi Kether in se reconditi usque ad punctum imum, quod est Malchuth, creata est Lex in potentia, sed non in actu. Atque istud, quod dicit Scriptura Prov. 8, 30. *Et fui apud eum opifex.* Cùm ergo constitueret Æn Soph isto in loco construendos esse mundos ipso actu, tunc confirmavit locum illum, qui hoc morbo quasi termino cinctus fuit, sicuti locus noster respectu cœli;

Mundi inferiores tantùm ex Malchuth prodierunt, & quidem ex Jod, quod est in Malchuth.

Mundorum inferiorum productio ex potentia deducta est in actum.

quam.

quamvis ibi omnia unum eſſent: non aliter ac ſi ponas manum tuam ſuper chartam albam, ſuper qua, ſi extantia quædam minuta apparcat, tum umbram ſanè percipies in charta, ita ut ſi quis è longinquo videat, hæc umbra puncti ad inſtar ipſi appareat, quod tamen ita non eſt, quia applicita manu ſuper charta omnia inveniuntur eſſe unum. Sic in loco illo in puncto Malchuth; quam primùm intentionem eò direxit, ut ſuprà dictum, tum apparuit quoad nos quaſi punctum; & hæc ſunt puncta literarum: Et quia punctum in charta factum circa ſe exhibet quaſi ſculpturam, nimirum differentiam inter chartam & atramentum, & quia umbra quaſi profundior apparet, ideò punctum hoc quoad nos vocatur ſculptura. Atque id eſt, quod dicitur Sectione Breſchith: Sculpſit Sculpturas ſuas in ſplendore ſublimi, de quo ſupra. De punctis literarum ſeu ſculpturis.

§. 2. Et ſciendum porrò eſt, quòd in veſte hac extet Tetragrammaton oculatum, nempe 24. circulis & 72. coronis conſtans: Et eſt Tetragrammaton, quod biſecatur in anteriora & poſteriora. Nec mireris, literas Tetragrammati oculatas reperiri; quia & literæ hominis inſculptę animæ ejus & ſpecificantes opera ejus, ut integantur ipſius capiti, omnes ſunt oculorũ figura, quia radicaliter è dicto Tetragrammato veniunt: Nam ex Tetragrammato Neſchamah ſuperadvenit homini juſto, qui ſtudet operi Merkavæ. Et quia litera Jod 3. habet coronas, inde hoc reſpectu homini competit Nepheſch, Ruach, Neſchamah. Et quia radix Neſchamæ ſunt 5. Geburoth, ideò & Neſchamæ Neſchama eſt, quæ vocatur Chajah, quæ deſignatur in ipſo Jod Tetragrammati, ſicut ſcriptum Gen. 5. 7. *Et factus eſt homo in Nepheſch chaja*. Et hæc eſt perſona Abba. Invenitur tamen etiam Jechidah, quæ deſignatur in apice Jod, cùm proveniat ex Arich Anpin. Et ſi quæris, quare tres illæ communiter explicentur à quolibet, ſed duæ hæ, nempe Chajah & Jechidah, occultæ ſint, reſpondetur: Quia parum abeſt, quin duæ hæ Geburoth & duæ tertiæ è 5. Tetragrammatis Geburothicis mitigentur, & producantur in naturam Chaſadim: Unde juſti attributum judicii convertunt in attributum miſerationum, ita ut homo juſtus bonis ſuis operibus & in ſpecie ſtudio ſtaturæ determinatæ dignus ſit Chajâ; & ſi digniorem ſe præbet, etiam Jechidam accipere meretur. Quamvis Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax, illa non fuerit dignus niſi iis diebus, quibus in alto fuit: poſtquam autẽ peccaverant Iſraëlitæ, hæc iterũ avolavit ab eo, ita ut 1000. lumina minuerẽtur ab eo, nempe quæ veniunt ab Antiquo Sancto, qui eſt Arich; quò pertinet myſterium Aleph parvi in Vajikra, nec relictũ eſt in eo niſi veſtigiũ: ex quo fulſit cutis faciei ejus. Et cùm diminueretur Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax, & avolaret ab eo Jechidah, tum frangebantur tabulæ. Et quia pauci ſunt digni Jechidâ, hinc dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Vidi filios עליוה ſive elevationis, Tetragrammaton oculatum in Veſtimento. In homine juſto literæ etiam ſunt oculatæ, ut & Nepheſch chajah. Jechidah. Cur Chaja & Jechidah ſint occultæ adeoque non explicentur à Doctoribus? Jechida ad tempus fuit in Moſe. Pauci filii עליוה

vationis, & ſunt pauci, id eſt, Nomen יה cõprehendit Chajah & Neſchamah, quia Chaja eſt in Abba, nempe Jod, & Neſchamah in Imma, nempe He: Jechidah autem eſt in Arich in apice Jod, nimirum ſuper Jod יה & in ſummitate eorum: Et pauci ſunt, qui tam digni evadunt, Imò & Neſchamâh, quæ provenit ex Geburah mitigata, non multi fiunt digni: unde & R. Eleaſar filius R. Schimeon Joachidæ, ſuper quo pax, cùm mereretur accipere Neſchamam, convivium apparavit, ſicut dicitur in Sohar novo, Sect. Breſchith in Midraſch Hanneelam. Et in generatione noſtra hac vix unus eſt qui eam habeat. Unde colligimus, quòd Tetragrammaton hoc in mundo veſtimenti dimidium ſit anteriùs & dimidium poſteriùs, ita ut והי reduplicata ſint poſt יהו juxta allegoriam Tohu & Bohu. Et ipſum totum circulis conſtat ad inſtar oculorum: & inde provenit Neſchamah per deſcenſum graduum: Unde opera hominis Iſraëlitæ inveniuntur in fronte ejus capitique ejus inſternuntur. Et in hoc Tetragrammato quinque ſunt partes, nempe 4. literæ, & apex Jod: ex quibus veniunt Nepheſch, Ruach, Neſchamah, Chajah, Jechidah, quinque perſonæ animæ. Et de his dicitur Gen. 2, 4. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, dum crearentur*; ubi Magiſtri noſtri bonæ memoriæ dicunt; In quinque creavit eos. Et propterea dicitur Prov. 20, 27. *Lucerna* יהוה *anima hominis.* Et hæc eſt lucerna, quæ ardet ſuper capite infantis in viſceribus matris ſuæ, quæ ex luce Tetragrammati, ut dictum. Hinc dicitur Deut. 32, 9. *Pars Tetragrammati populus ejus.* Unde oramus DEUM Tetragrammaton, ut nobis lucem præbeat è lumine hoc Tetragrammati, & effundat ſuper nos Spiritum ſuum Sanctum exalto in ſolamen noſtrum, Et tunc verum de nobis, Jeſ. 11, 9. *Et plena eſt Terra ſcientia Tetragrammati, ſicut aquæ maris inundantes.*

Quin nec Neſchamah adeò frequens.

Tetragrammaton dimidiatum in Mundo Veſtimenti anteriùs & poſteriùs, Tetragrammati partes quinque.

SECTIO SECUNDA,

Quæ vocatur

אויר קדמון

& in Sohar אוירא קדמאה Spatium primum, eſtque Mundus ſecundus ex mundis Æn Soph, ſeu Infiniti.

CAP. I.

Extenſio Lucis Veſtimenti.

§. 1. Lux veſtimenti radens extendebatur ſine omni impedimento & implebat ſpatium circuli Splendoris excelſi à ſummitate circuli, qua ipſam attingebat

tingebat ſubſtantiam Benedicti ſuperiùs uſq; ad ſpatia infra 7. terras, ubi iterum ad Æn Soph abibat tangendo ſubſtantiam Benedicti inferiùs; atque ſic etiam ad latera circuli: Et de hoc dicitur Cant. 2, 9. *Ecce hic ſtat poſt parietem noſtrum, & proſpicit per* הַחַלּוֹנוֹת *feneſtras*, quę ſunt quinque feneſtræ, nim. 5 notiones Tetragrammati, nempe 5. perſonę cum ſummo apice Jod: Quæ 5. feneſtræ ex 10. dividuntur in 5, Chaſadim, ut notum, & 5 Chaſadim ſunt feneſtræ & cataractæ cœli, ſtillantque Chochmah, *ibid. l. c. Prodens ſe è cancellis*, הַחֲרַכִּים quæ ſunt 5. cancelli, nempe 5. Geburoth, quæ in 10. perſonis nec ſunt uſque adeò aperti, ſicut feneſtræ. Quinque feneſtræ vel cancelli.

§. 2. Et finis lucis veſtimenti ferè eadem fulgebat luciditate & puritate atque principium ejus; cùm tamen hæc non eſſet intentio Principii Emanativi Summi, quoniam per diminutionem deſcenſumque graduum venturus erat ad finem intentionis ſuæ, nempe creationem hominis. Nec locus erat vacuus, ubi locarentur mundi; Veſtis enim omnia adimplebat: Idcirco Sanctus ill. Benedictus ſuſtollebat lucem dimidiæ veſtis inferioris poſt medietatem ſupernam, cum nominibus ejus ejusque vitalitate & anima, ut evacuaret locum pro ſtatione mundorum. Lucis fulgor idem in fine Veſtimenti cum eo, qui in principio. Locus paratus pro ſtatione Mundorum.

§. 3. Relinquebatur ergo locus medietatis veſtimenti inferioris vacuus à luce Veſtis.

§. 4. Sed veſtigium ejus remanebat in loco ejus, juxta id, quod dicitur: Non receſſit Schechinah, donec imprimeret veſtigium. Et veſtis hæc appellatur Schechinah, id eſt, locus, ubi habitat יה in anterioribus, והּ in poſterioribus. Schechinæ veſtigium in Mundis.

Cap. II.

§. 1. Locus iſte vacuus erat quadratus. Et vocatur ſpatium primum, quia primum eſt inter omnia, & in Sohar vocatur אוירא קדמאה vel רשימו עילאה ſpatium primum vel veſtigium ſublime. Loci vacui deſcriptio.

§. 2. Et quia fundamentum lucis veſtimenti eſt ex Tetragrammato juxta 4. ejus plenitudines, quæ ſunt radix, cardo & maſſa 4 mundorum אבי"ע correſpondentium 4. literis ejus; hinc apex ſummus correſpondet mundis Æn Soph. Et cùm è 4. literis prodeant 4. plenitudines עב סג מה בן unde creati ſunt mundi אבי"ע; ideo locus eſt quadratus. Ratio reddita cur locus iſte fuerit quadratus.

Cap. III.

§. 1. Spatium hoc primum eſt veſtigium lucis veſtimenti, cui aliquid admiſcetur de veſtigio Subſtantiæ ejus; unde deinceps Jod oportuit deſcendere intra ſplendorem Tchiru, ut illud exinde ſuſtolleret, ſicut dicam. Spatii primi ſive loci vacui quidditas.

§. 2. Et hoc ſpatium eſt quadratum ex virtute nominis Tetragrammati, quod extat in 4. angulis. Nam in 4. angulis ejus ſunt 4. plenitudines Tetragrammati עב סג מה בן quæ ſupereminent & apparent ſupra circulum Cur ſit quadratum?

ſphæræ Tehiru, ſplendoris, quæ exſtat in medio ejus. Et ſphæra iſta eſt circularis, ſpatium primum autem quadratum: Ideò reſidui ſunt ultra circulum quatuor anguli ſpatii primi, & literæ ejus conſtruuntur è deciduis veſtimenti.

Decidua unde?

§. 3. Et cùm Sanctus Ille Benedictus elevaret medietatem veſtis inferiorem poſt medietatem ſupernam, tunc ſuperior in elevatione hac premebatur per aſcenſum ab inferiore circa latitudinem ſpatiorum, quæ inter lineas literarum, ut poſt ſe relinqueret benedictionem, quæ ſunt decidua ſuprà dicta. Et hinc myſterium ſpatii hujus aërei primi.

Spatii aërei extenſio.

§. 4. Et aër iſte extenditur deorſum uſque ad naſum, qui dicitur Pardiska ſive menianum Antiqui. Et hoc eſt quod dicitur in libro myſteri: Et inde excitatur ſpiritus pro omnibus, id eſt Spiritus Sanctus pro illis, qui illo digni ſunt.

Cap. IV.

Cur locus ille vacuus vocetur aer Primus.

§. 1. Spatium hoc primum vocatur aër primus, non verò locus vacuus: ſi enim locus vacuus diceretur, videri poſſet, quod abſit, ibi vacuum dari, quod ita non eſt; quia lux veſtigii ſemper in loco ſuo exſtat adhæretque radici ſuæ ceu aliquid ſpirituale, tenue admodum.

Lux Subſtantiæ & Lux veſtimenti quomodo differant?

§. 2. Sunt tamen in aëre hoc duo lumina, nempe lux Subſtantiæ, quæ ſublata fuit, & lux veſtimenti. Eſtq; magna differentia inter lucem veſtigii Subſtantiæ, & lucem veſtigii veſtimenti: Nam lux veſtigii veſtimenti reſpectu veſtigii Subſtantiæ eſt quaſi punctum in circulo. Et quia Lux veſtigii Æn Soph aliter appellari non poteſt quam אור Lux; id quod & numerus hujus vocis indicat, qui per Gematriam eſt אין סוף; ideò Lux veſtigii veſtis אור dici non poterat: quare nos illam appellamus punctum, nempe Jod, quod eſt punctum illud in medio lucis: Quemadmodum etiam qui ſcripturus eſt אור inter Vav & Reſch facilè punctum Jod inſerere poteſt: ubi denotatur hanc lucem eſſe quaſi punctum in medio lucis magnæ; & vocari nomine אויר aëris vel ſpatii.

Gematria אור & אין סוף

Aer primus dictus Anima mundi, replens omnia.

§. 3. Et aër iſte aliquantum craſſior eſt Luce; Lux enim illa ſenſibilis planè non eſt; aër autem tam ſubtilis non eſt, quamvis comprehendi nequeat. Et quia primus eſt inter omnes aëres, hinc vocatur aër primus, & hinc fluit quod dicitur, non dari vacuum. Unde patet, Ipſum extendi per omnia; unde Philoſophi illum vocant Animam mundi.

Cap. V.

Diſcrepantia inter veſtimentum & aerem primum.

§. 1. Diſcrepantia inter veſtimentum & aërem primum eſt, quòd iſte ſit inferior veſte; Tehiru autem & ſplendor eſt in medio. Veſtis autem elevatior eſt aëre primo, quoniam vicinius adhæret Æn Soph, ſeu Infinito.

Tehiru impedit aerem primum à vicinitate Veſtis.

§. 2. Aër primus autem, qui propior eſt veſti & ſplendori, tam præſtans non eſt ob interpoſitam veſtem. Nec tamen dicendum, ipſum ex parte inferiore, ubi veſtis non eſt, cõſtitui in gradu veſtis; eò quòd adhæreat ſplendori,

cui

cui competit aliquantulum craſſitiei, illius reſpectu, ſic loquendo, quæ non permittit, ut cum Æn Soph cohæreat ad inſtar veſtis, quam nihil impedit. Unde aër iſte ex parte inferiori, quamvis Æn Soph ſeu Infinito vicinus, conſtitui tamen non poteſt in gradu veſtimenti, quoniam ſplendori adhæret.

§. 3. Nomen autem aëris primi, quod eſt fundamentum vitæ ejus, eſt יג מם i. e. 13. Memmin. Sicut enim Mem clauſum comprehendit omnia, ſic aër primus omnia nubit. Aer primus vocatus 13. Memmim.

§. 4. Et quia Aër primus tenuis admodum eſt & circumdatus ab Æn Soph, hinc vocatur Mem, cujus plenitudo literæ ſimilis eſt citra omnem diſcrepantiam, ſicut etiam diverſitas non eſt inter Æn Soph & id quod ipſi vicinum eſt ipſique adhæret. Et cur?

§. 5. Habet autem 13. literas, quoniam ſit ex litera Jod, quæ eſt opifex Sancti illius Benedicti. Jod autem ita factum eſt, ſicut dicit R. Schimeon Jochaides multis in locis: Apex ſuprà, apex infrà & corpus in medio. Id eſt: punctum ſuperiùs, punctum inferiùs, & inter hæc medium. Aeris primi 13. literæ.

§. 6. Et competit aëri primo portio quædam de Jod ſuprà dicto ex Nomine יכ. Unde patet, quòd juxta 3. notiones partium Jod tria Nomina tetragrammata ſimplicia hîc extent, quæ ſunt 12. literæ, & ſi addas totum, quod denotat τὸν Æn Soph, qui ipſas compingit, habebis 13. literas. Et iſtæ 13. literæ radix ſunt omnium tredenariorum, quæ deinde occurrunt in mundo diſpoſito, ut ſunt 13. diſpoſitiones ſive partes Barbæ Arich Anpin & 13. quæ in Seir Anpin, cùm ex Arich Anpin 4. in ipſum deſcendunt: Nam aliàs Seir Anpin nonniſi novem habet: Et è Seir Anpin deſcendunt in Malchuth. Malchuth enim habet nonniſi 6. diſpoſitiones, juxta id quod ſcribitur 1. Reg. 10, 19. *Sex gradus erant ſolio.* Et iſtæ non competunt ipſi ſub myſterio barbæ; ipſa enim barbam non habet, ſed ſub notione diſpoſitionum ſive partium ipſius. Et ab illa promanant deorſum in mundum Briah; unde 13. fluvii balſami puri, qui ſunt merces bona juſtorum. Unde ortæ, & quid ſint? 13. diſpoſ. Barbæ Arich, Anpin, 9. Seir Anpin. 6. diſpoſitiones in Malchuth. 13. fluvii balſami puri.

Cap. VI.

§. 1. Jam ſcito etiam, quòd aër primus totus ſit אין quoniam non eſt factus niſi per privationem & ſublationem lucis dimidii veſtimenti, quæ veſtigium ibi reliquit, ſicut diximus. Et iſtud veſtigium eſt אין non-Ens, & tantum reſpectu non-Entis ſimpliciter ita dicti, quod antea aderat, vocatur Ens; nec tamen eſt Ens perfectum, ſed tantum ſpatium aëreum, quod non percipitur, imò ne videtur quidem: Lux enim quamvis non percipiatur, ad minimum tamen videtur: ſed aër iſte abſtrahit ab utroque, & nec percipitur, nec videtur. Aer primus eſt אין & quare? Qua ratione dici poſſit יש Ens.

§. 2. Et vocatur aër primus, quoniam abſtrahit etiam à ſenſu. Idcirco aër iſte compoſitus eſt ex Luce & Aëre, ſicut in luce aër eſt, eſtque mirum Cur vocetur Tohu va Bohu.

ſuper mirum. Et hoc eſt, quod dicit Scriptura Gen. 1, 2. *Tohu & Bohu*, quod homo cum ſtupore miretur illum, quòd nec viſio lucis, nec ſenſus aëris in eo ſit.

Cap. VII.

Literæ Tav in Perſona תּ extenſio.

§. 1. De Tav perſonæ תּ quæ eſt Malchuth mundi veſtis, dictum eſt, quòd pedes ejus extendantur in aërem primum pro neceſſitate mundi. Et quia pedes ejus influunt, & extenduntur in aërem primum factum ex veſtigio; hinc Tav magnam habet cum veſtigio hoc convenientiam: Unde omnes ſignaturæ, quæ infrà ſignantur, per hanc literam fiunt. Et quia veſtigium ejus efficacius erat quam cæterarum literarum omnium, eò quòd extenderetur deorſum, ideò quicquid ſignatur, inferiùs, myſterio Tav ſubjicitur. Et hoc ipſum eſt, quod in Sohar dicitur: Tav ſignavit ſignaturam Antiqui dierum: Quaſi dicat; literam iſtam ſignatam eſſe infrà in Malchuth capitis, quod non cognoſcitur, quod eſt Caput Antiqui. Ex exinde deſcendit deorſum, donec ſignetur in fronte omnium hominum ſicut ſcriptum eſt: Ezech. 9, 4. *Et ſignabis Tav ſuper frontes virorum.* Tau lethale & vivificans.

Tav duplex, lethale & vivificans.

Cap. VIII.

Literæ vocantur lapides & quare?

§. 1. Et de myſterio iſtius Tav dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Per Bohu intelliguntur lapides humentes, juxta id, quod dicitur Jeſ. 34, 11. *Extendit ſuper eo lineam inanitatis, & lapides vacuitatis. Linea inanitatis* eſt Tav, cujus linea extenſa eſt deorſum, ſicut dictum, & *lapides vacuitatis* id ſignificant quod quælibet litera vocatur lapis, ſicut dicitur in Libro Jezirah: Duo lapides extruunt duas domus, & tres extruunt domus ſex. Literæ autem vocantur lapides ob duas cauſas. I. Quia ſicut ex lapidibus extruuntur domus, ita ex literis componuntur combinationes, quæ omnes domus appellantur, ut in libro Jezirah ſcribitur. Et ſicut in domo habitat homo illáque fruitur; ita ex combinationibus iſtis conſtruuntur omnes mundi, cœlumq; & terra, & quicquid in iis, ut & homo; Et ſic omnia habitant in eis, illisque fruuntur non minùs mortui, qui jam obierunt, quam vivi, qui adhuc ſuperſunt. Altera ratio eſt, quod lapis, antequam cæderetur è monte, vocabatur mons, non vero lapis; poſtquam autem cæſus eſt è monte, lapis vocatur: Sic literæ, quando exciſæ ſunt in veſtimento, non vocantur nominibus ſuis ſuisvé plenitudinibus, ſed Aleph eſt ſine Leph, quæ ſunt plenitudo ejus: quando autem deſcendunt deorſum & evelluntur è locis ſuis ſeorſim ſingulæ, tunc accipiunt plenitudinem hanc, & Aleph pronunciatur cum Leph, atque hoc eſt quod dicitur in Libro Jezirah: Sculpſit eas, excidit eas i.e. ſculpſit eas in veſte ſub myſterio ſculpturæ; excidit eas, cùm evellerentur & deſcenderent: in mundo veſtimenti enim plenitudine carent.

§. 2.

§. 2. Deinde autem emanatione mittuntur deorsum & ibi relinquunt plenitudines suas & plenitudinum plenitudines, & ob potentiam regressus sive reflexionis ad superna, & ex omnibus illis particularibus fiunt judicia: nam מלוי per Gem. è אלהים. Exemplum sit in Jod, quod plenitudinem suam infrà relinquit, nempe יוד quod per Gem. est 10. Sephiroth. Et huc pertinet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ Adam primus דן פרצופין duabus personis creatus est; ubi notanter dixerunt דן & non decem. Sed sapienti satis.

Gem. מלוי & אלהים.

Gem. יוד ex Jod cum 10. Sephiroth. דן פרצופין.

§. 3. Tempore venturo autem effundetur super nos Spiritus ex alto, qui est Spiritus iste Sanctus, qui descendit ex aëre primo super nos; efflatur enim Spiritus vitæ è naso Antiqui. Et hîc latet mysterium de puero in Sohar, qui adorabatur in vestibus eorum, quod non orassent Krischma illa die; nactus quippe erat odorem beneficio Metatronis pueri, qui est Magister puerorum, & quidem de Jezirah, quæ vocatur odor gratus sacrificiorum.

De tempore futuro Messiæ.

Odor gratus.

§. 4. Et per hunc odorem percipit Unctus Domini omnia peccata & transgressiones hominum, ut & opera præceptorum quæ faciunt, & num ipsis timor sit: Et in Justo oritur Benignitas per nasum Seir, in quo duæ nares, una Benignitas, altera Judicium. Nasus autem Antiqui aliter se habet: ibi enim è foramine uno vita, & ex altero vita Vitarum; & Judicium pro impio, sicut dicitur Jes. 11, 3. *Et odorari ejus in timore Domini & Spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Et scriptum est: ibid. v. 2. *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ & Intelligentiæ, Spiritus Consilii & Fortitudinis &c.*

Odoris hujus efficacia.

Nares ת׳ Seir.

Nasus Antiqui.

SECTIO TERTIA,

Quæ dicitur

Sectio literæ Jod Nominis סג

Cap. I.

§. 1. Hîc vides Sapientiam DEI Benedicti. Non enim poterant effingi mundi in aëre hoc primo propter magnam ejus tenuitatem nimiamque lucem: nec minùs quia in aëre hoc primo est anima vestigii lucis Æn Soph, & anima vestigiæ lucis vestimenti, unde impedita est manifestatio illa.

Impedita mundorum prodictio ob subtilitatem aëris primi.

§. 2. Innuit ergo literæ Jod He ultimi in Nomine סג quæ est in pedibus Schechinæ, quoniam illa non adeò erat fulgida, sicut aër primus: quia aër primus est vestigium de literis dimidiæ vestis cum literis Nominum vivificantium vestem; Jod autem tantum una erat litera ex illis & quidem de plenitudine; numerus autem vocis מלוי reperitur in Nomine אלהים, nempe 86. denotatque judicium, & est causa regressus & fractio-

Litera Jod & Lux diffusa radius sunt Mundorum.

Lux tu He & Aeris primi.

fractionis vaſorum ſicut dicetur. Lux enim diffuſa erat & deſcenderat in aërem primum ex veſte illa, cujus charta eſt Æn Soph, ſive Infinitus, qui adhæret ipſi inter ſingulas lineas; hæc enim urgebatur aſcenſu ſuo à ſuperiore, ut fierent decidua in aërem primum, ita ut aër primus aſſequeretur literas.

Surſum elevari debuerunt Lux tu Æn Soph & ejus Veſtimenti.

Omne autem deſiderium Æn Soph, qui benedictus ſit, erat, ut ſurſum elevaret è ſphæra ſplendoris, quæ deorſum compingebatur, animam veſtigii lucis Æn Soph & animam veſtigii lucis veſtimenti, quæ obſiſtebant manifeſtationi in ſphæra ſplendoris;

Lux tu He & aëris primi.

§. 3. Quare innuebat huic literæ Jod He ultimi Nominis יה quæ eſt in pedibus Schechinæ, cùm ipſa non adeò fulgida eſſet, ut aër primus, ut deſcenderet, & lucem aſſumeret in aëre primo, deinceps autem rediret ſurſum cum illo veſtigio manifeſtationem impediente: quæ id fecit.

Cap. II.

Literæ Jod facultas unde?

§. 1. Nunc inquirendum, quis facultatem dederit literæ huic Jod, ut deſcenderet? Et reſpondetur, quòd facultatem acceperit ex literis antecedentibus Nominis יה de quo plura infrà.

Quare litera Jod deſcenderit?

§. 2. Reſtat tamen quæſtio alia: Nempe cùm omni luci ſanctæ, quæ ſuperiùs eſt, nullam ſit deſiderium deſcendendi, imò ex adverſo intimiùs adhærere radici ſuæ cupiat; quare Jod hoc deſcenderit, & quis illud coëgerit? Reſponſio eſt, literam hanc affixam fuiſſe Perſonæ כת quæ eſt Perſona Schechinæ, & quidem ultima medietatis veſtimenti ſuperioris. Hinc patet, quod Caph hoc perſonæ כת quæ Malchuth eſt, illam impulerit dicens: Abi deorſum, & relinque ibi plenitudinem tuam, nempe רץ duas Perſonas, ſicut dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quod Adam primus duabus Perſonis creatus ſit, quorum numerus 10. unde provenerunt 10. Sephiroth, ſub myſterio puncti, in quo continentur 10. Et has deinde produxit è potentia in actum, ſicut dicam Sectione de ſplendore.

Plenitudo literæ Jod.

Cap. III.

Statura Adami primi determinata.

§. 1. Et hoc eſt myſterium loci illius: Pſ. 139, 5. *Retrò & antè formaſti me, & poſuiſti ſupra me* כפך *manum tuam*, quod dicitur. Poſt literam iſtam Jod non fuiſſe literam aliam: atque iſtud eſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd nimirum diminuerit Sanctus ille Benedictus hominem primum, & attribuerit ipſi 100. cubitos, quæ eſt determinatio ſtaturæ ejus.

Formatio Adami primi ex parte anteriori & poſteriori.

כף autem per Gem. denotat 100. cubitos, unde dicitur: *Et poſuiſti ſuper me* כפכה *volam tuam*; quod nota. Unde dicitur: *Retrò & antè formaſti me*, quia, quod ante & poſt ipſum manifeſtum eſt: Et ſequitur; *Et poſuiſti ſuper*

me

me volam tuam, quæ eſt manus Domini cuſtodiens; ubi intelligitur Caph Perſonæ כת quæ eſt Schechina, vicina Jod Nominis סג.

§. 2. Et hoc Caph percuſſit caput hujus literæ, & compulit illam deorſum, ut extrueret ſphæram ſplendoris in loco vacuo, qui in aëre primo. Literæ Jod deſcenſum fecit ò Caph.

§. 3. Et hoc eſt myſterium percuſſionis, qua Caph percuſſit Jod virtute literarum antecedanearum, quæ ipſam adigebant, ut deſcenderet. Et hoc myſterium extenſionis factum eſt per modum lapſus è virtute percuſſionis. Myſterium percuſſionis & extenſionis.

§. 4. Et nota hanc regulam, quòd omnis extenſio lucis denotet benignitatem, juxta ſimile aquarum defluentium. Omnis autem regreſſus lucis ſurſum eſt judicium, quod tamen intelligendum de extenſione per ſe, quæ non contingit per modum lapſus. Nam extenſio lucis, quæ denotat judicium è Geburah, & delabitur certo lapſu, fit per myſterium Nominis 42. literarum; cùm ſcil. Voluntas Dei Benedicti illi mandat, ut exequatur legationem ſuam, aut elevet eum, cui opus eſt aſcendere: Et hæc operatur cito curſu & feſtinanter, & natura ejus ſimilis eſt igni, cujus natura eſt aſcendere ſurſum, non vero deſcendere deorſum, niſi fortè delabatur velociter, & mox iterum regrediatur ſurſum: Quod non facit Nomen 72. literarum cujus natura eſt extendi deorſum lento grado, non vero feſtinanter ad inſtar aquarum. Ideò dicitur in Sohar Sect. Beſchallach: Hoc aſcendit, & hoc deſcendit, Extenſio autem ſimpliciter dicta denotat benignitatem; ſed extenſio per modum lapſus denotat judicium benignitatum, ſicut Nomen 42. literarum. Myſterium delapſus. Differentia inter Nomen עב & מב.

§. 5. Et veſtigia hujus latent in Nomine יעקב Jacob, ubi Jod denotat miſerationes, ſed בקע diſſectio denotat delapſum lucis, quod eſt judicium. Et ſic etiam judicium erat in delapſu literæ hujus Jod, quam deorſum compellebat Caph pro emolumento mundi, nimirum ut ex illa extrueretur ædificium mundi. Benignitas & judicium in Nomine יעקב.

§. 6. Et Jod hoc fuit architectus, qui omnes conſtruxit mundos, ſicut dicetur. Jod mundorum architectus.

Cap. IV.

§. 1. Suprà jam diximus, quod Jod plenitudinis He Nominis סג non habuerit ſocium: Unde dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Dixit Sabbathum coram Sancto illo Benedicto. Omnibus dediſti ſocium, mihi autem ſocium non dediſti. Hoc enim Jod plenitudinis He alludit ad Jeſod quod in Malchuth, quæ eſt Perſona כת; eſtque perſonæ Schechinæ Malchuth: Nam Malchuth de Malchuth abſorbetur in illius Jeſod, quoniam eſt in mundo Æn Soph. Jeſod vero ubique vocatur Sabbathum, ut notum eſt, quoniam ſeptimum habet locum poſt קורש i. e. poſt Chochmah, quæ eſt Pater, ubi hic numerus incipit nempe à Binah usque ad Jeſod, quod Jod ultimum Nominis סג caret ſocio. Jod plenitudinis He refert Jeſod in Malchuth. Jeſod vocatur Sabbathum & quare.

quod loco ſeptimo, & propterea Sabbathum dicitur. Quamvis etiam contineat 3. ramos, qui in Schin vocis שבת qui ſunt נהי protenſi in agrũ pomorum Maſculi quod eſt myſticũ illud ש quod innuit בת filiam, quæ adhæret 3. ramis ש qui ſunt נהי in Imma, & extenduntur in חגת חגת Seir. Schechinah autem aſcendit ad hoc Schin Patrum חגרת ſicut dicam alio loco.

Tres rami literæ ש.

§. 2. Reſponſum autem eſt illi: Congregatio Iſraël erit ſocia tua: quaſi diceretur: Tota Aziluth erit ex te.

§. 3. Deſcendit autem quinquies deorſum, ut attolleret animam veſtigii lucis Æn Soph qui benedictus ſit & veſtigium lucis animam veſtimenti è ſphæra ſplendoris, ut faceret ex illo Adamum qui Kadmon dicitur. Omnis autem regreſſus denotat judicium, ſicut etiam docet verſus ויבוא Exod. 14, 20. qui eſt retrorſum, & lucem percuſſit retrorſum, quæ impediebat, ne detegeretur ſphæra ſplendoris.

Quem in finem deſcenderit?

§. 4. Ratio autem quare quinquies regreſſa ſit, provenit è poteſtate ו plenitudinis Jod; ſi enim Vav non ponatur ſub Daleth, oritur He. Omnis autem plenitudo eſt judicium, ut tandem deveniretur ad intentionem finalem, nempe creationem mundi, quæ eſt Nepheſch mundi ſplendoris.

Quem in finem quinquies? He litera ex ו.

Cap. V.

§. 1. Sanctus ille Benedictus innuebat literæ huic Jod, ut quaſi exoriretur, & luceret in loco vacuo: Quæ ſic fecit, & mox rediit ſurſum cum Luce Æn Soph & luce veſtimenti, quæ impediebant detectionem ſphæræ ſplendoris, & 10. ejus Sephiroth inibi comprehenſas ſub Nomine mundi Tohu.

Modus creationis Mundi.

§. 2. Et in regreſſu ſuo conſtituit literas judicii quæ ſunt literæ regreſſus retrocedentes, ſicut verſiculus ויבוא, Exod. 14, 20.

Fit per judicium.

§. 3. Et hoc regreſſu facta eſt manifeſtatio infrà & extitit veſtigium, ſicut forma ſphærica è fulgore excelſo; id quod in Sohar vocatur Tchiru ſimpliciter i. e. ſplendor: vocaturque Materia prima. Et intenditur in Sohar, ubi in præfatione dicitur: קוטרא בגולמא נעץ בעזקא לא אוכם ולא חוור ולא גון כלל: id eſt: Fumus quidam ſive exhalatio, quæ exiſtebat in informitate infixa eſt annulo & non erat nigra; nec alba; nec ullo calore alio. Quaſi diceret: Regreſſus literæ hujus Jod effecit veſtigium ſuprà dictum, quæ eſt Sphæra iſta, quæ eſt quaſi ſuffitus & quaſi fumus. Et ſicut fumus eſt informis, nec ſub certa forma comprehenditur, ita ſphæra hæc eſt informe quiddam, cùm ſphærica appareat quidem, non tamen comprehendatur, quia in illa non eſt judicium ſive nigredo, nec albedo ſive benignitas, nec alius color, ſive miſerationes: Sed ſphæra fulgida in fixa eſt in dictâ hâc literâ Jod:

Materia prima Tchiru ſive Splendor. Explicatio Textus primi è Sohar Breſchith Edit. Crem. Fumus colore deſtitutus. Sphæra in annulo.

Hoc

Hoc enim eſt, quod dicitur נעיץ בעזקא: Nam litera Jod qui vocatur annulus, ſicut dicitur in Præfat. Tikkunim.

Cap. VI.

§. 1. Scito: Cùm litera Jod ſurſum regrederetur, illam non potuiſſe aſcendere & adhærere veſtimento: ſed relicta eſt ſupereminens ſplendori; & ſplendor infixus eſt ipſi ejusque apici inferiori. *Literæ Jod cum ſplendore cohæſio.*

§. 2. Sciendum autem quòd omnis lux ſpiritualis, quæ lucet in loco alio, quamvis ex illo tollatur, tamen relinquat veſtigium, nec tollatur omnino: juxta illud: Non recedit Schechinah. Unde etiam in loco hoc vacuo relictum eſt veſtigium de luce veſtimenti. *Veſtigium Veſtimenti relictum in loco vacuo.*

§. 3. Et quia mundus non potuit uti luce iſta magna, ideò mandavit literæ Jod ſuprà dictæ, ut deſcenderet, & luceret lumine ſuo, quod aliquantò craſſius erat. *Lux Veſtimenti & lux literæ Jod quid differant.*

§. 4. Nihilominus tamen etiam ſecunda hæc lux tam magna erat, ut mundus illa non poſſet uti; unde Sanctum Illum Benedictum ſecunda vice oportebat nutu præcipere literæ Jod, ut denuò deſcenderet, luceretque in ſplendore ſuprà dicto, ut lux illa magis incraſſeſceret. *Literæ Jod deſcenſus iteratus.*

§. 5. Et ſenſus eſt; quòd litera Jod, cùm adhæreret Schechinæ, adhærentem ſibi habuerit lucem Schechinæ, quamvis lux ejus non tam magna eſſet atque Schechinæ. Cùm autem deſcenderet, lucem ſuam inferiùs reliquit, ex qua factus eſt ſplendor: In ipſa autem non relictum eſt niſi veſtigium tantum, quoniam non poterat regreſſu ſuo aſcendere ſurſum, ut adhæreret Schechinæ, quia jam in maſſam redacta erat. *Literæ Jod aſcenſus præpeditus.*

§. 6. Quòd autem litera Caph ipſam percuteret, fiebat ad ſeparanda multa millia ſeparationum, ſicut faciunt mallei ferrei, qui ſunt 120. Elohim ferientes caput Aſa & Aſael, cùm volunt aſcendere: quod cuilibet accidit, qui non eſt dignus ut aſcendat. *Quid ſignificent plagæ à litera Caph inflictæ. 120. Elohim.*

§. 7. Confeſtim autem cùm Jod iterum deſcenderet, non ſanè talem habebat lucem ut prius, ſed ejus tantum veſtigium: ideò Sanctus ille Benedictus nutu præcepit literæ He, quæ ſupra Jod in ſuprà dicto Nomine יה, ut ipſi communicaret de lumine ſuo: Et demiſit illam, ut deſcenderet & luceret per lucem iſtam in ſplendore ſuprà dicto, ut nempè litera Jod haberet potentiam diffindendi ſphæram ſplendoris, poſſetque intra illam ingredi. Mox enim cùm litera Jod aſcendiſſet, ſphæra ſplendoris clauſa fuerat, & iſta non poterat diffindere ſphæram, niſi virtute literæ He in Nomine יה literæ Jod præcedentis. *Veſtigium lucis in litera Jod dependens ex deſcenſu iterato. Literæ He ſubſidium pro litera Jod.*

§. 8. Cùm autem deſcenderet intra ſplendorem hunc, tunc irradiabat

in eum lucem illam, quæ ipſi data erat ab He; quod ipſum eſt quod dicit textus Gen. 5, 2. *In creare eos*, quod Magiſtri noſtri bonæ memoriæ ita explicant: Per ה creavit eos.

Ratio nominis Coronæ Summæ, Antiqui antiquorum, Cauſæ cauſarum &c.

§. 9. Et cùm iterum ſurſum regrederetur, hanc lucem literæ He radicalem ſuprà dictam iterum reliquit poſt ſe, ex qua facta eſt ſphæra alia in ſuprà dicto ſplendore, & ſphæra hæc vocatur כתר עילאה Corona ſumma in Sohar, & עתיקא דעתיקין Antiquus antiquorum, imò etiam עילת העילות Cauſa cauſarum. Scias autem, quod ſphæra Coronæ hujus multò ſit minor ſphæra ſplendoris, ita ut ſpatium locusque vacuus vaſtiſſimus relinqueretur intra ſplendorem. Et omnia nomina illa quæ ſunt intra ſpatium iſtorum mundorum, virtutem habent operandi operationes ſtupendas, creandi mundos eosque deſtruendi. Et myſterium ex eo patet, quod ipſa deinceps deſtruxerunt mundum Tohu: unde oportuit alia nomina producere ſupra mundum Tohu. Imò adhuc hodie operantur tales operationes: Sicut enim devaſtarunt mundum Tohu, ita deſtruent mundum iſtum cum cæteris mundis, qui ſunt radix craſſitiei & corporeitatis, quæ in Nephesch & Ruach: Deinceps autem mundus erit Neſchamah, quem creabit liberrimum illud Agens, poſtquam 6000. annis ſteterit mundus. Et tunc erit dies, qui totus bonus, & totus Sabbathum erit, nec ullum in ipſo erit malum. Et hoc eſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Sex mille annis ſtabit mundus (nimirum mundus iſte qui compoſitus eſt è bono & malo) & uno vaſtabitur, ſicut dicitur Jeſ. 2, 11. *Et exaltabitur Dominus ſolus die illa.* Id eſt: Nomen tetragrammaton, quod eſt gradus Neſchamah, qui totus bonus eſt: non vero gradus Elohim: & reliquæ alæ ſunt cognomina. Et illa die verificabitur hoc: Jeſ. 30, 20. *Et non amplius alis utetur Doctor tuus, & oculi tui videbunt Doctorem tuum*; quod eſt ipſum Nomen tetragrammaton; alæ autem, ſunt tegumenta & velamina ejus a lis ſimilia, ne illud tangant cortices: Et alæ hæ ſunt cognomina. Quod ipſum eſt quod dicit R. Schimeon Jochaides Sect. Schelach lecha: Dixit R. Elieſer: Omnia illa verba & quicquid vidèrunt (in horto Eden Moſis Magiſtri noſtri ſuper quo pax & generationis ejus) ſcripſerunt; & cùm huc venirent, dixi: Scriptum eſt Pſ. 39, 2. *Cuſtodiam vias meas, ne peccem lingua mea.* Et interrogavi patrem meum; Pater, in quo conſiſtunt illæ duæ voces? Qui reſpondit mihi: Per vitam tuam, fili mi, illæ duæ voces conſtruunt mundos & deſtruunt mundos, ſi quis illis utatur. Sed ſapienti ſatis.

Operationes ſtupendæ ex Tehiru.

Mundus Nephesch, Ruach & Neſchamah.

Nomen Tetragramm. & nomen Elohim conſtruunt Mundos & deſtruunt.

Mundus Nephesch, Ruach & Neſchamah.

§. 10. Tempore autem venturo Nomina iſta veſtabunt mundum hunc & conſtruent mundum novum. Tres enim mundos condere in idea ſibi propoſuit, qui ſunt Mundus Nephesch, in quo malum prævaluit bono, quę fuit mundus Tohu, unde illum deſtruxit. Deinde creavit Mundum hunc, qui eſt myſterium Ruach, qui ſciſſus eſt in medietates, unde vocatur Arbor

ſcien-

ſcientiæ boni & mali, quæ ſibi invicem vicina ſunt, ſicut dicitur Gen. 1, 2. *Et terra erat Tohu, & Spiritus Domini ferebatur &c.* Futuro tempore autem Sanctus ille Benedictus deſtruet mundum hunc itidem, & creabit mundum Neſchamæ, qui vocatur אור Lux, ſicut dicitur ibid. *Et dixit DEUS: Fiat lux*; & iſte totus bonus eſt, nec eſt malum in eo, ſicut dicitur Jeſ. 2, 11. *Et exaltabitur Tetragrammaton ſolum in die illa.* Et alibi dicitur Deut. 32, 12. *Dominus ſolus ducet eum, & non cum eo Deus alienigena.*

SECTIO QUARTA

De Adamo primo occulto, qui extat ſupra ſplendorem: Ubi tamen præmittuntur adhuc myſteria quædam alia de aëre primo.

Cap. I.

§. 1. Diximus ſuprà, quòd poſt duplicationem veſtis, nempe poſt reductionem medietatis infimæ poſt ſuperiorem, litera Jod relicta ſit in extremitate aëris primi inferiùs ſine ſocia, & antequam deſcenderet hæc litera deorſum, locus dimidii veſtimenti quaſi fuerit vacuus. Non tamen fuit vacuus omninò, quia nihilominus in eo relictum erat veſtigium lucis Æn Soph, quæ eſt lux Subſtantiæ ejus & quaſi charta; lux autem literarum erat veſtimentum. Erat ergo inibi Lux veſtigii medietatis veſtimenti quaſi eſſent mera Jodin. Locus dimidii veſtimenti.

§. 2. Noſti autem quòd litera Jod collecta ſit è multis punctis, ſicut dicunt Geometræ. Ex veſtigio igitur punctorum Jodalium inhærentium huic aëri primo, omnia collecta ſunt invicem, & factum eſt Jod magnum. Et iſtud Jod reconditum eſt intra literas אור, unde facta eſt dictio אויר qui eſt aër primus, qui poſtea è deciduis ſupernis ritè eſt diſpoſitus. Et vocatur primus, quia eſt initium ſpatiorum aëreorum, quæ in mundo. Si enim vocatus eſſet lux, non potuiſſet vocari lux prima, cùm jam antecederet lux veſtis, &c. Sic etiam ſplendor non poterat vocari Lux, quia lux veſtimenti jam antea aderat: Nec ritè poterat vocari ſplendor primus, quia ante eum jam erat ſplendor excelſus. Puncta literæ Jod. אור & אויר Cur primus vocetur Aer.

Cap. II.

§. 1. Jam verò notes regulam inſignem, quòd, ubicunque Sohar loquitur de aëre puro, intelligendus ſit hic aër primus. Hic enim aër primus poſt factum ædificium & poſt conſtitutam trutinam diviſus eſt in multas portiones, quæ verè ſunt de luce ejus & prorumpentes ſubintrant ædificium, & vocantur aër purus. Aer purus in Sohar quid notet.

Litera Jod interpolita Luci Æn-ſoph.

§. 2. Et quia aër iſte immixtam habuit lucem multam, nempe de Luce Æn Soph ambientis, quæ erat Lux ſubſtantialis, atque iſta lux etiam permiſta eſt aëri huic puro, hinc, ſi ita dicere licet, illum præcipere oportuit literę Jod plenitudinis He, ut interponeret ſe, quò iſta lux retraheretur & evacuaret locum, ut in illo poſſet condere mundos.

CAP. III.

Lux veſtimẽti retracta & recondita in Jeſod.

§. 1. Lux iſta, de qua diximus, quod retracta fuerit in latera, fuit Lux magna: Et Æn Soph, qui benedictus ſit, videbat, quòd mundus non poſſet ſuſferre, ut in eo conderetur, eâque frueretur: idcirco recondidit illam in Jeſod, quæ eſt perſona יסוד quæ in fine medietatis veſtimenti ſuperioris: Nam Malchuth, quæ eſt perſona מלכות abſorpta erat inibi in ſuo Jeſod, quippe quod eſſet in mundo Æn Soph: & ab eo aluntur omnes mundi virtute fili Æn Soph, quæ eſt perſona אל in medio ejus recondita, per quam ipſe derivatur è ſummis ad ima tanquam per filum, ad dandum vitam Adamo primo, ſicut dicam.

Filum Æn-ſophicum.

Explicatio dicti Sohar.

§. 2. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur in Sohar Sect. Breſchith: אור דאתברי ואתגניז ואתגליל בברית קדישא id eſt Lux quæ creata quidem, ſed recondita eſt & comprehenditur in fœdere ſancto. Ubi textus id vult, quod lucem ſuprà dictam, poſtquam elevata eſſet in latera, acceperit Æn Soph, & recondiderit intra medietatem veſtis ſuperiorem, nempe in cuticulam mediam, quæ eſt Jeſod, ſicut diximus in Capitulis antecedentibus ſub myſterio trium cuticularum ſive membranarum.

Reconditum, repoſitum quid notet in Sohar.

§. 3. Et nunc tradam tibi regulam inſignem, quòd omni loco, quo in Sohar aliquid dicitur eſſe reconditũ vel repoſitum vel ſimiliter, intelligendũ ſit ſuprà dictum Jeſod. Et hoc eſt, quod dicitur in Sohar: *Comprehenditur*, id eſt, collectæ & incluſæ ſunt partes ejus intra partes ejus: Et recondita eſt *in fœdere*, id eſt, in Jeſod, quod appellat ſanctum, quoniam ſeparatum eſt à mundis & extra mundos, qui ſunt intra ſphæram ſplendoris. Si enim eſſet intra mundos, fieri non poſſet, quin mundi illa fruerentur, quamvis recondita eſſet multis reconditoriis. Jam verò quoniam hoc in loco recondita eſt, illa planè non utuntur, & tantum de parte lucis ejus participant, quæ demittitur & ingreditur intra filum Æn Soph protenſum è Perſona אל deorſum: intratque & perrumpit & tranſit per Adam primum occultum uſque in ſtatum diſpoſitionis tranſitq; per eum à capite uſque ad pedes ejus: & in eo eſt figura hominis: Et ab eo prodit mundus bilancis intra Coronam, qui eſt Adam primus ſimpliciter ita dictus poſt diſpoſitionem.

CAP. IV.

Quæſtio ſolvitur de de-

§. 1. Hîc proponenda eſt quæſtio notabilis, quare Scriptores dicant, quòd

quòd tam neceſſarium fuerit, ut deſcenderet litera hæc Jod in aërem primum & ibi emitteret lucem ſuam magis craſſiorem, ut ex illa fieret ſphæra ſplendoris: cùm tamen Jod fuerit è medietate veſtis ſuperioris; lux autem quæ in aëre primo, fuerit veſtigium medietatis veſtimenti inferioris? Adde quòd Jod fuërit de ipſo Nomine Tetragrammato, quod eſt vita veſtimenti: quare ergo lucem ejus vocant lucem craſſiorem? Reſpondetur ad illum modum, quo multæ formantur diſtinctiones inter impuritatem & puritatem, & inter ſacrum & profanum. De Aſa & Aſaël enim invenimus, quòd deſcenderint & uſque adeò corporei facti ſint, ut potuerint coire cum filiabus hominum, quod eſt opus brutale: & non ampliùs potuerunt redire in locum ſuum priorem. Quamprimùm enim pervenerunt in aërem mundi alterius, acceperunt veſtem corpoream, quæ non iterum ſeparata eſt ab eis. Et in Sohar Ruth dicitur, quemlibet Angelum, qui infra moratur 7. dies continuos, non poſſe redire in locum ſuum ſurſum. Et Angelos, qui peragunt legationes & miracula edunt pro Iſraëlitis, oportet demergi in fluvio igneo, ut corpora eorum exurantur, & anima eorum perſiſtat. Habent enim corpus ex mundo Jezirah, animam autem in myſterio Nominis è mundo Briah; Et deinde renovantur pro futuro. Et hoc eſt quod dicit Scriptura Thren. 3, 23. *Nova manè mis, multa fides tua.* Accipiunt enim odorem corporeum.

ſcenſu literæ Jod, & de Luce ejus: ſumpto exemplo ab Aſa & Aſael, & applicatione facta deinceps in §. 2.

§. 2. Ita res ſe habuit cum litera hac Jod, quæ deſcenderat deorſum, nec iterum poterat aſcendere, quoniam compacta & craſſa facta erat lux ejus; unde hærebat deſuper & ferebatur ſuper ſplendore. Atque ſic actum eſt cum luce, quæ in aëre hoc.

§. 3. Sed veſtigium ſubſtantiæ ejus non tam craſſum evaſerat, & in ſpecie lux deciduorum: unde recondi oportuit lucem Subſtantiæ ejus, quæ in hoc aëre infra Jeſod medietatis veſtimenti ſuperioris, & lux veſtigii veſtimenti, quæ in aëre hoc contenta, quæ eſt Jod illud magnum, quod illi adhærebat, non poterat ſufferre eam & adhærere illi: unde lux hæc extrudebatur ſupra ſphæram ſplendoris & ex eo factus eſt Adam primus occultus, qui ſupra ſplendorem.

Adam primus occultus ejusque origo.

Cap. V.

§. 1. Litera hæc Jod evacuabat interpoſitione ſua totum aërem primum à luce inibi incluſa, eamque ſurſum tollebat, quam deinde ſuſcipiebat Jeſod ſuprà dictum; illam enim non ſinebant aſcendere, ut adhærere radici ſuæ ſicut antea.

Litera Jod poſtquam deſcendit, non iterum aſcendit.

§. 2. Deinde ipſa ſubintrabat aërem hunc deſcendensque emittebat fulgorem in hoc aëre, & implebat illam luce multis millenis vicibus craſſiore, quam lux illa erat, quæ jam ibi inveniebatur, eò quòd lux illa recõdenda erat. Quamvis autem reconderetur, tamen veſtigium ejus adhuc in aëre erat: Sed veſtigium hoc tali non erat poteſtate prædituм, ut poſſet coagulare & for-

Sphæra magna Splendoris unde.

& formare vas pro hoc fulgore crassiore: Cùm ergo lumen fulgoris hoc rediret sursum, ex illo regressu compingebatur lux fulgoris & fiebat sphæra magna splendoris.

Tehiru quid notet.

§. 3. Et facto hoc regressu in superiora, videbatur illud quod ejectum erat deorsum; nam ante factam ejectionem, & quia sphæra hæc obscura valde erat respectu illius lucis, quæ jam erat in aëre, & respectu mundorum superiorum. Splendor iste vocatur טהירו, id est lux, nomine Chaldaico, quod denotat posteriorationem & judicium, & obscuritas est respectu lucis. Et hinc intelliges, quod quando R. Schimeon Jochaides mentionem facit Tehiru simpliciter ita dictæ, intelligenda sit hæc sphæra.

Cap. VI.

Jod magnum.

§. 1. Et jam scias, quòd, quamprimùm descendit Jod in lucem suprà dictam vestigii medietatis vestimenti inferioris, hæc ipsi adhæserit, factumque sit Jod magnum: Sed postquam Jod rediit sursum, facta nempe sphæra splendoris, statim consummata & clausa est sphæra. Jod autem cùm vellet ascendere, in locum originis suæ, non concessum est illi: Quotiescunque enim adscendere vellet, Caph percussit caput ejus, unde ferebatur super faciem aquarum tanquam gutta vestigii lucis vestimenti, cùm adhuc essent aquæ, nec adhuc ex illis factus esset Adam primus occultus. Litera Jod vestigii tamen non habebat facultatem subigendi omnes partes fulgoris, qui in ipsa comprehensus erat: Et sinebat illas cadere & illi fulgores punctorum vestigii descendebant, & inde fiebat lux ambiens Tehiru sive splendorem desuper.

Literæ Jod ascensus inhibitus.

Lux ambiens splendorem unde.

§. 2. Et ista lux ambiens tota fiebat in forma circulorum, sicut ipsa vestis.

Lux ambiens circularis.

§. 3. Et circuli isti sunt 10. quoniam radix eorum sunt puncta, unde etiam extensio ipsorum forma erat circulari.

Circuli 10. lucem ambientes.

§. 4. Erant autem circuli 10. sub mysterio 10. Sephiroth. כתר גדת נהים & inter illos 10. spatia. Unde patet, quod sphæra hæc splendoris sit in medio spatii Malchuth Adami primi occulti.

Sphæræ circulorum situs.

§. 5. Et hinc intelliges quod suprà dixmus lucem ambientem esse supra splendorem, cùm hîc videas Malchuth ejus ipsum ambire.

Lux ambiens supra splendorem.

§. 6. Novem autem Sephiroth, quæ supra splendorem, sunt 18000. myriades mundorum, in quibus Sanctus ille Benedictus, id est, Seir quotidie circumfertur, ut ipsa adipiscatur lucem ejus. Sicut etiam deferturin cogitatione ejus, ut adipiscatur arcana ejus: Illa enim est desiderium superiorum & inferiorum.

18000. myriades mundorum.

Duo millia in singulis Sephiroth.

§. 7. Duo autem millia, de quibus dicitur Psal. 68, 18. 2000. שנאן noli legere שנאן sed שאינן quasi quæ non sunt, id est, quæ pertinent ad Malchuth

chuth ejus. Malchuth enim absorbetur in illius Jesod, nec refertur ad numerum mundi masculini. Et respectu vasorum & spatii intermedii dicuntur 2000. Malchuth, juxta illa verba: *Currus DEI duæ myriades millia, quæ non sunt*: Sicut dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ.

§. 8. Et exhinc iidē operationē etiam instituunt in Adamo primo simpliciter ita dicto, qui est Corona Coronæ post dispositionem 18000. myriadum mundorum ipso actu institutam: Quoniam in Adamo primo occulto tantùm in potentia sunt. Sed de his satis.

Dispositio 18000 myriadum mundorum in Adamo primo.

Cap. VII.

§. 1. Adam iste primus, qui est in 10. istis circulis supra splendorem, vocatur Adam primus occultus. Et in quolibet istorum circulorum extruuntur multa milla mundorum. quanquam & in spatiis sint mundi, illi tamen non videntur, nisi tanquam in aēre.

In circulis Sephirothicis Adam primus occultus & multa millia mundorum.

§. 2. Et isti circuli Adami hujus primi occulti considerantur sub Mysterio ממין.

Mysterium ממין

§. 3. Et hoc ipsum est, quod scripsit R. Jischmaël f. Elischa, Sacerdos magnus in Opere Vehiculi: Nomen unum in 10. Memmin. Et qui ignorat mysterium, quod est in his Memmin, nempe modò dictis circulis, ille ignorat, quid prosint.

Nomē unum in 10. Memmin, quid notet hæc phrasis.

§. 4. Et hoc est mysterium, quod toties scribitur in Opere Creationis; ויאמר Elohim, ubi inveniuntur literæ אויר מ qui est aër ille, quem intra Memmin producunt 10. Locutiones per phrasin ויאמר è potentia in actum, mediante Elohim, quæ est Malchuth Adami primi simpliciter ita dicti; ut notum est.

Mysterium in dictione ויאמר Malchuth Adami primi.

§. 5. Et si dicis, Memmin illa merito debere esse clausa, & non aperta, quoniam sunt circuli: Respondetur, singulos horum circulorum aperturam habere circa suum Jesod versus spatium: Et Mem quod erat clausum, factum est apertum, & prodierunt ab eo intra spatia 10. Jodin.

Cur illa 10. Memmin sint aperta & non clausa.

§. 6. Sic enim pariter scribitur in Opere Vehiculi, Nomen unum in 10. Jodin. Et quia Mem aperit os suum, & producit Jod in aërem, tum fit quasi ף: Nam Jod adhæret lineæ Mem & gravitate sua deorsum tendit, avellitque lineam à tecto Mem, unde pes literæ Kuph pendulus est: Unde in dicto Opere Vehiculi pariter scriptum est: Nomen unum in 10. Kuphin. Ubi indigitantur illa Kuphin, è quibus fiunt 10. Sephiroth ipsius splendoris, quarum meminit liber מעין כחמה fons Sapientiæ, quem composuit Moses Magister noster, super quo

Nomen unū in 10. Joddim quid subinnuat hæc phrasis. Nomen unū in 10. Kuphin: quid significet. De conciliatione numeri dena-

rii & tredenarii ſuprà dicti.

pax. Et quamvis in Capitulis præcedentibus ſcripſerim, 13. Kuphin eſſe in myſterio Tchiru ſplendoris, ſicut 13. Zade in Kether, & 13. Memmin in aëre primo; nihilominus, quod eſt in parte, id eſt in toto: Nihil enim eſt in generali; niſi quod in ſpeciali eſt, quod eſt Adam Kadmon. Et tria illa ſuperantia denarium ſunt tres partes literæ Jod, ſicut diximus in Capitulis præcedentibus. Et hæc ſufficiant pro confirmandis omnibus verbis Sapientum.

CAP. VIII.

Adam primus analogus Mundo Briah.

§. 1. Nunc ſcias, quòd ſicut intra Malchuth Aziluthicã ſunt mundi Briah, Jezirah, Aſiah, quæ vocãtur caſtra Schechinæ, ita in aëre primo eſt Adam primus, qui analogus eſt mundo Briah. Unde poſt reſtitutionem cùm Adam primus ſimpliciter ita dictus elevatur in locum Adami primi occulti uſque ad pedes ejus, qui relicti ſunt in craſſitie ſplendoris deorſum, poſt altitudinem capitis Malchuth Adami primi ſimpliciter ita dicti, quod eſt caput Antiqui Sancti; tunc 10. Sephiroth ejus vocantur Adam Briathicus: Quamvis ille ſecundus ſit ab Æn Soph, qui benedictus ſit. Ibi enim revera creantur 10. Sephiroth ipſo actu, quod magis eſt, quàm quòd ſuprà illum, ubi hæc tenuia ſunt ſicut cornua cicadarum reſpectu inferiorum. Unde etiam tantùm phraſis בחונה notionis, non verò phraſis פועל actus ibi adhibetur propter nimiam tenuitatem.

Splendor intra Adamum primum analogus Mundo Jezirah; & Kether intra ſplendorem mundo Aſiah.

§. 2. Porrò intra Adamum primum, Tchiru ſplendor analogus eſt mundo Jezirah: & intra ſplendorem eſt Kether, quæ analoga eſt mundo Aſiah. Et ſicut Malchuth eſt quaſi gutta reſpectu Seir Anpin; ita aër primus cum omnibus in eo contentis eſt quaſi gutta reſpectu Æn Soph, qui benedictus ſit, ambientis veſtem.

CAP. IX.

Adam primus occultus quid.

§. 1. Sphæra hæc vocatur Adam primus occultus, quoniam eſt incluſus & obſignatus ſupra ſplendorem.

Velum diſtinguens inter Adamum primum occultum & ſimpliciter ſic dictum.

§. 2. Et quamvis poſt reſtitutionem ſurſum elevatus ſit Adam primus ſimpliciter ita dictus: non tamen commiſcetur cum hoc: Quoniam filum Æn-ſophicum, quod ſemper exit de Jeſod extremitatis dimidiæ veſtis pro vita mundorum, efficit aulæum diſcernens inter eos, quod eſt velum diſtinguens inter Adamum primum occultum & Adamum primum ſimpliciter ita dictũ.

Veli ejus uſus ac finis.

§. 3. Et quamvis iſte influentiam ſuam ab illo accipiat, id tamen aliter non fit niſi mediante exigua irradiatione per velum hoc facta, juxta textum illum Pſal. 84, 12. *Quia Sol & ſcutum Dominus DEUS.* Et velum hoc impedit influentiam, ne majori copia prodeat, quàm ſufferre poſſunt mundi.

Atque

Atque ſic inter ſingulos mundos eſt velum aliquod diſcernens, juxta illud Ex. 26, 33. *Et dividet velum vobis inter ſanctitatem & ſanctitatem ſanctitatum.*

§. 4. Hinc ille vocatur occultus. Et hoc eſt quod dicitur in Idra magna: Et expandit coram ſe aulæum quoddam: Id eſt, filum illud, quod prodit de Jeſod veſtis ſuperioris, de quo diximus. Et in hoc velo ſculpſit & æſtimavit Reges. Nam quia omne velum eſt judicium, cujus lux deſuper effulget ſub myſterio lucis retrogredientis, hinc in tota creatione 7. Regum illorumque diſpoſitione quaſi ſculpſit, & determinavit, ne nimium quid acciperent.

Cur Sphæra illa vocetur Adam primus occultus.

§. 5. Quare autem vocatur פרסה velum? quia judicia ſunt מנצפך & ארני ſicut notum: Quòd hæc ſint duo judicia Minchæ & veſperæ, quæ mitiganda ſunt. Et illæ duæ guttæ judiciorum lapſæ ſunt deorſum, & Jizachack & Jacob, ſuper quo pax, diſpoſuerunt illa ſub myſterio copulæ, ut mitigarentur. Unde per preces noſtras mitigantur hæc judicia. Et ideò illo tempore & illa hora peccatores, qui in inferno, remiſſionem habent & liberationem modicam tempore illarum precum.

Quare vocetur velum?

§. 6. Et illud ipſum velum etiam eſt judicium ad impediendam influentiam, ne abundantior prodeat, quàm mundi poſſint ſufferre, & cauſentur fracturam aliquam, quod abſit. Intuere autem dictionem פרסה & invenies duas voces פֹּר סֹה quæ ſunt duo illa Nomina ſupra dicta juxta numeros eorum, nempe מנצפך & ארני.

Duæ voces סֹה & פֹּר in dictione פרסה correſpondent per Gematriam מנצפך & ארני.

Cap. X.

§. 1. Quare autem vocatur Adam primus? Quia notorium eſt, quòd myſterium bilancis ſit diſpoſitio perſonæ Adami ſive Hominis: Kether enim eſt caput, Chochmah & Binah ſunt 2. humeri, &c.

Quare vocetur Adam primus?

§. 2. Et quamvis bilanx non fuerit niſi poſt reſtitutionem: nihil tamen intereſt, quia ſic loquimur propter finem ejus, qui deinceps productus eſt è 236. millenis myriadibus literarum egreſſarum ad ædificandum mundos & ad deſtruendum eos: ubi relictæ ſunt ſub myſterio lucis ambientis 100000. myriades, ſicut exponetur in materia de Fragmentis Vaſorum.

100000. myriades relictæ de 236 m. myriadibus,

§. 3. Et Adam primus factus eſt in perfectione ſua etiam beneficio filii hujus; & quia ibi eſt prima bilancis manifeſtatio, qualis in ſuperioribus nondum facta erat, ideo vocatur Adam primus.

§. 4. Et ex hac ſphæra prodierunt Iſraëlitæ, qui vocantur Adam ob myſterium Neſchamæ, quæ ſub notione Jechidæ deſignatur in apice Jod. Notum enim quod omnes mundi ſupra Abbæ conſtituti exiſtant ſub myſterio Jod. Et hoc eſt quod dicitur in Sohar ſect. Schemoth: Cùm vaſtaretur domus Sanctuarii, ſurſum ablata eſt ſcaturigo literæ Jod; Quia

Myſterium literæ Jod.

omnia proveniunt è virtute Jod plenitudinis He, quod vocatur linea mensuræ, cujus apex inferior infixus est Adamo primo & sphæræ splendoris demittitque illico omnem influentiam è supernis advenientem ad modum fili suprà dicti; hinc 236. millenæ myriades proveniunt è mysterio 231. portarum, & הוא aëris primi, unde 236. quæ designant הי ultimum Nominis סג quod demittit lucem suam per 231. combinationes suprà dictas.

236m. myriades literarum unde oriantur.

§. 5. Et numerus hic frequentiùs invenitur in determinatione staturæ R. Jischmaël f. Elischa Sacerdotis magni, & in Capitulis Palatiorum ejus, ubi latitudo gloriæ 236. mille myriades milliaria, quæ sunt nomina, ut suprà exposui.

Explicatio integri textus ex Sohar de Aete primo.

Cap. XI.

§. 1. Huc pertinet dilucidationis loco, quod in Sohar dicitur fol. 4. יוֹד דאסתלק מאויר ואשתאר אור והייני יהי אור שהיא קדמאה: Si Jod tollitur ex אויר relinquitur אור, & hoc ipsum est Gen. 1, 3. יהי אור *Fiat Lux, quod est primum*, id est, Jod lucis vestimenti: Sed Jod ultimum est Jod vestigii, quod fuit in aëre. Et sensus est, quòd cùm descenderet Jod Nominis סג quod est de ipsa luce vestimenti, in aërem hunc, eidem adhæserit Jod vestigii, & Jod ingressum sit inter Vav & Resch vocis אור, unde אויר.

Jod primum & Jod ultimum.

§. 2. Deinde cùm altera vice sursum tolleretur, & ex illa ebulliret lux Adami primi, tunc cum illa etiam Jod hoc elevabatur, & vestigium hoc redibat ad literas אור; nam Jod avolaverat & abierat. Et hoc ipsum est, quod ibi dicitur יהי אור antequam scilicet Jod veniret in aërem primum, ibi אור tantum erat & non אויר: deinde autem fiebat אויר, cùm hoc illud descenderet.

Ex אור factum אויר

§. 3. Mox iterum sursum tollebatur, & res iterum redibat ad vocem אור: unde dicitur ויהי אור *& fuit Lux*, quæ est Lux illa, quæ jam erat, antequam Jod suprà dictum descenderet.

§. 4. בקע בקדמיתא *Fidit initio* (Jod suprà dictum perrupit aërem primum) *& produxit punctum aliquod occultum è mysterio sui*, id est, effulsit è plenitudine ejus יוֹד, quæ etiam æquivalet alii Jod, Lux crassior, & ibi collecta sunt puncta sub mysterio Jod occulti magni.

§. 5. דהא אין סוף בקע מאוירא דילה *Nam Æn Soph perrupit aërem ejus.* Æn Soph est vestis quæ est Jod illud, quod nactum est influentiam, i. e. potentiam è Nomine: *& perrupit aërem ejus*, quod est vestigium medietatis vestimenti inferioris, quæ est ejus וגלי דאי נקודה יוֹד *Et manifestavit hoc punctum Jod*; quoniam hoc Jod extendebatur sursum, ut adhæreret Jod fundamentali, & abiret, hinc quod relinquebatur, inveniebatur esse אור ex illo arcano aëris occulti, qui erat extra circulum sphæræ splendoris. Qui ideò excul-

excultus est, quando scil. ab eo aufertur punctum primum Jod, sicut diximus. לבתר אתגלי עליו *Deinde manifestatur super ipso*, cùm scil. deturbarent ipsum deorsum: מטי ולא מטי *attigit & non attigit*; intellige de infixione apicis inferioris. כיון דאתפשט נפק *Cùm extensum est prodiit*, i. e. rediit sursum, ut ejiceret ex se vestigium illud, è quo factus erat Adam primus: Et hæc est Lux illa, quæ relicta est ex אויר, & hæc est Lux, quæ antea fuerat: Vide latiùs loc. cit. & in Edict. Mantuan. fol. 16. col. 2.

Cap. XII.

§. 1. Filum Æn Soph, quod prodit de Jesod medietatis vestimenti superioris, creavit omnes creationes infra se constitutas: quin & omnes dispositiones luminum interiorum factæ è fragmentis vasorum per illud restitutæ sunt, & ascenderunt illuc. Fili Ænsoph operationes.

§. 2. Quin & per mysterium aquarum fœmininarum, quas nos elevamus per bona nostra opera in Seir & Uxorem ejus, & è Seir & Uxore ejus in Patrem & Matrem, & hinc in Arich, & ex hoc in Adamum primum, istud fit, ut filum hoc huic immittatur. Unde patet, quod omnis excitatio ascendat ad hoc filum. Bona opera Israelitarum diriguntur ad filum Ænsophicum.

§. 3. Et hoc ipsum est, quod dicitur in Libro mysterii: ביה סלקין *In illud ascendunt* lumina scil. interna fragmentorum vasorum וביה סליקן *& per illud ascendunt* i. e. Nunc per aquas fœmininas quotidie. דלא הוו *Quæ non fuerunt* i. e. illa quæ ascenderunt in cogitationem ejus, ut crearentur, nec tamen prodierunt ipso actu: quæ sunt illa recondita in Adamo primo occulto. Et hæc sunt illa quæ non fuerunt, nimirum quæ nunc nondum existunt, sed quæ aliquando sunt extitura, sicut dicemus. והוו *Et sunt* i. e. vasa quæ prodierunt ipso actu ויהוויין *& erunt*, nempe millenario octavo, cùm innovabuntur mundi, & singuli tribus gradibus ascendent in altiora, donec omnia regrediantur & comprehendantur in filo hoc. Et tum locum habebit textus ille, qui dicit Jes. 30, 26. *Et erit Lux Lunæ &c.* ubi sensus est: Lux Lunæ i. e. mundus Asiah, quem possidet Luna i. e. Uxor ejus: *Erit sicut lumen Solis* i. e. Seir, qui possidet mundum Jezirah. *Et lumen Solis* i. e. Jezirah: *Erit bis septem* i. e. ascendet duos gradus i. e. septem in mundo Briah & 7. in mundo Aziluth. Et tunc quoque Arich comprehendetur in Adamo primo, & Seir & Uxor ejus ascendent in locum suum per Patrem & Matrem, ita ut omnia ascendant ad filum hoc millenario octavo. Explicatio textus ex libro Zeniutha.

§. 4. Jam autem nosti, quod extensio Adami primi procedat per totum mundum punctorum nempe usque ad finem septem punctorum quoad Adam primi extensio.

loca ſua prima, quæ fracta ſunt, qui ſunt ſeptem dies primi. Unde vides, quòd & illa quæ futura ſunt, aſcenderint in filum hoc: Quin & illa quorum non eſt reſtitutio in mundo, ſicut 974. generationes, & illa vaſa fracta & ſimilia quæ ſunt myſterium millenarii ſeptimi, ubi reſtituetur, quod vaſtatum eſt, & analogum eſt Malchuth abolitæ.

De tempore venturo.

§. 5. Hinc dictum eſt Jeſ. 2, 11. 17. *Et elevabitur Dominus ſolus in die illa.* Et illo tempore deſtruetur, quicquid corporeum eſt, & nihil penitus mali relinquetur in mundo, ſed omnia erunt bona: Nempe Tetragrammaton & Neſchamah. Malum autem & locus ejus corrigentur, & omnia erunt bona & Sabbathum & quies in vitam æternam.

SECTIO QUINTA,

Sphæra Splendoris.

CAP. I.

Sphæra Splendoris ob deſcenſum literæ Jod conſtans è decade.

§. 1. Summa eorum quæ ſuprà diximus eſt, quòd Sanctus ille Benedictus nutu præceperit literæ huic Jod, ut deſcenderet & fulgorem emitteret in loco hoc vacuo: quæ ſic fecit, & lucem ſuam infrà reliquit, quæ eſt plenitudo ejus, nempe יה ſub myſterio duarum perſonarum. Cùm ergo יה per Gem. efficiat 10. inde 10. Sephiroth mundi Tohu, quæ ſunt intra ſplendorem, unde facta eſt ſphæra ſplendoris, quæ conſtat è Decade, ſicut notum.

Regreſſus Lucis de litera Jod quid induxerit.

§. 2. Deinde autem rediit ſurſum: & hoc in reditu ſuprà ipſi acceſſit anima veſtigii lucis Æn Soph, quod impediebat manifeſtationem judicii Sephirarum mundi Tohu. Quin etiam per reditum hunc conſtituit ſtationem literarum ad modum lucis regredientis, nempe ſic תשׁרק. Regreſſus enim cauſa fuit fractionis vaſorum: Et omnis regreſſus denotat judicium,

Iudicium benignitatis.

§. 3. Quin & extenſio literæ Jod deorſum facta vocatur judicium benignitatum; Quoniam decidebat per modum lapſus ob percuſſionem literæ Caph ſibi vicinæ, juxta illud Pſal. 139, 5. *Et poſuiſti ſuper Jod Caph tuum*, quod communiter ſonat: Et poſuiſti ſuper me volam tuam.

Maſſa ſphærica è ſplendore ſuperno conflata appellatur Tehiru & quare.

§. 4. Et reditus iſte effecit detectionem infrà: Nam Jod elevabat ſecum veſtigium lucis Æn Soph, quæ erat in medio hoc aëre eum adimplens, & apparebat maſſa quædam ſphærica è ſplendore ſuperno. Appellatur autem Tchiru nomine Chaldaico lucem ſignificante, ſicut in illa phraſi שרגא בטהירו lucerna in meridie. Omne autem Chaldaicum denotat poſterio-

ratio-

rationem atque judicium. Non enim poterat vocari nomine aëris, nec nomine lucri, ut dictum est Capitulis præced.

§. 5. Circulus autem sphæræ splendoris replebat aërem primum in circulo suo, non vero quadrato. Et relinquebantur 4. anguli, ut dictum suprà. — Aër primus in forma circuli.

§. 6. Et quia Jod illud crassescebat descensu suo, hinc non poterat ascendere, ut adhæreret radici suæ: Manebat ergo obversans super sphæram splendoris, & apex ejus inferior infigebatur sphæræ splendoris atque extendebatur in Adamum primum & in velum. — Lux literæ Jod descendentis crassescens.

Cap. II.

§. 1. Ex illis regressibus lapsuque & similibus facta est confractio vasorum, & exorta sunt judicia atque cortices. — Fractiones vasorum, judicia & cortices unde.

§. 2. Et ex hoc regressu Jod suprà dicti, quòd denotat judicium, compingebatur & incrassabatur aliqua portio aëris primi & fiebat sphæra, quæ in Sohar vocatur Tehiru, Splendor. — Sphæra Tehiru unde.

§. 3. Atque istud est, quod dicit Sohar in præfatione sua, ubi inquit: Fumum informem affixit annulo nec nigrum nec album, nec coloris alius. Quasi diceret; Regressus istius literæ Jod efficiebat vestigium suprà dictum, quod est sphæra hæc, quæ est quasi massa informis, quoniam est quasi suffitus fumi: Et sicut fumus videtur quidem esse massa quædam, sed non comprehenditur; ita sphæra hæc est quasi massa aliqua rudis, quoniam sphærica quidem esse videtur, sed non comprehenditur: Non enim in ea est judicium, hæc est nigredo: nec albedo, quæ est benignitas: nec color in genere i. e. miserationes: Sed sphæra splendida affigebatur literæ Jod, ut dictum: Hoc est illud: Et infixit annulo. Jod enim vocatur annulus, sicut dicitur in præfat. Tikkunim. — Explicatio textus ex Sohar. — Litera Jod annulus.

Cap. III.

§. 1. Sphæra splendoris est finis graduum occultorum, & in se comprehendit 10. colores, quæ sunt 10. ejus Sephiroth: Suntque ipsa substantia ejus scatutientes è medio caliginis, cujus meminit Liber Fons Sapientiæ, quem composuit Moses Magister noster super quo pax. Caligo autem nihil est aliud nisi Occultum absolutè. — Sphæra splendoris quid.

§. 2. Ibi autem dicitur, quòd sint istæ: אור מאור Lux de luce, זוהר מזוהר Splendor de splendore, זיו מזיו Fulgor de fulgore. Id & Scito, quòd אור Lux præstantior sit quam זוהר splendor, & splendor præstantior quam זיו Fulgor. Appellat autem primam אור מופלא, lucem mirabilem vel abscondi- — Explicatio textus ex Fonte Sapientiæ.

ſconditam; quæ eſt Kether: Et ſecundam נסתר occultam quæ eſt Chochmah; & Tertiam: מתנוצץ Coruſcantem, quæ eſt Binah. Et ſenſus eſt: Tres primas illas ſine dubio eſſe Kether, Chochmah, Binah, atque æquales, quoniam in tribus illis vas & ſubſtantia unum & idem ſunt: Et ſimul concreſcunt nec ſeparantur.

§. 3. Ulteriùs quartam vocat אור צח lucem nitidam, & hic eſt זוהר מאור ſplendor de luce. Quintam אור מצוחצח lucem candefactam, quæ eſt אור מזוהר lux de ſplendore. Et hæ ſunt Gedulah & Geburah, quæ proveniunt è coruſcatione Coronæ & Sapientiæ ſimul ſumtarum. Et ſplendor de Luce præſtantior eſt quam Lux de ſplendore, quia omnia judicanda ſunt ſecundum Fundamentum. Atque ſic in prima vas eſt Splendor, & ipſa ſubſtantia Lux in altera ordine inverſo: atque ita in omnibus ſpecialibus & partibus, quarum fiet mentio.

§. 4. Porrò ſextam appellat אור מזהיר lucem ſplendentem, atque hic eſt זיו מאור fulgor de luce. Septimam אור מזוקק lucem defecatam, & hæc eſt אור מזיו Lux de fulgore. Id eſt: E coruſcatione Coronæ & Intelligentiæ ſimul ſumtarum producitur Tiphereth, quæ ſplendeſcit de Chochmah, ut filius ſubjectus patri ſuo: Et Nezach lux defecata: quaſi dicat, Argento fuſo ſimilis, in quo ſcoriæ nullæ immiſtæ ſunt.

§. 5. Deinde octavam vocat אור צח ומצוחצח lucem nitidam & candefactam, qui eſt זיו מזוהר fulgor de ſplendore: Nonam autem אור בהיר lucem fulgidam, qui eſt זוהר מזיו ſplendor de fulgore. Senſus eſt, quòd ex coruſcatione Sapientiæ & Intelligantiæ ſimul ſumtarum producatur Jeſod combinans latera & Hod בהיר fulgens in æthere è phraſi fulgentiſſimæ albedinis, quæ tamen non usque adeò defecata.

§. 6. Tandem decimam vocat אור נוגה lucem claram. Et hæc eſt יקר מיקור claritas de claritate. Senſus eſt, quòd ex coruſcatione trium primarum, quæ ſunt lux ipſa ſeptem inferiorum affulgens iis producatur ignis niger, nempe Malchuth finis ultimarum, ex igne albo nempe Binah quæ eſt ultima primarum. Unde in hac vas & Subſtantia æquales ſunt.

Cap. IV.

§. 1. Suprà jam expoſuimus Cap. III. iſtas decem Sephiroth circuli ſphæræ Splendoris per ſe non tantum quatenus extenduntur in circulo ſuo per circuitum, ſed etiam quatenus extenduntur fulgoribus ſuis, usque ad centrum medium ex omni latere, donec ſimul conjungantur efficiantque punctum unum in medio: Ita ut cognoſci non poſſint in eo omnes decem, nempe ſingulæ in ſpecie. Illæ igitur adimplent maximam partem ſpatii ſplendoris, & in circulo iſtam habent figuram.

§. 2.

§. 2. Istæ sunt 10. Sephiroth circuli sphæræ splendoris, quatenus circumeunt in circulum, & tamen etiam per obliquum extenduntur ad centrum. Et in illis deinde incipit Æn Soph colligere centrum cum tota sua decade inibi permixta, ut singulæ in specie non possint agnosci.

§. 3. Et deinde Æn Soph mittit Jod suprà dictum, ut portionem singularum educat in particularitate sua: Ex quibus deinde factæ sunt 10. Sephiroth mundi Tohu, sicut dicetur Sectione sequente. 10. Sephiroth Mundi Tohu unde.

Cap. V.

§. 1. Istæ sunt 10. Sephiroth, quæ revera extant in corpore Splendoris in circulo sphæræ, ibiq; illa lumina illis affulgent atque illa illuminant sub mysterio colorum non confusorum, qui scaturiunt ex Occulto perfecto. Occultum perfectum.

Extenſio 10. punctorum mundi Tohu.

§. 2. Et ex illis deinde extendebantur in ſpatium ſplendoris 10. puncta mundi Tohu comprehenſa in puncto uno ceu toto, in quo tamen pars nulla, unde non videbantur in eo, nec agnoſcebantur 10. illa puncta ſingula & in ſpecie, ut dicetur Sectione ſequenti.

Punctum Lucis retractum.

§. 3. Ipſum vero replebat ſpatium hoc ſplendoris, nec tamen illi competebat attributum loci, quoniam punctum ipſum inibi conſtitutum ſine diviſione erat, eò quòd nihil haberet realitatis ob nimiam lucis potentiam; donec lux illius puncti regrederetur & colligeretur, ut manifeſtaretur decas illa in ipſo contenta.

Retractio illa denotat judicium.

§. 4. Omnis autem regreſſus judicium denotat. Et quamvis Æn Soph intenderet inibi producere Benignitatem, nihilominus ſine illo non poterant ſubſiſtere, & retractio illa omnino haberi debet pro judicio, ſicut cùm lumen ab aliquo aufertur.

§. 5. Nomen autem Tehiru, ſplendoris eſt יג קוף Tredecim Kuphin quæ omnia fiunt ex Memmin Adunin primi, ſicut explicuimus. Tria autem reſidua veniunt à tribus partibus Jod: Atque hoc eſt myſterium quod dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Kuph eſt Sanctus ille Benedictus. Nam Kuph in plenitudine ſua per Gem. idem valet ac מקום quia ipſe eſt locus mundi, qui comprehendit omnes mundos in ſpatio ſphæræ ſuæ. Sapienti ſatis.

Kuph in plenitudine æquipollet מקום

Cap. VI.

Extenſio Sphæræ ſplendoris.

§. 1. Sphæra hæc Splendoris extenſa erat intra aërem primum occupans partem loci ejus, cui Adam primus prævalere non debebat virtute præcepti Regii.

Splendor circumdatur ab Adamo primo.

§. 2. Et poſt extenſionem Splendoris ſpatium Malchuth Adami primi eundem circundabat ab omni parte.

Aëris primi & Splendoris figura diverſa.

§. 3. Sed iſte aër primus erat quadratus; Splendor autem circularis, underelinquebantur 4. anguli in quadratura ejus, & inibi exiſtebant 4. nomina ordine ſuo in angulis iſtis עב סג מה נן.

Situs Mundi Aziluth.

§. 4. Et iſte ſplendor eſt locus mundi Aziluth poſt reſtitutionem factam, cùm ſcil. Adam primus ſimpliciter ita dictus ſurſum propelleretur usque ad pedes ejus.

Corona Aziluth.

§. 5. Et ſtatim poſt illum incipit caput Antiqui Sancti, quod eſt Corona Aziluth: cui adſtruuntur 4. perſonæ ſociæ ſub combinatione בינ, qui mundi extructi ſunt ſuper pedibus Schechinæ.

Aſiah ſpiritualis & corporea.

§. 6. Intimum autem circuli & ſphæræ hujus ſplendoris eſt Aſiah ſpiritualis & Aſiah corporea, in cujus medio nos jam ſubſiſtimus, nempe in terra hac, quæ vocatur תבל, ubi combinantur Septem terræ usque ad locum,

locum, ubi reditur ad Æn Soph parte nempe ſpatii inferiore, ubi eſt Malchuth Adami primi occulti.

§. 7. Ibi tamen etiam comprehenduntur mundi malorum extructi in Sphæra quadam ipſis propria quæ vocatur Mundus foraminis abyſſi magnæ phraſi Soharistica. Meminit tamen ejus & David Rex ſuper quo pax, Pſal. 36, 7. *Judicia tua abyſſus magna.* Nam literæ תהום ſunt literæ מות mortis. Mundus abyſſi magnæ.

§. 8. Et fragmenta vaſorum, è quibus facta ſunt judicia, de quibus poſtmodum orti ſunt cortices, hîc quoque continentur. Et de illis dicitur Gen. 39, 20. *Locus in quo vincti Regis locati ſunt.* Donec veniat Lux revivificationis mortuorum, nempe decidua CORONÆ, quod eſt myſterium baculi Eliſchæ Prophetæ ſuper quo pax, ſicut exponam Sectione ſequente ad locum illum Zachariæ 8, 4. *Et vir fulcrum ſuum in manu habebit præ multitudine dierum.* Fragmenta vaſorum ubi exiſtant.

SECTIO SEXTA

Operis Creationis, quæ agit de Mundo Inanitatis.

CAP. I.

§. 1. Quoniam Sapientia Benedicti videbat, quòd etiam in ſplendore hoc non poſſent manifeſtari mundi, cùm Lux ibi adhuc nimis magna eſſet atque tenuis; hinc iterum innuit literæ huic Jod, ut denuò deſcenderet & perrumperet ſphæram ſplendoris atque emitteret lucem ſuam, quæ paulò craſſior erat. Iteratus deſcenſus literæ Jod.

§. 2. Hoc non obſtante, Lux tamen hæc ſecunda adhuc tamen aliquantò major erat, ut ne illa quidem poſſet frui mundus; ita ut Sanctum illum Benedictum iterum oporteret præcipere literæ Jod ſuprà dictæ, ut deſcenderet & luceret in ſuprà dicto ſplendore, quò Lux adhuc fieret craſſior, illa autem rediret ſupra ſphæram. Quæ ſic fecit. Tertiò demum iteratus.

§. 3. Et ex illo regreſſu altero, poſtquam, perrupta ſphæra, ingreſſa eſſet, in iſto Splendore exorta eſt ſphæra quædam alia, quæ vocatur CORONA, in qua continebantur omnes numerationes reliquæ in potentia, ut non poſſent dignoſci. Non aliter atque cùm in homine exiſtunt 4. elementa in potentia, quæ tamen in ſpecie dignoſci non poſſunt: Sic in CORONA iſta in potentia erant omnes 10. Numerationes, nec tamen in ſpecie poterant dignoſci. Sphæra Coronæ in qua omnes reliquæ Sephiroth in potentia.

Fractio vasorum unde.

§. 4. Virtute autem regressus istius suprà dictum Jod literas atque voces reddebat inversus ad modum judicii, quod à posteriori formatur, sicut versiculus ויבא Exod. 14, 20. in Nomine 72. & sicut חשרק. Atque inde exorta est fractio vasorum atque cortices.

Cap. II.

Cohæsio literæ Jod cum He.

§. 1. Jam sciendum est, quòd cùm Jod adhæreret Schechinæ ipsi adhæserit Lux Schechinæ, quod est ipsum He ultimum Nominis סג quod vocatur Schechinah: (nam Jod est Jesod in Malchuth, & ipsum He ultimum Nominis סג est ipsa Malchuth adeoque Schechinah.)

Tebiru unde.

§. 2. Et quamvis ipsi adhæreret Lux Schechinæ; Lux tamen ejus non adeò magna erat, sicut Schechinæ: Et cùm descendisset, lucem suam relinquebat deorsum, ex qua fiebat טהירו Splendor. In ipso vero non nisi vestigium tantum remanebat; quoniam in reditu suo ad superna non poterat adhærere Schechinæ, sicut diximus. Atque tunc cùm iteratò descenderet, non habebat lucem ut priùs, sed tantum vestigium.

Lucis literæ Jod vestigium.

Literæ Jod communicatum aliquid Lucis de litera He.

§. 3. Unde Sanctus ille Benedictus præcipiebat literæ He, quæ supra Jod in Nomine סג suprà dicto, ut communicaret ipsi de luce sua, quò descenderet & de luce hac aliquid emitteret in suprà dictum Splendorem; ut nempe literæ Jod accederet potentia quædam diffindendi lucem sphæræ Splendoris, esset que illi facultas ingrediendi intra illam. Confestim enim ex quo sursum abierat istud Jod, concluſa fuerat Sphæra Splendoris, & Jod non poterat illam diffindere nisi virtute suprà dicti He.

Creatio mundorum dependet ab He.

§. 4. Cùm ergo descendisset intra Splendorem, tum lucem emittebat aliquam de illa quam acceperat ab He. Atque istud est quod dicit textus Gen. 5, 2. *In creari eas* בהבראם quod Magistri nostri bonæ memoriæ exposuerunt: Per He creavit eas. Unde sursum regrediens post se relinquebat lucem He suprà dictam.

Corona summa, Causa causarum, Antiquus antiquantium.

§. 5. Et facta est sphæra quædam intra Splendorem suprà dictum, quæ vocatur Corona Summa in Sohar; nec minùs Causa Causarum & Antiquus Antiquorum post restitutionem.

Constructio Mundorum & destructio prædefinita.

§. 6. Scias autem quòd Sphæræ istæ satis essent minutæ, nec complerent totum locum spatii, ita ut ibi adhuc locus esset vacuus: hinc aperiebant aperturas sigilli Nomina sancta, quibus potestas est construere mundos & destruere. Non ergo locum reliquit Voluntas Benedicti errori, ut quis dicat: Unde venit facultas hæc mutandi voluntatem circa influentiam Benedictam, quòd nempe aliquæ Numerationes constituantur & aliquæ destruantur? Omnia enim jam erant præordinata & prædestinata per Nomina ista architectonica ad horum constitutionem & istorum destructionem.

§. 7.

§. 7. Atque ſic quoque hîc Nomina aderant in ſphæris iſtis. Quamvis potiùs res dependeret è myſterio lucis ambientis, quod eſſet locus vacuus, quem non attingeret ſphæra. Mundi enim nondum habebant influentiam à luce ambiente, ſed vas tantum præſervabatur à fractione attactuque corticũ. Lucis ambientis beneficium.

§. 8. Et huc pertinet myſterium מליית pallii Judaici, cum quo quis egredi poteſt in cloacam. Et hoc eſt myſterium, quòd ſuper nos extenſum ſit tabernaculum Pacis pro cuſtodia & protectione ab inimicis, ſicut dicitur Pſal. 27, 11. *Dominus benedicet populo ſuo* בשלום in pace, quæ ſunt literæ מלבוש veſtimenti, quo denotatur Lux hæc ambiens; quod nota. De pallio Judaico.

Cap. III.

§. 1. Punctum illud, quod Æn Soph emanando immittebat in Splendorem iſtum, implebat totum ejus ſpatium. Nec adhuc agnitus erat locus ullus. Regreſſa ergò litera Jod colligebatur lux, ut fieret terminata atque exiſteret locus vacuus juxta ſphæram, qui eidem eſſet loco lucis ambientis: Et hæc ſunt nomina illa terribilia, ſicut diximus. Lucis evacuatio pro loco mundorũ.

§. 2. Omnis autem regreſſus judiciũ denotat. Atque hoc eſt myſterium illius textus Gen. 1. 3. *Fiat lux, & facta eſt lux.* Primò dicit: *Fiat Lux*; quæ eſt lux principii Emanativi magna, ſplendens & coruſcans, quæ erat intra Tehiru, ſplendorem: eſtque myſterium lucis internæ. Hic ergo eſt ſenſus verborum, *Fiat lux*; Intendatur Lux; ſicuti dixerunt Magiſtri noſtri b. m. circa illa verba ib. v. 6. *Fiat firmamentũ*, i. e. cõfortetur firmamentũ. Senſus ergo eſt: Intendatur & extendatur lux in infinitũ: Quod ita declarandũ, quòd literę illę mundorum *Ænſophicorum* excreſcant & multiplicentur uſque in infinitum. Et propterea vocatur Æ N S O P H, quòd non comprehendatur in vaſe, ſed extendatur & procedat in infinitum, abundentq; illæ literæ de plenitudine in plenitudinem ultra omnes terminos perſcrutandi, finiendi & terminandi. Expoſitio Textus.

§. 3. Hinc opus fuit, ut exiſteret vas aliquod, quod includeret lucem internam nominibus judicii ſui, ne prodeat foràs, ſed ſe ipſam cogatur contrahere & quantitatem ſuam imminuere hac incluſione, ut mundi illam poſſent ſufferre. Lucis interclusio in Vaſe.

§. 4. Sed Lux ambiens circumagitur deſurſum citra incluſionem vel impedimentum: Nos autem de ea nunc non participamus hoc in mundo uſque ad tempus poſt revivificationem, ubi *conſumentur peccatores de terra.* His enim nulla eſt portio cum ea, quia corruptio operis ipſam non vitiat, Et nos nullam inde habemus influentiam: atque illa tantum cuſtodit vas, ne frangatur, quod abſit! Lux ambiens libera. De Tempore venturo.

§. 5. Natura autem vaſis aliquantulum obſcura eſt, nec ita ſplendida, ſicut Regreſſus literæ Jod cauſa judicii.

De differentia Vasis & Lucis internæ.

ut Lux interna, quæ est BENIGNITAS, alba. Vas autem est caligo & nigredo, quæ denotat judicium, & præsertim in mundo *Inanitatis*, quæ extruitur è regressu, quæ est causa judicii, unde vas. Hinc dicitur Gen. 1, 3. ויהי אור phrasi redeundi, quòd Lux regressa est, ut tolleretur, sub mysterio regressus judicii. Alludit tamen ad hanc naturam etiam inclusio, qua includitur lux interna, ita ut illam oporteat constringi, seque ipsam imminuere, ne possit splendere ut priùs. Unde dicit ויהי אור, Lux nempe, quæ jam erat, & post factum vas non poterat lucere sicut priùs. Diminutio ergo est existentia vasis, quod aliquantò obscurum est. Et hîc egregia est subtilitas, quòd ויהי אור per Gematriam efficit 232. id est, עבסגמה בן quæ comprehendunt 231. Alphabeta: Et hinc provenit natura Lucis internæ, ויהי אור autem est רחל 238. finis Schechinæ sub mysterio regressus, quod denotat judicium. Nec opus fuisset, ut textus diceret ויהי nisi ut excitaremur in occultationem lucis primæ. Diminuta enim ex Lux illius puncti, & de novo ipsi supervenit aliqua obstructio, unde natura vasis, cujus causa est ablatio alicujus partis de luce è loco illo.

Textus superioris explicatio adhuc alia.

Gem. inter ויהי אור & inter numeros 4. Plenitudinis Tetragrammati.

CAP. IV.

Punctum Lucis internæ constans è Decade.

§. 1. Punctum illud constabat è 10. quæ tamen in eo non videbantur nec agnoscebantur, sicut Homo compositus est ex 4. elementis, igne, aëre, aquâ, terra, quæ tamen in carne ejus in specie non dignoscuntur. Ita revera & hic: Punctum enim hoc sub initium emanationis suæ constabat è 10, & lux extensa à principio emanativo, cujus nomen benedictum sit! simul emanabat in eam sine prioritate temporis: Unde hæc duo generalia nempe vas & lux interna. Et lux ista est substantia puncti. Nam voluntas Benedicti est anima omnium.

Vas & lux interna simul sunt.

§. 2. Ubi notetur simile pro multis distinctionibus, quibus uti nobis licet pro facilitando intellectu de membris nostris corporeis, sicut dicitur Job. 19. *Et in carne mea videbo Deum.* Cave autem ne existimes quasi superiùs sit aliquod membrum corporeum: dicitur enim Jes. 40, 18. *Et quid similitudinis ordinabitis ei?* Quamvis ergo simile adhibeamus de re corporea, id saltem sit docendi gratia. Sicut & invenimus in Scriptura de oculis & auribus Domini, quæ tamen ita non vocantur, nisi ut proponi possint spiritualia & occulta cõbinationum literalium Legis, quales inveniuntur in quolibet mundo sub mysterio Personæ in similitudine membrorum humanorum, quæ omnia tamen sunt literæ lucis formatæ juxta membra sua. Nam 613. membra sunt literæ 248. præceptorum affirmativorum; & literæ 365. præceptorum negativorũ. Et nomina sancta sunt vitalitates & cētra quæ vitã largiuntur membris, exẽpli gratia, Providentiæ, qualia sunt oculus & auris. Oculus n. perspicit omnes

Σωματοποιία in spiritualibus.

613 membra humana quomodo applicentur.

mun-

mundos, ſicut dicitur Deut. 11,12. *Semper oculi Domini Dei tui in ea.* Et alibi dicitur Pſal. 33, 18. *Oculus Domini ſuper timentes eum.* Ubi differentia eſt inter Seir & Antiquum. Et ecce, עין oculus per Gematriam æquivalet 5. Tetragrammatis BENIGNITATUM, qui eſt oculus dexter: Et 5. Tetragrammata RIGORUM ſunt oculus ſiniſter. Et hæc omnia in Seir Anpin, cui duo ſunt oculi. Sicut dicitur in libro Jezirah: Quinque erga quinque. Et hîc RIGORES nõ adeò corriguntur, ſicut in Arich Apin, cui non eſt niſi unius oculi notio, ita ut 10. Tetragrammata combinata ſint in unius oculi notione, ubi rigores ſub correctione BENIGNITATUM ſunt ubique combinatarum. Et propterea dicitur Prov. 22,9. *Oculus bonus benedictus erit.*

Gem. inter עין & 5. Tetragrammata Benignitatum. Oculus dexter & ſiniſter in Seir Anpin.

§. 3. Auris autem אזן per Gematriam efficit 64. Eſtque nomen סג cum toto.

Unus oculus in אא. Gem. אזן & Nominis סג

§. 4. Notumq; nobis eſt, quòd niſi capilli Seir contegerent cervicem, judicia lumen acciperent è cervice Seir, quia ibi foramen eſt. Vox שער capillus etiam 570. æquipollet voci תקע, qua denotatur clangor buccinæ magnæ in libertatem noſtram, juxta numerum מנצפך cum 5. literis bis ſumptum juxta dextrum & ſiniſtrum. Ideò oportet capillos hos eſſe nigros, ut confortentur vehementia judiciorum ad abigendum lictores, ne fruantur luce prodeunte è foramine cervicis Seir. Et illo in loco duo ſunt Nomina Tetragrammata, quæ efficiunt 67. unde numerus 134. juxta קרל cervix. Nec eſt una combinatio ſimilis alteri, quoniam in dextro, He primum combinatur cum Jod, & He ultimum cum He; & in ſiniſtro vice verſa: Omnia autem punctata ſunt per Patach, quomodo decidua SAPIENTIÆ illuc uſque pertingunt.

Cervix תא Seir. Gem. vocis שער & תקע ut & literarum מנצפך Gem. inter קרל & 2. Nomina tetragramm.

§. 5. Et perſona LEAH applicata eſt extremitati colli Seir: habetque duo Nomina quadrata ארני: illa enim eſt portio de MALCHUTH, quæ relinquitur in MATRE tempore graviditatis primæ: Et punctum Malchuth dividitur in duo & non invenitur ibi in tempore graviditatis primæ. Quin & RACHEL ſignum ſuum dominatus tradit LEÆ, & duo illa quadrata ארני efficiunt 252. juxta numerum מאיר: unitas autem quæ reſidua eſt, denotat applicationem ad extremitatem colli Seir in myſterio LEAH, quod eſt myſterium nodi phylacteriorum. Eſtque ſimilitudo Daleth in Tebunah: Quæ eſt principium veſtis Seir in loco iſto, nempe, ab extremitate colli Seir. Semper enim facies eſt aperta, prout & in homine veſtis non tegit faciem. Et Rabbenu Hakkodeſch erat revolutio Jacobi patris noſtri, ſuper quo pax, cujus influentia & vita fundamentaliter erat ex quatuor illis Nominibus ſuprà dictis. Et prout lux eſt, ita decidua ſunt & pertingunt eò uſque: Et hinc pertingit & lucẽ affert Jacobo; cui propterea lux affluit è cervice, quę eſt Lux cervicis R. Meir in Rabbenu Kodeſch, quæ erat ſub myſterio JACOB, ſuper quo pax! Unde dicit Rabbi: Quantò præſtantior ſum quàm ſocii, quòd vidi R. Meir

Perſona Leah Collum Seir

Perſona Rachel. Gem inter vocem מאיר & 2. nomina quadrata ארני

Revolutio Jacobi in Hakkodeſch.

Lux cervicis R. Meir.

R. Meir à tergo, id eſt, quod eum vidi in mundo illo ſub myſterio lucis, quæ in cervice Seir.

Cervix טו Seir obtecta capillis & cur.

§. 6. Capillos autem oportet contegere cervicem, ne Lictores fruantur cervice Seir: Iſtæ ſunt ſtellæ fracturarum de vaſis, ſuntque judicia Nominum Elohim, à quorum derivationibus fiunt cortices, qui vocantur Dii alieni.

Cervix illa detecta per peccata Iſraelitarum.

§. 7. Et propter peccata noſtra multa, quæ peccarunt Iſraëlitæ, detegitur cervix iſta, ita ut capilli contegant aures Seir, ut non poſſit audire preces noſtras; unde cervix relinquitur detecta, & judicia fruuntur fulgore lucis ejus. Unde Propheta dicit ſub nomine Seir Jerem. 2, 27. *Detexerunt mihi cervicem & non faciem*; noli dicere פנו, Obverterunt, ſed פיגו *detexerunt*, quaſi dicat: Propter opera eorum mala inverſa eſt Voluntas Seir; cùm enim deberent bona opera edere, quò detegeretur facies, & aperirentur aures ad audiendas preces noſtras, ſicut Scriptura dicit Dan. 9, 18. *Inclina DEUS aures tuas & audi*: unde etiam cervix mea debebat eſſe contecta, ne illa fruerentur cortices; illi econtra fecerunt, ut nudaretur cervix Seir, ut cortices illa fruantur, cùm nudata ſit capillis. De capillis autem Arich dicitur Dan. 7, 9. *Et capillus capitis ejus ſicut lana mundata* à judiciis: atque hoc eſt myſterium capillorum, oculorumque & aurium, de quibus Scriptura loquitur: Quæ omnia ſunt Nomina, quæ illuminant & gubernant mundum.

Gem. inter אצבע & אדוה Annulus טו Arich. Elevatio manuum Sacerdotum.

§. 8. Sic & אצבע digitus æquivalet Nomini אדוה in plenitudine Judin. qui eſt annulus Arich in 10. digitis ejus, nempe PATER & MATER. Et hi ſunt digiti Sacerdotum, quos elevant uſque ad caput, ſicut dicitur Levit. 9, 22. *Et elevavit Aharon manus ſuas ſuper populum*; hinc elevatio manuum fit reſpectu capitis Antiqui, de quo plura ſuo loco. De Nomine אדוה autem dicit Sohar, quod ſit annulus, quo obſignata ſunt cœlum & terra, eò quòd indigitetur in literis initialibus verſus illius את השמים ואת הארץ Gen. 1, 1. quò etiam pertinet verſus ille Deut. 22, 7. את האם ואת הבנים ſub myſterio graviditatis MATRIS, qua utero geruntur ab ea Filius & Filia. Et in omni creatione nova uſui eſt Nomen hoc, quod menſuram præbet digito minimo cæterisque digitis. Sed de his ſatis.

Gem. רגל & עב קסא

§. 9. Sic & רגל pes eſt myſterium Nominum עב קסא quæ efficiunt רגל 233. Et iſti ſunt pedes Hominis ſuperioris, de quibus dicitur Zach. 14, 4. *Et ſtabunt pedes ejus ſuper montem olivarum*: quo denotatur GLORIA SEIR ad mitiganda judicia ejus cum RIGORIBUS ASIAH. Et volente Deo, exponam reliqua membra Hominis ſuperioris, qualia ſunt cor DEI; ſic manus & naſus, &c.

CAP. V.

Cap. V.

§. 1. Inde colligimus, quòd lux interna ſit anima vaſorum operetuŕque in eis ſicut anima in corpore. Et ita in mundis ſanctis. Lux ſive anima mundorum ſanctorum.

§. 2. Sed in mundis impuris penes Adam Belial contrarium eſt: nam vas ejus impurum aliquem habet contactum de radiis puritatis, qui tamen non extenditur, nec unitur cum partibus membrorum ejus, ſicut dicitur in Sohar de ſtatua Nebucadnezaris, quòd poſuerint laminam auream in eam, cui inſculptum fuerit Nomen expoſitum, donec Daniel Jerem. 51, 44. *educeret deglutitionem de ore ejus.* Atq; hoc eſt, quod dicitur Pſal. 115, 5. *Os habent & non loquuntur*, niſi ore alieno. Sicut & vitulus lamellam habebat in ore ſuo, unde dicere poterat Exod. 32, 4. *Iſti ſunt Dii tui Iſraël.* Nec præſtantius nobis datur remedium, quam ſi extrahatur *deglutitio de ore* impuritatis, & omnia ſint quaſi ſacrificia mortuorum, id quod eſt quod dicitur Pſal. 115, 7. *Et non immurmurant in gutture ſuo.* In mundis impuris nulla eſt potentia ad bonum opus.

§. 3. Et ſicut quamdiu corpus ſalvum eſt, anima per omnia ejus membra diſtenditur, ut moveri poſſit; poſt mortem autem cùm anima abit è corpore in locum quietis ſuæ, corpus aufertur ut lapis inanimatus: Ita in Sanctitate lux interna extenditur, per omnes partes vaſis, eiq́ue vitam largitur, nec datur locus tam exiguus, quem non pervadat lux interna. Atque hoc eſt quod dicitur in libro Jezirah: Decem & non undecim; quoniam lux Principii Emanativi illis inhæret ceu vita, & lux interna atque anima vaſorum, ita ut non opus ſit ultra decadem aliquid ſuperaddere. Hinc & in Sohar dicitur: Iſpe & vita ejus unum ſunt in illis. Atque hæc expoſitio neceſſaria eſt: quòd ſi enim non ita foret, quæri poſſet, quare præcisè undecim negentur, plures verò quaſi concedantur? Senſus ergo ejus non eſt alius niſi de principio Emanativo, ſicut diximus. Quòd ſi enim negare velles adhæſionem Principii Emanativi hanc quaſi ob cauſam, quòd evertat lumen Numerationum, ita ut omnia ad unum redeant ſimpliciſſimum ob irradiationem principii nimis vehementem & occultam, tum ſanè everteretur regula altera, quòd decem ſint & non novem. Omnia ſufficientiam habent à Principio Emanativo. In Sanctitate neque additamentum eſt neque detrimentum.

§. 4. Sed in impuritate ita non eſt: ibi enim ſemper invenitur additamentum & detrimentum, ſeparatio & multiplicatio, zelus & odium: Nam generatio de fragmentis vaſorum in cauſa eſt, ut hæc ita ſint: quoniam illi ſunt ex literis diſperſionis & vaſtationis, unde locus habitationis eorum in locis vaſtis & deſerto: Et è lapſu oritur additio & diminutio: nam literæ vocis hujus decidunt & abeunt, ut conjungantur cum literis vocis alius, & ſic medietates vocum cum medietatibus; ita hîc auctio, ibi diminutio. Atque ibi oritur odium & zelus & augmentum: unde in impuritate ſunt 11. cortices, quoniam vitæ ipſorum non ſunt cum ipſis, In impuritate omnia ſunt contraria. 11. Cortices in immunditie.

ſed ſolæ manent, juxta illud Zach. 3, 2. *Increpet Dominus te Satan*: ubi vox יגער reſolvitur in גַּע & עֵר. Hinc 11. Sphiroth ſunt in immunditie, quoniam *Cortex Nogah* ſolus aliquando invenitur in Sanctitate, & vocatur *Bilanx juſtitiæ.*

Bilanx juſtitiæ.

Cap. VI.

Principium Emanativum anima eſt vaſorum. Demonſtratur hoc per ſimile.

§. 1. Sed redeamus ad propoſitum, atque ſimile noſtrum. Sicut perfectè credimus, quòd Sanctus ille, qui benedictus ſit! Hominem formet ſapientiſſimè; cùm enim Homo guttam ſeminalem emittit in corpus fœminæ, atq; illa ab eo ſeparatur, confeſtim Angelus quidam guttam illam ſuſceptam quid futura ſit, contemplatur, & mox eadem hora Benedictus ille præcipit, ut in illam deſcendat anima: in qua in potentiâ inſunt 248. membra, & 365. venæ, ex qua animæ potentiâ deinde fiunt 248. membra, & 365. venæ in corpore hominis. Ita res ſe habet ſuperiùs in luce ſuperna, quæ ſplendet atque fulget, proditque à Principio Emanativo ſummo, ut ſit anima vaſorum.

Cap. VII.

Vaſa orta è regreſſu lucis.

§. 1. Ut autem exponamus, quomodo fiant vaſa è regreſſu lucis, notandum quod jam diximus, omnem *regreſſum* denotare *judicium*, quoniam locus ille relinquitur tenebroſus, ſicut dicitur Jeſ. 45, 7. *Qui formar lucem & creat tenebras*, i.e. Quando aufertur Lux, remanet caligo. Et alibi dicitur Job. 12, 22. *Revelans profunda de tenebris, & educit ad lucem umbram mortis.* Quare dicit *profunda* & non profundum? Quoniam in tenebris 2. ſunt profunda, nimirum duæ plenitudines; Plenitudo prima eſt עָב סַג מָה בֶן & retrogradatio plenitudinis efficit 184. 166. 130. & 144. (nam retrogradatio עָב efficit 184. hoc modo:

עמוקות provenit per Gem. ex plenitudine 4. Tetragrammatorum & eorum retrogradatione.

יוֹד: יוֹד הֵי: יוֹד הֵי וָו: יוֹד הֵי וָו הֵי

Retrogradatio סַג efficit 166. hoc modo:

יוֹד: יוֹד הֵי: יוֹד הֵי וָאו: יוֹד הֵי וָאו הֵי:

Retrogradatio מָה efficit 130. hoc modo:

יוֹד: יוֹד הֵא: יוֹד הֵא וָאו: יוֹד הֵא וָאו הֵא:

Retrogradatio בֶן efficit 144. hoc modo:

יוֹד: יוֹד הֵה: יוֹד הֵה וּ: יוֹד הֵה וּ הֵה:)

quæ ſimul ſumta efficiunt per Gematriam 624. juxta vocem עמוקות cum dictione & ſumma. Et literæ initiales מגלה עמוקות מני חושך efficiunt 158. quæ ſunt 120. combinationes Elohim & 5. literæ ſimpliciter ſumtæ, & plenitudo plenitudinis ſimplicium literarum, in qua 33. literæ hoc modo:

Gematria eadem in literis initialibus vocum 4. apud Job. 12, 22. & in 120. Elohim.

(אלף למד הי יוד מם). אלף למד פא למד מם דלת הי יוד וו דלת מם מם

quæ omnia faciunt 158, quæ ſunt *judicia.*

Et ſunt vaſa quæ fracta ſunt. Sed in verbis ſequentibus וַיֹּצִיא לְאוֹר צְלְמוֹת Literæ initiales efficiunt 126. quæ ſunt 120. *Elohim* & 5. literæ & ſumma.

§. 2. Cùm

§. 2. Cùm ergo *educeret Lucem*, i. e. cùm tolleretur lux, relinquebatur צלמות quod efficit bis מנצפך quæ ſunt literæ duplices, quæ ideò bis veniunt in computum & efficiunt תמנע 560. Vav autem reſiduum in dictione צלמות correſpondet cum Vav reſiduo in voce תמנע illius dicti Gen. 36, 12. ותמנע *Et Thimna erat concubina Eliphas*, non verò uxor ejus, quoniam nõ erat מות mors, ſed צל מות umbra mortis. Nam צל per Gematriã efficit 120. *Elohim Sanctitatis*, quæ ſunt judicia. Et hæc eſt umbra judiciorum, ex qua facta eſt מות mors, quæ denotat 120. *Elohim alienos*, è quibus facti ſunt cortices. Ideò Jacob illam non volebat ducere, ne quidem in concubinam, ut fugeret à judiciis, ſicut dicetur infrà.

Gem. in voce צל מות & 5. literis judicialibus.

120. Elohim Sanctitatis & 120. Elohim alieni.

§. 3. Hinc patet, quòd per ablationem lucis relinquantur tenebræ, quæ eſt cauſa lucis caliginoſæ (בוצינא דקרדינותא) quæ præbet menſuram dicitque ad vaſa atq; ad mundum ſuum, Sufficit. Et hoc eſt myſteriũ funiculi menſuræ.

§. 4. Aliter Vav reſiduum in צלמות exponi poteſt de 5. literis מנצפך cum ſumma.

Vav reſiduũ in proximè præcedente computo.

Cap. VIII.

§ 1. Summa eorum, quæ ſuprà diximus, hæc fuit, quòd punctum illud, cujus locus detegebatur in *Splendore illo*, emanaverit cum ipſa Subſtantia ejus ſub myſterio *Subſtantiæ & vaſorum* eodem temporis momento: Sicut flamma annexa eſt prunæ; ad inſtar animæ in homine.

Emanatio puncti Lucis internæ.

§. 2. Et punctum illud erat *punctum Coronæ* mundi *Inanitatis*. Et omnes *Numerationes* continebantur in eo in potentia, ſicut in homine ſunt 4. elementa, quæ tamen ſingula in ſpecie non dignoſcuntur, eò quòd omnia in potentia ſint. Sic 10. illæ Numerationes in potentia erant in Corona hac.

Punctum illud quid. 10. Numerationes contentæ in illo puncto.

§. 3. Deinde jubebat Sapientia Benedicti, ut producerentur Numerationes ſuprà dictæ, quæ in Corona, de potentia in actum, ut exiſterent mundi: nutuque præcipiebat literæ illæ Jod ultimæ, ut iterum perrumperet ingreſſaque luceret intra Coronam hanc, & deinde ſurſum rediret: Quæ ſic faciebat. Hinc ex illa illuminatione iſta atquè hoc regreſſu ſurſum facto detegebantur omnes reliquæ *Numerationes*, quæ in Corona fuerant in potentia, & compingebantur modo ſuprà dicto, ibique in Corona locabantur per circulum hoc modo:

Qua ratione 10. illæ Numerationes fuerint detectæ.

De circulo hoc variantes Rabbinorum ſententiæ.

§. 4. Et hoc ipſum eſt, quòd Cabbaliſtæ priores dixerunt, quod Numerationes omnes ſint in circulo, quæ verba eorum vera ſunt de tempore illo, cùm in CORONA ſuprà dicta eſſent. Et hæc via eſt R. Abraham de Bulmæfia in Libro ſuo Galgal: Sed Autor libri Pardes refutavit opinionem hanc Sectione de ordine ſtationum: ſed non attigit veram eorum intentionem finalem, prout alibi oſtendam, ubi apparebit, quòd in diebus ejus nondum manifeſtatum fuerit tempus beneplaciti, quo nos ex parte fruimur per Dominum & Magiſtrum noſtrum, qui eſt Lux 7. dierum, Sanctus Sanctorum R. Jizchak Lorja Germanus bonæ memoriæ.

CAP. IX.

Coronæ Splendor à Luce Jod. Jod in regreſſu ſuo ubi ſtiterit gradum.

§. 1. Nunc ſcias, quòd cùm Numerationes ſic eſſent in Sphæra CORONÆ circulari forma conſtitutæ, ſuprà dictum Jod influentiam affuderit lumenque irradiaverit ſuper illum circulum, & quicquid in eo; quoniam Sapientia Benedicti eidem literæ præceperat, ut regreſſu ſuo non penitus rediret ſurſum in locum ſuum primum, ſed ut remaneret ſuperimminens atque agitata ſuper CORONAM & apice ſuo inferiore ſuper ſuperficiē *Vaſis*.

Explicatio dicti ex Sohar.

§. 2. Atque hoc eſt, quod in Sohar dicitur מטי ולא מטי Attigit & non attigit: Quaſi diceret: Attigit, ſed non pertigit niſi uſque ad apicem inferiorem, ut dubium ſit, utrum tetigerit eum, annon. Unde Scriptura dicit Gen. 1, 2. *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* Nam CORONA eſt aqua, id eſt BENIGNITAS ſimpliciſſima. Atque hoc eſt quod dicitur Job. 26, 13. *In Spiritu ejus cœlum decoravit*, id eſt, in CORONA hac litera Jod decorem & Splendorem produxit ſuper ſphæram iſtam, quæ eſt quaſi cœlum & circulus omnes Numerationes circundans.

De literæ Jod regredientis approximatione.

CAP. X.

Medietates duæ literæ Jod.

§. 1. Cùm Sanctus Ille Benedictus vellet producere Numerationes de CORONA ſuprà dicta, ut exiſterent mundi, innuebat literæ huic Jod, ut rediret in caput CORONÆ hujus, ita ut una medietas ejus foràs promineret, altera intrà penetraret.

Vav Nominis סג lucem commodat ulteriorem literæ Jod.

§. 2. Porrò Sanctus Ille Benedictus innuebat literæ Vav plenitudinis ואו Nominis סג ut deſcenderet *in Splendorem* lucemque largiretur ſuprà dicto Jod: Nam He ultimum Nominis סג ducem ſuam ante jam dederat Jod iſti pro elevanda aliqua parte veſtigii, ut dictum ſuprà. Id tamen & propterea per Vav fieri oportebat, quia illud eſt funiculus menſuræ, & illius virtute res extenduntur: Jod enim eſt menſura, & Vav eſt funiculus, ſicut in Tikkunim multis in locis dicitur.

Jod menſura & Vav funiculus.

Effectus dignæ commodationis.

§. 3. Jod igitur lucem accipiebat ab iſto Vav eoque dirigebat faciem ſuam, ut illuminaret & influentiam daret ſpecialem & longè maximam SA-

PIENTIÆ

PIENTIÆ, quæ in CORONA, ut ipſi daret facultatem exinde prodeundi; utque colligeret & detegeret intra ſe reliquas Numerationes omnes ibidem in CORONA exiſtentes, ſicut dictum. Cùm enim hæc prima ibi ſederet ante cæteras Numerationes omnes, ipſi ſanè debebatur hæc influentia.

§. 4. Et factum eſt ita: Nam ſphæra CORONÆ aperiebatur & prodibat SAPIENTIA reſidens ſub fundo CORONÆ, ita ut in medio ejus eſſent omnes reliquæ Numerationes.

§. 5. Ecce autem è flumine influentiæ ſuprà dicti Jod, quæ ferebatur ſuper faciem CORONÆ & influentiam dabat SAPIENTIÆ, ut dictum eſt, ſic bat quaſi linea quædam lucida, cujus caput prodibat de corpore Jod ſuprà dicti, finis autem pertingebat usque ad SAPIENTIAM quæ in CORONA, cui adhærebat. Et hoc eſt myſterium *funiculi menſuræ*, qui menſuram diſtribuit omnibus Numerationibus, ſicut dicetur. Funiculi menſuræ deſcriptio.

§. 6. Iſtius autem lineæ finis ob inſignem influentiæ multitudinem, quæ affuſa deſcendebat de corpore Jod in uſum SAPIENTIÆ, ut dictum, excreſcebat & dilatabatur, donec finis iſte hujus lineæ SAPIENTIÆ inhærentis fieret quaſi litera Jod, cujus apex inferior inſerebatur SAPIENTIÆ, corpus vero eidem ſupereminebat; & cùm SAPIENTIA è CORONA prodiret, ſicut dictum, hoc Jod illuc trahebatur, ita ut adhæreret & alligaretur ipſi deſuper. Literæ Jod connexio cum Corona.

§. 7. Duo autem Jodin hæc adhuc ſibi adhærebant mediante linea; & per illam lineam Jod primum influentiam dabat Jod ſecundo. Duo Jodin connexa mediante dicto funiculo.

§. 8. Et ſcias, quòd quamvis SAPIENTIA prodiiſſet è CORONA, ſemper tamen reliquerit in ea veſtigium reliquarum Numerationum, de quibus ſuprà diximus, juxta illud: Non receſſit Schechinah, donec imprimeret veſtigium. Et hoc eſt myſterium illud, quòd periti Cabbalæ dixerunt, omnem Numerationem conſtare è decade. Et quamvis deinde cæteræ Numerationes non eſſent aliæ in alia à MAGNIFICENTIA & deinceps, contactus tamen à CORONA proveniens omnibus competit omnesque irradiationem hujus contactus conſequuntur. Quin & in mundo reſtituto per pulſum membrorum omnia invicem cohærent, dum quotidie ac jugiter renovatur opus creationis, aſcenſuque mundorum membra membris occurrunt: v. g. cùm manus aſcendunt ſupra caput & pedes in locum manuum. Sed ſapienti ſatis; & alibi plura. Sapientiæ Emanatio non tollit virtutem cæterarum. Melioratio quotidiana Numerationum in Mundo Tikkun.

CAP. XI.

§. 1. Innuit ergo Sanctus ille Benedictus Jod huic ſecundo, quod adhærebat SAPIENTIÆ, ut influentiam cumularet, per apicem ſuum inferiorem modo ſuprà dicto in SAPIENTIAM inſertum. Jod ſecundi virtutes, atque effectus.

§. 2. Immanabat ergo in ſphæram INTELLIGENTIÆ, quæ in SAPIENTIA, illamque illuminabat illuſtremque reddebat, ut ipſi conferret facultatem illinc exeundi, utque colligeret & congregaret in medio ſui Numerationes reliquas, quæ cum ipſa erant in SAPIENTIA. Et factum eſt ita.

§. 3. Prodibat ergo INTELLIGENTIA de SAPIENTIÆ medio colligens in medio ſui omnes Numerationes reliquas.

Vas Intelligentiæ ad latus Sapientiæ.

§. 4. Et quoniam *Vas* INTELLIGENTIÆ excellens erat atque colore Saphirino coruſcabat, & quidem quam proximè ſimile colori SAPIENTIÆ, ita ut ferè nulla eſſet diſcrepantia inter illud & inter vas SAPIENTIÆ, hinc nolebat quieſcere ſub pedibus SAPIENTIÆ abiensque reſidebat poſt illam id eſt, in latus ejus ſiniſtrum (omne enim dextrum eſt anticum & omne ſiniſtrum poſticum.)

Vas Intelligentiæ lucem accipit à Vaſe Sapientiæ.

§. 5. Et quia Lux ſuperna vehementer influebat augebaturque in *Vaſe* SAPIENTIÆ tantum, ita ut ipſum *Vas* Lux evaderet coruſcans, ideò etiam retrorſum facultatem dabat, & meliorationem pro vaſe INTELLIGENTIÆ, quod ipſum eſt quod dicit Scriptura Prov. 29, 11. *Et ſapiens in poſtremo* ישבחנה *meliorabit eum.* Senſus eſt: Sapiens i. e. *Vas* SAPIENTIÆ quaſi à tergo melius reddit *Vas* INTELLIGENTIÆ, quod eſt He. In voce ישבחנה autem ſunt literæ חש בינה incurvatum INTELLIGENTIÆ, ita ut innuatur, quòd *Vas* SAPIENTIÆ incurvaverit atque inclinaverit ſe ipſum, ut majorem præſtantiam daret vaſi INTELLIGENTIÆ ſecundùm id quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Ad Uxorem parvam inclinat ſe quis, ut aſſuſurret ei. Unde *Vas* SAPIENTIÆ oportuit ſe ipſum accommodare ad hunc actum; quoniam *Vas* INTELLIGENTIÆ reſideret ſubter illud poſt pedes ejus. Atque hoc eſt, quod dicitur Ruth 3, 8. *Et factum eſt media nocte, & expavit vir, & inclinavit ſe, & ecce mulier accubans pedibus ejus:* ubi innuitur, quòd media nocte manifeſtetur tempus beneplaciti jucunditas Domini; quæ eſt *Leah*, quæ tegitur & veſtitur à pedibus *Matris.* Et quoniam ipſa ſemper eſt *Lux* INTELLIGENTIÆ, hinc vocatur medium noctis, ex oppoſito medietatis primæ, quæ eſt arbor mortis Malchuth, REGNUM ſcil. cujus pedes deſcendunt ad mortem. *Et expavit vir.* Hic eſt Seir Anpin, *& inclinavit ſe* ob nimium ploratum *Rachel*, quæ *deſcendit mirabiliter* Thren. 1, 9. ſub pedes ejus, nec verſatur cum ipſo facie ad faciem converſa. Sic & hic quod accidit liberis, accidit & patribus: Nam *mundus inanitatis* vocatur Nox; quin & INTELLIGENTIA vocatur Nox, ſicut dictum. *Et expavit vir* id eſt SAPIENTIA, *& inclinavit ſe* ob multitudinem influentiæ, quæ cauſabatur fractionem vaſorum atque INTELLIGETIÆ locum dabat à parte poſtica ſub pedibus ejus: & af-

חש בינה in voce ישבחנה

Leah Lux Intelligentiæ Medium noctis.

Rachel Intelligentia.

& affluebat ipsi, in quantum fieri poterat, ne frangeretur *Vas* ejus. Quare autem ipsa præstat Numerationibus superioribus illa? Quoniam ipsa est fœmina, & judicia excitantur ab ea.

Cap. XII.

§. 1. Et ecce hæ sunt verba Cabbalistarum, quòd singulæ *Numerationes* constent è decade; quoniam omnes sunt intra sphæram, atque sic etiam erant intra SAPIENTIAM, & deinde prodibant cum INTELLIGENTIA, ita ut hæc omnes 7. produceret, aliam sub alia. Et rectè se habent verba Cabbalistarum, qui omnes *Numerationes* depingunt sub se invicem locatas, sicut videri potest Autor Libri Pardes Sect. de illarum Statione: Et rectè inquam, se habent verba illa, dum intelliguntur de statu mundi *inanitatis* hoc modo. Omnium Sephiroth intima cohæsio.

כתר
חכמה
בינה
גדולה
גבורה
תפארת
נצח
הוד
יסוד
מלכות

§. 2. Hic tamen quæri potest, quomodo SAPIENTIA locum inveniat, ut quiescat sub fundo *Coronæ*; videtur enim Lux ambiens & affluens *Coronæ* posse descendere & implere totum Splendorem. Respondetur autem quod Lux ambiens non circundet totum *Vas* CORONÆ ab omni parte, ita ut deorsum procedat ad illius fundum; sed allabitur & descendit via recta à duobus suis lateribus tantum. Hæc enim tantum intentio erat, ut inveniretur locus pro *Numeratione* SAPIENTIÆ. Unde sub illa locus remanebat vacuus, & ibi SAPIENTIA inveniebat requiem pro planta pedis sui, nec inclinabat ad latus, sicut INTELLIGENTIA faciebat. Quæstio de situ Sapientiæ directo sub Kether.

§. 3. Et quoniam natura omnium rerum spiritualium est ascendere sursum, ita ut desiderent virtutem accipere & affluentiam immediatam; hinc evenit incrementum illud magnum SAPIENTIÆ, ita ut parum absit, quin quantitate adæquet CORONAM: Nec enim differunt nisi decima parte. Et quanquam dixi loco alio, illam luce quam simillimam esse CORONÆ, hîc tamen non agitur de luce, sed de vase. Sed redeamus ad propositum. Qua ratione Sapientia quoad Lucis quantitatem adæquet Coronam; & qua ratione etiam differat.

§. 4. Propterea autem locum non habebat deflectendi ad latus; quoniam lux ambiens circundans CORONAM, illam impediebat. INTELLIGENTIA autem quoniam parva admodum est SAPIENTIÆ respectu, quippe quæ tertiam tantum SAPIENTIÆ partem exæquet; ex hac ratione locum Cur Sapientia non deflexerit ad latus Coronæ.

inve-

inveniebat aliquantulum ad latus deflectendi, ſicut diximus. Reſedit ergo poſt SAPIENTIAM, verſus pedes ejus, ſicut dictum.

Cur Binah declinarit obliquè ad Chochmam?

§. 5. Quamvis autem tam parva eſſet, nihilominus locum non inveniebat, ut quieſceret atque reſideret omnino ad latus SAPIENTIÆ; eò quòd Lux ambiens SAPIENTIAM, illam impediret: hinc propterea & propter inclinationem & blanditias SAPIENTIÆ, (quæ quaſi exoraverat ipſam, ſi ita dicere licet, ſicut dicitur: Blandiendum eſt, &c. acquieſcebat mens ejus, ut vellet reſidere ſub pedibus SAPIENTIÆ: ita tamen ut adhuc parum declinaret ad ſiniſtram.

Intelligentia productrix 7. inferiorũ Numerationum.

§. 6. INTELLIGENTIA ergo propter influentiam iſtam ingreſſam in ſe à tergo SAPIENTIÆ, ut dictum eſt, virtute Jod ſecundi, de quo ſuprà, accingebatur virtute & potentia, ut de ſe produceret 7. vaſa reliqua intra ſe contenta. Et ecce INTELLIGENTIA producebat ea omnia continua aliud poſt aliud.

Catena Numerationum.

§. 7. Prodibat ergo ab illa primò REGNUM, deinde FUNDAMENTUM, GLORIA, SUPERATIO, PULCHRITUDO, RIGOR, MAGNIFICENTIA omnes ſibi invicem annexæ, ſicut annuli in catena.

§. 8. Rectè ergo ſe habent verba Libri *Siccaron*, ubi dicitur *Numerationes* catenatim ſe invicem inſequi: Sic enim revera hac in ſtatione res eſt, dum adhuc ſunt in *mundo Punctorum* & in Mundo *inanitatis*, in quo nos jam verſamur.

Quæſtio de prærogativa virtutis ſuperiorum Numerationum.

§. 9. Quare autem tres *Numerationes* primæ ſingulæ continebant cæteras omnes, ſicut dictum, & ita non faciebant reliquæ, quippe quæ ſingulæ ſeorſim prodibant? Quoniam tres ſuperiores influentiam habebant è Luce Jod, hinc validè comprehendere poterant omnes reliquas. MAGNIFICENTIA autem & reliqua vaſa inferiora digna non erant luce & influentia Jod, nec accipiebant niſi meliorationem, qua SAPIENTIA præſtantiorem reddebat INTELLIGENTIAM à tergo, ſicut dictum.

Quæſtio de tardata manifeſtatione Geburæ & cæterarum,

Quare autem non citiùs prodiit MAGNIFICENTIA ab INTELLIGENTIA, ſicut fecerunt *Numerationes* ſuperiores cùm ipſa ſit prima cæterarum ſtructuræ ſecundæ? Reſpondetur primò, quoniam quod craſſius eſt, citiùs vergit deorſum, utpote grave; unde *Numeratio* craſſiſſima primùm dimota eſt: Secundò ſicut infans difficulter ſeparatur ex utero matris ante tempus legitimum, ſicut dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: ita *Numeratio* tenuiſſima difficillimè dimota fuit è loco ſuo. Unde MAGNIFICENTIA diutiſſimè morata eſt, antequam egrederetur è loco ſuo, eò quòd præſtantior & ſpiritualior eſſet. Et ſic cæteræ, quarum alia ſemper ſuperior aliâ. Et iſtæ ſunt 10. *Numerationes* extenſæ è *Puncto* hoc, à Corona usque ad Baſilian.

CAP.

Cap. XIII.

§. 1. Antequam prodiret influentia ad vasa hæc, quæ sunt *Numerationes* suprà dictæ, pro facienda Luce interna & ambiente, decrevit Sapientia Benedicti, ut 7. illæ Numerationes à BENIGNITATE & porrò deorsum subjicerentur destructioni & confractioni ob nimiam lucis copiam: Eratque intentio Benedicti ex illis creare mundos malorum. Tres autem primæ debebāt permanere & subsistere, ne inter cortices essent coronæ & SAPIENTIÆ & INTELLIGENTIÆ, quæ sunt cerebra. Sic enim dictum est Obad. 1,8. *Et perdere faciam Sapientes de Edom, & Intelligentiam de monte Esau.* Hæc enim species non nisi simiæ similis est, quæ imitari vult omnia hominum opera, cùm tamen intellectu, & ratione careat. Unde Schlomo Rex super quo pax, illum appellat *Regem senem & stultum* Eccles. 4, 13. quoniam stultitiam exercet inde à sextiduo creationis, nec intermittit stultitiam suam, quamvis videat, quòd in manu sua nulla sanctitatis scintilla quiescat, quamvis aliquando ad illam accedat propter aliquod peccatum: sicut dicitur Job. 27, 17. *Præparabit impius & justus induet.* Sicut vestes *Adami primi*, quas accepit Nimrod, & Esav; & Jacob, qui fuit restitutio Adami, accepit illas. Et hæc fuit vestis Animæ, quæ vocatur Imago Dei: ex hac enim provenit, quod dicitur Gen. 9, 2. *Timor vester & pavor vester sit super omnes bestias agri.* A quo procul non abest locus alter Gen. 1, 27. *In imagine Dei creavit illum.* Unde quælibet bestia, quæ videbat vestes Adami primi, confestim se ipsam prosternebat & capiebatur. Quando autem peccatum aliquod committitur, qualis e. g. est comestio carnis cum lacte, abit ab homine imago hæc, ita ut subitò devorent ipsum bestiæ agri. Quapropter Daniel eripiebatur è fovea leonum, eò quòd cùm cibi Nebucadnezaris semper essent caro cum lacte, ipse abstineret, ne aliquid ederet de epulis istius impii, sicut scriptum est, Dan. 1, 8. 12. *Ut non pollueret se in buccella escæ Regis. Et comedebat legumina cum aquis:* unde imago hæc non recedebat ab ipso, & hinc eripiebatur è fovea leonum. Vide Sohar in Mischpatim.

7. inferiora Vasa subjecta destructioni & confractioni; tribus prioribus in integritate permanentibus.

Tria cerebra separata ab impietate.

Imagine Dei carent impii.

Cap. XIV.

§. 1. Ecce videbat Sanctus ille Benedictus tribus prioribus advenire influentiam gradatim, ne fortè frangerentur, & omnia oporteret redire ad vacuum & inanitatem. Quamvis autem gradatim hoc fieret, tamen in SAPIENTIA & INTELLIGENTIA aliqua virium debilitatio inde oriebatur, unde diffindebantur juxta mysterium tritici & hordei. Quin & per istos gradus non ibatur in longum, sed INTELLIGENTIA potiùs in latus cedebat post SAPIENTIAM, ita ut aliquantum conversa esset, quasi jungerent terga, & aliquando ut facies tergo obverti posset, sicut exponam.

Fissura Sapientiæ & Intelligentiæ.

Declinatio Binæ ad latus & posticam partem Chochmæ.

§. 2. Ratio autem eſt, quoniam locus INTELLIGENTIÆ infrà erat, & quidem admodum remotus à CORONA: Unde ſuper locum ejus deſtinata erat confractio; & idcircò veniam petere ipſam oportebat ut aſcenderet penes poſtica SAPIENTIÆ: unde aliqua bilancis ſimilitudo exiſtebat, & tamen cum difficultate: Omnis enim locus, ubi bilanx, fracturam non patitur. Et quoniam bilanx non erat perfecta, hinc aliqua in ipſis erat virium debilitatio, ita ut omnia lumina penes illas conſervari non poſſent ſicut dicam.

Bilanx conſtituta à Binah & Chochma ejusque ſtatus & conditio.

§. 3. Quin & CORONA aliquam patiebatur virium debilitationem, nec poterat ſufferre omnem affluentiam, affuſam ſibi à Jod Nominis יהוה. Et ab illa luce ſuperflua fiebant decidua CORONÆ, quæ aſſervantur pro neceſſitate vivificationis mortuorum.

Decidua Coronæ unde.

CAP. XV.

Coronæ dignitas atque efficacia.

§. 1. Nunc ſciendum eſt, quod SAPIENTIA acceperit lucem CORONÆ: deinde ergo cùm veniret influentia magna, facie verſa ad faciem, convertit ſe ad ſcaturiginem ſuam nempe CORONAM, ut acciperet: CORONA autem convertebat ſe ad Infinitum, ubi ſcaturigo ejus. Et in puncto CORONÆ non datur attributum poſteriorationis per ſe, quoniam ipſa eſt dilectio ſimpliciſſima.

Lux data Sapientiæ.

Lux data Binæ.

§. 2. INTELLIGENTIA autem cùm acciperet lucem SAPIENTIÆ, erat tergo obverſa tergo. Nam quia illius reſpectu lux nimia erat, hinc nihil ampliùs accipere poterat quam iſtam portionem. Et huc pertinet illud Prov. 29, 11. *Et ſapiens in poſtrema meliorabit illam.* Ubi ſenſus eſt iſte: *Et ſapiens:* hæc eſt SAPIENTIA *à tergo meliorabit illam* i. e. INTELLIGENTIAM. Nam vox ישבחנה denotat fœminam, & ſignificat, ac ſi diceret; Reddet ipſam meliorem, ita ut poſſit ſubſiſtere, eò quòd ſit à tergo & non faciem faciei obvertens.

Bina tergo obverſa tergo Chochmæ.

§. 3. Et hoc eſt illud, quod dixit Raf Hammenuna Senex in Sohar Sect. Breſchith de figura literæ Zade, quæ eſt Jod ſuper Nun ſub myſterio punctorum hoc modo formatorum ﬔ ubi tergum tergo obvertitur, ita ut Nun accipiat lumen à Jod. Nam Jod eſt SAPIENTIA & eſt Jod Tetragrammati complectens 10. orationes; Nun vero denotat 50. portas INTELLIGENTIÆ.

In figura literæ Zade myſterium copulæ Chochmæ & Binæ.

§. 4. Vel expone vocem ישבחנה per literas שח בינה incurvatum INTELLIGENTIÆ: Innuere enim vult, quòd *Vas* SAPIENTIÆ incurvaverit & inclinaverit ſeipſum, ut ubertatem dare poſſit *Vaſi* INTELLIGENTIÆ. Unde dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ ad uxorem parvam inclinant ſe & aſſuſurrant ei. Nam membra fœminæ ſemper tertia

שח בינה in dictione ישבחנה

tia parte minora ſunt reſpectu membrorum maſculinorum. Unde *Vas* INTELLIGENTIÆ melioratum fuit à tergo.

§. 5. Notum autem eſt, quòd ab initio Aziluth non fuerint Perſonæ ſed tantum puncta. Et primò prodierunt tria puncta unum ſupra aliud, quæ ſunt Corona, Sapientia, Intelligentia, & tunc nulla erat copulatio. Deinde autem SAPIENTIA & INTELLIGENTIA converterunt ſe, ut altera ad latus alteriùs eſſet, & CORONA manebat ſupra eas: Atque tunc fiebat congreſſus *Patris & Matris* ſub myſterio punctorum. Nam quicquid non eſt ſub myſterio perſonæ, quæ denotatur per bilancem, iſtud eſt ſub myſterio punctorum, quæ uniuntur partibus ſuis, nec tamen conjunguntur usque quaque, præſertim cùm unum eſt ſub altero: Quomodo enim conjungerentur & unirentur, cùm non habent adjutorium è regione ſui, quod eſt *mas & fœmina* penes ſe invicem conjuncti. Et nota hanc differentiam inter *Mundum inanitatis* & mundum reſtitutum atque bilancis.

Perſonæ fuerunt puncta.

Unio alia punctorum & alia perſonarum.

§. 6. Et quoniam unum ſub altero erat, ideò ipſis non erat unio, & hinc oriebatur confractio *Vaſorum*. Deinde autem SAPIENTIA & INTELLIGENTIA penes ſeſe verſus latera diſcedebant & Corona ſuper eis. Atque tunc oriebatur congreſſus Sapientiæ & Intelligentiæ ſub myſterio punctorum.

Quando facta ſit confractio vaſorum, & quando copula S. & I.

§. 7. Congreſſus autem oppoſitis tergis factus non eſt pro emolumento infantis, ſed pro commodo fœminæ tantum. Et hoc eſt, quod dicitur l. c. *Et ſapiens à tergo meliorabit eam*; ubi vox, *meliorabit*, ad fœminam reſpicit, ita ut melior fiat fœmina & non infans.

§. 8. Atque ſic cùm egrederentur, 7. puncta reliqua de *matre*, etiam ſub myſterio punctorum exibant. Unde quodlibet ſubſiſtentiam habebat per ſe & nullum ex ipſis auxilium & ſuſtentationem habebat à ſocio ſuo. Atque hoc eſt quod dicitur Gen. 36, 33. *Et regnavit ſub eo, & mortuus eſt &c.* Unde patet quod hæc ſit cauſa *mortis & fractionis*, quòd fuerit *ſub eo*. Nam propterea quòd unum erat ſub altero & non alterum penes alterum, hinc oriebatur confractio. Et hæc eſt explicatio tertia vocis שבתו quam nota.

Quæ cauſa confractionis vaſorum.

CAP. XVI.

§. 1. Et ſcito quòd 3. puncta prima initio extenſa ſint ad inſtar lineæ rectæ juxta myſterium accentus, qui vocatur Schalſcheleth; quoniam puncta catenatim pendebant unum ſub altero. Atque tunc INTELLIGENTIA obverſa erat verſus poſteriora SAPIENTIÆ. Omnis enim Numeratio è tribus iſtis obverſa erat verſus originem ſuam, ſta ut facies CORONÆ verteretur erga Infinitum qui benedictus ſit, & facies SAPIENTIÆ erga faciem CORONÆ. Et quamvis revera ibi ter-

Catena trium priorum punctorum.

Coronæ non competit posterioratio.

gum CORONÆ esset, nihilominus facies vocatur, quoniam in puncto CORONÆ non datur attributum posticitatis per se, cùm illa sit simpliciſſima miseratio. Facies ergo INTELLIGENTIÆ conversa erat versus tergum SAPIENTIÆ.

Fractura Binæ præpeditа, per funiculum Zade.

§. 2. Et ne frangeretur, quod absit, eò quòd tam remota esset à radice; hinc linea ו extendebatur, de qua suprà dictum, ut natura tertia elevaretur proxime ad naturam secundam, & ut formarentur quasi duo humeri Sapientia & Intelligentia sub Capite nempe Coronæ. Et duo illi humeri sunt Jod & summitas Vav in Zade: Et Zade fiebat curvum hoc modo: ץ.

Mysterium Zade curvi & Zade extensi.

§. 3. Atque hîc in utramque partem controverti potest. Cùm enim elevaretur INTELLIGENTIA ad SAPIENTIAM, tum removebatur à judiciis, & utriusque facies vergebat versus CORONAM (in qua nihil posticitatis, ut dictum) cùm a. deinceps duo Reges una tantùm fruerentur CORONA, & præterea quòd Intelligentia respiceret CORONAM & Sapientia; illius judicium planè poterat everti, ita ut facultas ejus neutiquam debilitaretur; quin & Influentia septem Numerationibus adducenda admodùm mitigaretur, ita ut non metuenda esset fractura ulla, quæ non erat intentio intendentis: Ideò dicebat ad illam Cant. 1, 8. *Egredere tibi in vestigia pecoris*, i. e. in latus aversum post pedes ejus: hinc mysterium Zade curvati & Zade extensi.

Copula Chochmæ & Binæ alia in Mundo Tohu & alia in Mundo Tikkun.

§. 4. Quòd autem respiceret versus sinistram, hinc erat, quia qui comedit de eo, quod suum non est, erubescit illud aspicere. Antehac enim cùm sursum abiret, facie erat tergo obversa ad tempus, deinde autem vertebat faciem suam, & non poterat aspicere SAPIENTIAM: unde postmodum retro adhærebat tergo SAPIENTIÆ; & quòd tam vicina esset summitati, hinc eripiebatur à confractione. Et hoc fiebant in Mundo *Punctorum*. Ibi enim inter Sapientiam & Intelligentiam obversio posteriorum datur secundum magis & minus: Sed in Mundo *restitutionis* istæ semper obversas habent facies, & sunt brachia superna, nec unquam separantur, ut alibi dicetur.

CAP. XVII.

7. Vasorum inferiorum confractio unde.

§. 1. Postquam ergo egressa essent ex Intelligentia 7. *vasa* suprà dicta, & statio Sapientiæ & Intelligentiæ facta esset juxta mysterium Zade curvi, ne frangerentur; descendebat influentia de Jod Nominis יה in combinatione omnium literarum illam antecedentium per viam *Tehiru s. Splendoris:* Et hæc influentia magna admodum erat, & abundantior quam opus haberent 7. postremæ (nam & 3. primæ patiebantur debilitationem facultatum, & diffindebantur juxta mysterium tritici & hordei) & hoc omne intendebat intendens, ut nempe frangeret 7. *Vasa*, ut scil. illa deinde essent radix mali.

§ 2.

§. 2. Causa autem hæc erat, quòd Lux ista magna proveniret sine tegumento intermedio *Adami primi*, & velo separatorio, quippe quæ demum disponebantur, postquam constituta essent 3 capita.

§. 3. Multiplicatæ ergo erant literæ in infinitum per plenitudines suas, eò quòd fructificassent & generassent indesinenter, quoniam nullum erat velum quod prohibuisset istam multiplicationem. Et hęc omnia propterea, quòd illæ literæ veniebant de Luce vestis ejus, & essent sine fine atque termino; quoniam Lux Infiniti illi vestimento adhærebat. Et illarum literarum numerus efficiebat $\frac{m}{230}$ myriades, quæ omnes literæ radicales sine ulla plenitudine: suntque mysterium lucis internæ & ambientis: id est aptę natæ erant, ut inde fieret lux interna & ambiens pro mundis, pro veste & tegumento. Et literæ primæ prodibant in infinitum innumerabiles: Et fiebant lux ambiens circa aërem primũ in circulo pro subsistentia ejus, ut ipsi certa fieret statio, quò in Mundo *restitutionis* disponi posset, ut nempe aliquando emitteret Spiritum Sanctum per viam Nasi, qui in Capite Antiqui Sancti.

236. m. myriades literarum pro luce interna & ambiente.

Distributæ in 100. m. pro luce ambiente Adami primi.

§. 4. Et cùm literæ istæ descenderent ex aëre primo in Adamum primum, in eo relinquebantur $\frac{m}{100}$ myriades literarum, quæ fiebant lux ambiens pro Adamo primo. Hoc autem quod est lux ambiens pro Adamo primo, est lux interna & anima pro aëre primo.

91. m. pro ipsius luce interna & in 45. m. pro fractione Vasorum.

§. 5. Et deinde Adam primus sumebat sibi pro luce interna $\frac{m}{91}$ myriades; & lux ejus interna erat lux ambiens pro Tehiru sive *Splendore*: Et deinde relinquebantur in *Splendore* $\frac{m}{45}$ myriades ad imbuendas & confringendas Numerationes Mundi *Inanitatis*. Hæ sunt $\frac{m}{230}$ mille myriades literarum. Et sicuti hîc erant $\frac{m}{230}$ mille myriades literarum pro luce ambiente, ita ob multitudinem influentię affusam Angelis sanctis, ibi quoque occurrit mysterium $\frac{m}{23}$ millia myriadum milliarium, & quodlibet milliare est mysterium Nominis unius. In supernis enim non est terminus corporeus, quod absit. Et hæc sunt verba similitudinis R. Iischmaël S. M. in capitulis Palatiorum, quòd plurimi Angelorum accipiant influentiam exinde pro vita sua. Et illi etiam laudes instituunt canticis & hymnis, qui incipiunt secundùm Alphabeta: Et mysterium אל בם. Nam Angelus Michaël ministrat in media veste superna: Ipse enim est Sacerdos Magnus pro luce prima: quod nota. Antequam autem exponam via particulari literas influentiæ magnæ, quæ descenderunt intra 10. Numerationes Mundi *Inanitatis*, priùs exponam naturam influentiæ hujus in genere.

236. m. myriades aulæorum.

Cap. XVIII.

§. 1. Antequam Æn Soph mitteret influentiam suam deorsum, includebat 3. Numerationes primas Coronam Sapientiam, Intelligentiam, unam in alteram hoc modo, ne frangerentur, & una alteram adjuvare posset.

Custodia trium priorum Numerationum.

Influentia Lucis ת֗ ÆnSoph in Coronam.

§. 2. Deinde idem Æn Soph, qui benedictus ſit, influentiam magnam & copioſam admodum deorſum mittebat, quam CORONA primùm accipiebat, ita ut impleretur & cumularetur, quantum nimirum ſuſtineri poterat: Et quoniam influentia illa major erat quàm ut ſuſtineri poſſet, Corona de plenitudine ejus accipiebat lucem internam; reliquum autem abiens deſcendebat circumcirca & fiebat Lux ambiens pro CORONA: Et cùm intraret in Coronam deſuper, intrabat per viam capitis ejus.

§. 3. Simile ſit de vaſe parvo, cui infunditur aqua multa: Ubi quicquid intrare poteſt, ſubintrat illud, reliquum dilabitur circumcirca & ſuperintegit illud.

Cum aliquali dimotione Coronæ de loco ſuo.

§. 4. Nec tamen Corona lucem illam accipere poterat, niſi amoveretur paulùm loco ſuo, ſicut dicam, eò quòd nimis propinqua eſſet Infinito.

§. 5. Simile ſit tale; Sicut homo cùm duo vaſa habet ambabus manibus & liquorem aliquem transfuſurus eſt de vaſe hoc in illud, tum ſanè dimovet manus ſuas à ſe invicem, quâtum fieri poteſt, & transfundit de manu dextra in ſiniſtram, ubi quod transfunditur, tenui ſaltem fluxu & quaſi per tubulum ſubintrat. Ita & hîc, quoniam Corona nimis propinqua erat, fieri oportebat canalem illum tenuem per dimotionem à loco.

CAP. XIX.

Prohibita operatio Nurationum à Luce ת֗ Tehiru.

§. 1. Diximus in Capitulis præcedentibus, quòd lux tenuior in ſplendore non admiſerit compactionem Numerationum, ut prodire potuiſſent de potentia in actum. Illa ergò lux abiit ſurſum, & diminutum eſt vas, ita ut poſſent creari Mundi. Et quamvis hoc ita fieret, tamen non tollebatur tota penitus, ſed includebatur vaſi; & cùm rediret lux influentiæ magnæ ſuprà dictæ, ut extenderetur deorſum; adhuc ſupererat ſcintilla magna, quæ prohibebat & impediebat manifeſtationem Numerationum: Servabatque terminum *Vaſis*.

Penetratio Influentiæ magnæ.

§. 2. Quid faciebat Æn Soph, qui benedictus ſit? Vires concedebat influ-

fluentiæ huic, ut percuteret terminum continentem circa ima *Vaſis*, redibatque ſurſum. Et in *Vaſe* relinquebatur lux interna, quantum poterat ſuſtinere, reliquum fiebat ambiens ipſum, quæ eſt coruſcatio illa, quam non poterat ſufferre *Vas*.

§. 3. Et lux ambiens iſta eſt ſuper *Vas*; nobis enim non datur portio de ea in hoc mundo, nec circumambit ad influendum, quoniam extra illud quaſi caſtrametatur circumcirca: Et tantum eſt pro ſtabilitate & ſtatione in cuſtodiam *Vaſis*, ne frangatur, & in Mundo *reſtitutionis* ab anguſtiatoribus non poſſit contingi. Et hæc eſt lux illa, quæ recondita eſt propter impios, quoniam Mundus illa non valet uti. Et hoc ipſum eſt quod dicit Scriptura Job. 38, 15. *Et prohibebitur ab impiis lux eorum*, quæ eſt lux ambiens illos. Et cùm peccarent vitulo, Moſes ſolus lucem ambientem accipiebat, quam ſolebat habere totus populus Iſraël, ſicut dicitur Exod. 33, 7. *Et Moſes accepit tabernaculum & extendit ſibi extra caſtra procul à caſtris & vocavit illud tabernaculum conventus, & omnis quærens Dominum exibat ad tabernaculum conventus, quod extra caſtra.* Hæc erat lux ambiens.

Lucis ambientis uſus.

Lux ambiens quibus negata.

§. 4. Et hanc dat illi, qui ea dignus eſt, quales fuerunt R. Schimeon Jochaides & R. Jizchak Lorja. Et huc pertinet illud Exod. 33, 6. *Et detraxerunt ſibi filii Iſraël ornamẽta ſua à monte Horeb.* Hoc eſt myſterium lucis ambientis: Et eſt myſterium liberationis de ſervitute regni & libertas ab Angelo mortis. Et futurum eſt, ut redeat ſuper Iſraël. Unde lux ambiens præſtantior eſt quàm interna.

Lux ambiens quibus conceſſa.

Cap. XX.

§. 1. Adhuc alia datur ratio, quare lux ambiens major ſit luce interna, quia ſcilicet lux interna ſe ipſam conſtringit intra *Vas*, ita ut quantumvis magna ſit, vehemens atque copioſa, in ſe ipſam tamen redeat, nec coruſcet ex omni virtute ſua, ſed pro facultate recipientis: ad inſtar illius, quod dicitur Exod. 25, 22. *Et loquar tecum de propitiatorio inter duos Cherubim:* Ubi Schechinah reſtrinxerat ſeſe & lux ejus inter duos vectes arcæ, ita ut Cherubim intra ſe poſſent ſuſtinere lucem Schechinæ.

Lux ambiens & interna ſunt eadem, ita tamen ut hæc ſeſe reſtringat ad facultatem vaſis.

§. 2. Sic & alibi docemur, quod hîc reſpiciatur facultas ſuſcipientis. Nam Moſes Magiſter noſter, ſuper quo pax! etiam poterat ſufferre virtutem vocis & ſermonis illius. Ita lux hæc interna cogitur regredi in ſe ipſam, atque conſtringi intra *Vas*, quo clauditur pro arbitrio Benedicti, quando effundenda ſit in mundos per illud; tunc enim dilatatur & vadit.

§. 3. Lux ambiens autem major eſt illa, quippe quæ circumvolvitur deſuper ſine contractione: Nec tamen effunditur extra ſeſe, ſed efficit tuguria pacis pro circumdato, *Vaſe* ſcilicet: Et ipſa eſt *tentorium, quod non deponetur, nec tollentur paxilli ejus in æternum.* Jeſ. 33, 20.

Lucis ambientis efficacia.

§. 4. Iſta augetur in plenitudinibus ſuis in infinitum: Sed lucem internam oportet ire in ſe ipſam in literas ſuas radicales, & non poteſt planè exſerere

Multiplicatio diversa Lucis ambientis & internæ.

exsereret literas suas, nec multiplicari super literas radicales: Quoniam *Vas* ipsum includit illam virtute literarum אלהים quæ denotant judicium.

Lux sursum rediens quid sit, & quid prosit.

§. 5. Et lux quæ sursum redibat, de qua initio Capitis 19. est contractio prima puncti Coronæ: Et lucis, quæ in illa est, quæ impediebat manifestationem. Tunc excitabatur omnis lux illa ad ascendendum appetitu quàm perfectissimo, ut adhæreret scaturigini suæ, minueretque lucem suam selectam pro creatione Mundorum: ut scilicet *Vas* posset sustinere quantitatem lucis illius, quæ sufficeret condendis mundis.

Vasis percussio, quæ à Luce processit, quid effecerit.

§. 6. Et portio illa determinata redibat per Sapientiam Benedicti pro necessitate puncti Coronæ & socii ejus: & percutiebat validè inferiora *Vasis* ad instar aquæ (benignitatis notæ) quæ descendit cursu valido: Ut nempe lux interna corroboraret seipsam, ut posset sufferre hanc pro necessitate sua, omniumque adhærentium sibi. Reliquum autem ascendebat virtute percussionis hujus, & fiebat ambiens illam.

Exclusa prioritas temporis in Lucis Emanatione,

§. 7. Et nunc fili mi, aperi oculos intellectus tui, ut intelligas quæ proposui Capitulis antecedentibus de puncto primo Coronæ, quæ cõstabat è 10. sub initium emanationis suæ: Lux enim protensa è principio Emanativo emanabat simul intra istud sine prioritate temporis. Unde patet quòd elevatio lucis & sublatio ejus ad superiora in puncto suprà dicto; & electio ejus arbitraria, quòd alia deberet esse ambiens & alia interna, facta sunt uno momento, & eodem instanti sine prioritate temporis.

Lux ambiens in deserto nunc dereliquit Israelitas,

§. 8. Et mysterium Lucis ambientis delituit in nubibus Gloriæ, quæ ambiebant Israëlitas in deserto; etiam pro parte post peccatum, quod fiebat ex merito Aharonis, quamdiu scilicet ille vivebat. Mortuo autem Aharone, tollebatur hęc custodia ambientis, & veniebat Chananæus Rex Arad, *& captivam faciebat ex eo turbam captivam.* Num. 21, 1. Et tempore futuro cum Samaël cum omnibus principibus perditionis præfectus erit populorum mundi, tunc de populis mundi dici poterit: Jes. 65, 20. *Quoniam puer filius centum annorum morietur:* Sed de Israëlitis implebitur:

De tempore venturo.

Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum.* Et illo tempore Rex Messias regnabit super superos & inferos, & dæmonia maligna affligent populos ad mandatum filii David. Sicut factum est tempore Salomonis, qui misit ad Chiram Regem Tyri dæmonium aliquod & abduci illum jussit in 7. habitacula inferni, donec faceret voluntatem ejus. Tunc enim ex timore Messiæ venient omnes populi, *& apprehendent fimbriam Viri Judæi,* Zach. 8, 23. propter dignitatem filamentorum Zizith, quæ in pallio ejus, in quo adumbratur mysterium Lucis istius Ambientis, ita ut cum illo quis abire possit in cloacam, citra participationem impuritatis. Exteriora enim (quo nomine Cortices appellantur,) cum (Luce) illa nullum habent consortium: Populi autem *prehendent illam*, ut illius beneficio protegantur ab Angelis perditionis, spiritibusque malignis: & sic illos oportebit

esse

esse servos. Quin & Reges atque Principes eorum venient, ut audiant verba Spiritûs Sancti, & verba Sapientiæ, sicut audiebant quondam & conveniebant apud Salomonem Regem, super quo pax! Et propterea dicitur Zach. 12, 8. *Et erit, qui infirmus fuerit inter eos in die illa, sicut David, & domus David tanquam Elohim, tanquam angelus Jehova coram eis.*

§. 9. Summa rei hæc est: Lux ambiens existit supra vas absque contractione; sed Lucem internam condensari oportet, multâq; constrictione subintrare: ad instar Justorum, qui minimos sese reddunt, quamvis hujus vel illius anima Lux sit magna atque copiosa, qualis erat Samuel parvus, qui dignus tamen erat, ut super ipso quiesceret Schechinah, ut super Mose Magistro nostro, super quo pax! Necesse autem est, ut Justus seipsum humiliet, quò Generatio ejus possit accipere Influentiam, divinumq; auxilium, ex parte ipsius, & de illius merito dicitur Jes. 53, 5. 4. *Et in livore ejus sit curatio nobis, & languores nostros Ipse tulit.* Idque ideò, quoniam Generatio ejus istis digna non est; hinc super illo quiescere non potest Schechinah; sicut exemplum habemus in Mose Magistro nostro, super quo pax! Justi sese contrahunt atque humiliant ad instar lucis internæ.

§. 10. Et nota, quod etiam Lux interna non dilatetur, nisi in quantum concitata fuerit ab Inferioribus. Et nullum est dubium quin differentia sit inter Generationes. Tempore autem venturo implebitur illud Joël 3, 2. *Et etiam super servos & super ancillas in diebus illis effundam spiritum meũ:* ubi notetur vox שפך effundam: vide caput 18. ubi adducitur simile de eo, qui violenter aliquid effundit de uno vase in aliud, ubi quod prævalet subintrat, cæteris circum circa dilapsis; sic fit Lux ambiens. Sic effundetur super nos Spiritus ex alto in solatium nostrum Amen. Dilatatio lucis internæ quando fiat. Lucis profusio copiosa.

CAP. XXI.

§. 1. Scito autem, quod è Luce Interna CORONÆ quasi canalis prodeat intra Vas *Sapientiæ*, sub mysterio *Fenestræ*: ubi deinde *Sapientia* quicquid sustinere potest, suscipit; de cæteris autem fit Lux illius Ambiens. Fenestra per quam transit Lux nimirum Coronæ.

§. 2. Sic & è *Sapientia ad Intelligentiam* (fit communicatio:) non tamen per modum Canalis fit affluentia, quippe qui est modus communicandi à parte anteriore; sed per modum cõmunicationis à parte posteriore, sub mysterio Foraminis; quo valeat sufferre (Lucem) citra confractionem, quoniã vas istius crassius est, Vase Sapientiæ, nec non & ipsa remota est à Principio Emanativo, quod benedictum sit! sex gradibus, qui sunt: *Intelligentia, Sapientia, Corona, Splendor,* (Tehiru) *Adam primus*, Aër primus: propterea affluentia ad illam accedit de parte postica. Scito autem, quod etiam postquam affluentiam ipsi largita est, de parte postica, tamen non penitùs derelinquat eam; quoniam semper affulget ei de parte postica, ut eam sustentet & meliorem reddat; sicut scriptum est Prov. 29, 11. *Et Sapiens in postremo meliorabit eam*; sicut explicuimus in capitulis antecedentibus. Communicatio Sapientiæ cum Intelligentia, ejusque modus. Intelligentia remota sex gradibus à Principio Emanativo.

Trium priorum Numerationum conservatio & communicatio per Lucem supremam.

§. 3. Quod ergo Lux interna erat in *Corona*, fit Lux ambiens & interna in Sapientia; & quod erat Lux interna in Sapientia, fit Lux ambiens & Interna in Intelligentia. Nimirum quod recipi non potest, abit ad vicinam. Nam è Luce superna, quæ primitùs emanabat, fit Interna & superior in Corona. Sensus est hic: cùm Coronæ tanta non esset vis, ut sustinere posset Lucem omnem, pars ejus eam subintrabat, fiebatque Interna ejus Lux, atque illius Neschamah; de cæterâ fiebat Ambiens Sapientiæ; & sic de Sapientia ad Intelligentiam procedebatur: nam ex Interna Sapientiæ fiebat Interna & ambiens Intelligentiæ hoc modo:

ita ut altera alteram conservaret, ne forte frangeretur, quod absit! atque istud est, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ! Tres primæ reputantur ut una.

Cap. XXII.

Applicatio hujus loci ad communicationē trium priorum Sephiroth.

§. 1. Ut autem intelligas id, quod suprà diximus, de distantia locali (Intelligentiæ à Principio Emanativo) item de Fenestra & Foramine; adducemus Locum Davidis Regis, super quo pax! Psal. 84, 12. *Quoniam Sol & clypeus est Dominus Deus.* Sensus est hic: Sol est Lux magna, quam nemo hominum intueri potest ob nimium ejus splendorem atque fulgorem: Quòd si autē aliquis scutum aliquod Soli opponat, vel velum, intueri poterit illum beneficio tegumenti. Sic Dominus Deus noster; cujus lucem mundi atque numerationes non possunt sustinere nisi beneficio velamentorum: Horum autem beneficio illam recipere possunt, cò quòd lux temperatior accedat ob distantiam localem, vel fenestræ aut Foràminis modum adhibitum. Cùm enim lux se ipsam contrahit per Fenestram compressa, tunc fieri potest, ut usui sit.

Mediorum, per quæ fit communicatio, differentia.

§. 2. Non tamen omnes Fenestræ sunt æquales: Aliud enim est, si magna sit, aliud si parva sub mysterio foraminis de parte posteriore. Lux enim,

quæ

quæ per feneſtram magnam advenit, copioſæ admodùm eſt influentiæ: Sed quæ per parvam advenit Feneſtram, comprimitur. חלון Feneſtra autem per Gematriam etiam efficit צד latus, quoniam intelligentia reſidet ad latus ſapientiæ, quæ ipſam illuminat à latere de parte poſteriore ſub myſterio Foraminis. Gem duarum vocum צד & חלון.

§. 3. Eſt & alia differentia, ſi adhibeatur velamentum interdiſtinguens; ſicuti in Mundo Reſtitutionis: Ubi Lux allidit ad velamentum Sephirothicum; unde Lux tranſit ad inſtar radiorum diminutorum.

§. 4. Differentiæ hæ priores dantur in ipſo Mundo Aziluth ſive mundum Reſtitutionis, ſive mundum Inanitatis reſpicias: Ibi enim Lux ipſa extenditur intra Sephiroth, hac tamen diſtinctione, ut adveniat vel per modum feneſtræ vel foraminis, vel per diſtantiam localem, ſicut expoſuimus ſuprà. In Coronam Lux non ſubintrat per modum feneſtræ; non enim poſſet ſufferre vim luminis: ſed beneficio diſtantiæ localis: Ipſa enim vicina admodum eſt Principio Emanativo, ideò diſtantia localis ipſi adjudicatur. Quod nec ipſum tamen uſquequaque illam juvat, quia poſtea debilitationem aliquam virium patitur, & ab ipſa prodeunt Decidua, id eſt, Lux roris ad reſtitutionem mortuorum, ſicut dicam. Media iſtius communicationis originaliter ſunt in Mundo Aziluth. Modus communicationis Coronæ cum Principio Emanativo. Decidua lucis unde, & quid ſint.

§. 5. Sed de *Corona* ad *Sapientiam* communicatur per modum feneſtræ, ut per ſimile ita dicam. Sed Feneſtra, quæ de *Corona* ad ſapientiam tendit, major eſt, quàm quæ de Sapientia ad Intelligentiam: Nam radiatio illa, quæ de *Corona* prodit, ut fiat lux ambiens & interior *Sapientiæ*, luce gaudet majore, quam radiatio illa, quæ de *Sapientia* exit, ut ambiat & impleat Intelligentiam: Et hujus reſpectu adhibetur ſimile de Feneſtris. Modus communicationis Coronæ cum Sapientia.

§. 6. Hæc omnia inveniuntur etiam in Mundo Aziluth, nempe in ſpecie diſtantia Lucis ob multas veſtes, quæ fiunt in Mundo Reſtitutionis, quales ſunt Adam Kadmon, & tria Capita, & quinque Perſonæ; in his eſt myſterium diſtantiæ localis juxta analogiam diſtantiæ localis & feneſtrarum, quæ in Mundo Inanitatis. Qui enim in parvo conſiſtit gradu, talem non habet influentiæ feneſtram, qualem qui ſupra illum eſt. Opera Mundi Reſtitutionis. Quantum ad communicationem, eadē convenientia inter Mundum Aziluth & mundum Tohu.

§. 7. Et in ſpecie נקבה ſeu fœmina, qualis eſt Intelligentia, ubi locum habet alluſio נקב ה foramen He. Et ſic Regnum ſemper accipit influentiam per myſterium foraminis, quod circa præcordia Scir in Mundo Reſtitutionis. Et hoc eſt Nomen אדיה quatenus efficit 152. קנב. Atque hoc pertingit uſque ad præcordia illa, & eſt myſterium alluſionis נקב ה. Sic analogia horum eſt in mundo Inanitatis. נקב ה Foramen הē He. Gem. vocis אדיה & נקב

§. 8. Sed Sapientia & Intelligentia, quæ in Mundo Reſtitutionis, ſunt

Sapientiæ & Intelligentiæ communicatio in Mundo Tikkun.

facie ad faciem converſæ, non verò ad poſteriora averſæ, ſicut Foramen hoc indicat in Mundo Inanitatis. Nam ipſarum copula ſit per os, nimirum quatenus efficiũt Perſonas Patris & Matris: Et hoc occultum eſt valdè. Sed à præcordiis ſuis & deorſum ſunt Iſraël ſenex & Thebuna ſeu Intelligentia ſpecialis, quorum copula infra eſt circa fundamentum. Unde myſterium foraminis inibi locum non habet; In mundo enim Reſtitutionis iſtæ tali gaudent Amicitia, ut non ſeparentur in æternum; ſemperque habent obverſas facies, non verò foramine & poſteriorum utuntur myſterio.

Velamenti diſtinctio in omnibus Mundis.

§. 9. Sed ſpecies illius Lucis, quæ affulget velamento Sephirothico, de quo ſupra, etiam in mundo Reſtitutionis eſt, inter Mundum Aziluth & inter cæteros mundos Briah, Jezirah, Aſiah; nec non inter omnia Horti Eden Palatia, pro habitatoribus Paradiſi, ſingulis juxta gradum ſuum. Atque ſic inter omnes mundos diſtinctio eſt Velamenti, Aulæi vel Cortinæ, ne quis aſcendere poſſit, qui dignus non ſit ulteriùs aſcendere.

Mater occupans נְקֻדָּה Regni Aziluthici. Aulæum, Expanſum, Velum פָּרֹכֶת quid.

§. 10. Sicut enim ipſa ſubſtantia Benedicti circumdat omnia Entia, ita ut ipſe ſit locus mundi juxta myſterium Veſtimenti, per quod evacuavit locum pro mundis: ita linea egreditur è mundo Aziluth & circumdat mundum Briah. Et hoc eſt myſterium illud: Mater poſſidet thronum; nempe per articulos priores τῶν נְקֻדָּה Regni in Aziluth, quæ ibi efficiunt פָּרֹכֶת ſeu ſeparationem aliquam, quæ vocatur Aulæum, Velum & Expanſum in libro Sohar.

§. 11. Atque ſic Sanctus ille, qui benedictus ſit! qui eſt Pulchritudo in Briah, occupat beneficio Veli Separatorii Jeziram.

Influentia per articulos ſuperiores, medios & inferiores τῶν נְקֻדָּה Regni Aziluthici in mundos cæteros.

§. 12. Et ſicuti Adam primus circumdat ſphæram Splendoris, iſta linea exit de Jezirah & circumdat Mundum Aſiah, nempe Malchuth Jezirathica occupat Rotam, quæ eſt Aſiah.

§. 13. Senſus autem eſt iſte: Mater derivat influentiam ſuam in articulos ſuperiores τῶν נְקֻדָּה Regni Aziluthici, & exinde influentia per Velamentum allidit ad Briam. Et Seir derivat influentiam ſuam in articulos medios τῶν נְקֻדָּה Regni Aziluthici per viam Velamenti, quod in Palatio Amoris, quę eſt Tiphereth Briathica: Et hinc influentia abit ad Jeziram. Tandem Malchuth derivat influentiam maximæ partis ſtaturæ ſuæ in articulos inferiores τῶν נְקֻדָּה quæ in ipſa, & inde in Aſiam beneficio Veli ſeparatorii & lineæ ſuprà dictæ. Et omnia iſta vela ſunt in Mundo Reſtitutionis à Mundo Aziluth ad Mundos reliquos בְּרִיעָ.

Cohæſio Mundi Aziluth intima eum S. B.

§. 14. Sed in Mundo Aziluth Mundi Reſtitutionis Ipſe & vita ejus unum ſunt, id eſt, Ipſe, nimirum Mundus Aziluth & vita ejus, nempe filum Æn ſophicum, q. b. ſ. quod eſt in Adam Kadmon de Capite ejus uſque ad pedes ejus, per Arich & ſocios ejus inſertum Perſonis Aziluthicis adhę-

rens

rens iisdem firmiter multumque desideratum, donec omnia sint unum virtute cohæsionis maximæ. Et huc pertinet etiam illud: Ipse & substantia ejus unum sunt i. e. Mundus Aziluth & ipsa Substantia Benedict unum sunt in Personis Aziluthicis; Quod ita se non habet abhinc & deorsum, nempe in בריע de quibus dicitur: *Et abinde dividitur.* Nam Æn Soph non inhæret ipsis nisi sub mysterio ambientis. Illi etiam constructi sunt per articulos נהי Regni Aziluthici. Quin & hæc ipsa Malchuth non est in copula perpetua sub mysterio רעים sociorum proximorum, sed sub mysterio דודים amicorum, qui per intervalla ad se invicem accedunt sicut hora precum. Mysterium רעים & דודים.

CAP. XXIII.

§. 1. Ecce Principium Emanativum quod benedictum sit, produxit 10. puncta, quæ constabant ex ipsa substantia & Vasis, & quodlibet punctum constabat è denario. Decem punctorum à principio Emanativo productorum descriptio.

§. 2. Et tria puncta prima quoniam tenuia admodum erant propter affinitatem suam cum Principio Emanativo, non cadebant & constituebantur tali gradu, ut in illis non fieret confractio, quod absit! ne fragmenta illorum constituerentur in Coronam Regni & Sapientiam atq; Intelligentiam pro cogitatione partis destructricis & desolatricis atq; truncaretur, quod absit! arbor cum omnibus surculis suis. Atque ideò ipsis competebat gradus distantiæ localis, & fenestræ & foraminis. Nihilominus tamen tria hæc prima tam subtilia erant, ut parum abesset, quin Vas ipsorum iterum fieret sicut Substantia eorum: Atque ideò in structura trium Capitum Mundi Restitutionis circa tria prima non fit mentio Vasis, nisi sub mysterio ipsius Substantiæ. Trium primorum punctorum situatio. Trium horum punctorum analogia cum ipsa Substantia Benedicti.

§. 3. Et hæc tria prima erant intra se invicem, ita ut quodlibet contineret socium suum. Et quælibet eorum per se habebat internum & ambiens, ita ut quod prævalere poterat, intraret intra Vas suum, & quod prævalere non poterat, ex illo rediret superiùs circa Caput ejus & recideret circumcirca sub mysterio ambientis. Eorum intima unio. Eorum lux interna & ambiens.

§. 4. Et si quod absit! intentio intendentis non fuisset, ut singula haberent lucem ambientem per se; tum etiam quod absit! facta esset confractio in tribus primis: Ideò singula prodibant per se. Eorum egressus causa.

§. 5. Erat tamen etiam inter Sapientiam & Intelligentiam analogia quædam coordinationis, ut nempe residerent simul altera ad latus alterius, quod non invenimus de septem punctis cæteris, quoniam non erant sub mysterio Personæ, sed tantum subter se invicem, juxta mysterium illud Gen. 36, 33. &c. *Et regnabat sub eo, & moriebatur.* Nota hîc vocem תח Puncta hæc prima coordinata inter Sapientiam & Intelligentiam, adeoq; distincta à

cæteris ſeptem.

תחת תין *pro eo*, quæ hîc exponitur, *ſub eo*. Erantque etiam ſicut annuli catenæ, unum infrà aliud connexa & conjuncta hoc modo, ut locus non eſſet, quo ſingulis fieret lux ambiens ſeorſim; unde neceſſum erat, ut ipſis fieret ambiens per omnia 6. latera ſimul, non vero ſingulis ſeorſim: Non enim ambiebant ſe invicem ſicut tria prima; ideò Influentiam ſimul oportebat deſcendere; ut faceret ambiens per omnia 6. latera ſimul: Et lux de Intelligentia uno loco intrabat in vaſa eorum, & ſimul exibat ad ſocium ſequentem. Quod ita non eſt in Mundo Reſtitutionis: In Perſona enim ſunt multa Foramina ad accipiendum & ad derivandum.

Unum ambiens trium horum punctorum.

In Mundo Tohu ſeptem reliquæ Sephiroth nullam inter ſe habent communionem.

§. 6. Quin etiam ſeparata erat quælibet Sephira à ſocia ſua, ita ut inter ipſas nulla eſſet unio ad analogiam aliqualis illius coordinationis, quæ inter Sapientiam & Intelligentiam; ſed omnes erant ſubter ſe invicem.

Fractio Vaſorum à Timore cujuslibet Numerationis.

§. 7. Nec erat inter ipſas Amor, ſed tantum duæ notiones Timoris cuilibet erant: E. g. in Sapientia metus erat, ne fieret aſcenſus in numerationem Coronæ, quia omnis Lux deſiderat aduniri ſcaturigini ſuæ aſcendendo ſicut notum: Et ſic metus quoque alter aderat à deſcenſu in Intelligentiam. Et hoc modo in omnibus nulla erat unio. Et quamvis aliqua eſſet unio inter Sapientiam & Intelligentiam, non tamen erat in perfectione, ſed obverſio tergoris; atque ideò frangebantur. Et hoc ipſum eſt quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Mundus creatus eſt per judicium; qui eſt Timor ſuprà dictus. Et mundus ille non poterat ſubſiſtere, quoniam 7. Reges evertebantur; donec cum illo ſociaretur attributum Miſericordiæ, unde Reſtitutio. Tunc enim per illos derivabatur Amor & unio, & ſex partes uniebantur in perſonam unam. Attributum Miſericordiæ autem eſt amor ſuprà dictus: nam vox אהבה amor, bis ſumpta per Gematr. efficit יהוה & אהבה ſimpliciter ſumtum per Gemat. eſt אחד unum.

In Mundo Tikkun locum habet Miſericordia & Amor.

Septem Regum inferiorū productio ſimultanea.

§. 8. Unde colligimus, quod Intelligentia produxerit 7. Reges inferiores, non ſingulos ſeorſim, ſed omnes ſimul. Et hoc eſt myſterium illud in textu: *Exod.* 28, 10. *Sex de nominibus eorum ſuper lapide uno.* *Sex* denotat ſex partes: *de nominibus eorum*; quoniam ſinguli Nomen habent per ſe usque ad Regnum, quod ſeptimo loco eſt, & vocatur lapis, juxta illud Pſ. 118, 22. *Lapis quem ſprevernnt ædificantes, factus eſt in caput anguli*; ubi intelligitur Regnum domus David. Imò hoc & propterea dicitur lapis, quoniam ex illo ædificantur palatia mundorum בריע ſicut dicam Deo juvante, de Mundo Briah. Hinc patet, quòd 7. Reges qui mortui ſunt, non ſicut tria prima prodierint ſeorſim, unde etiam non potuerunt accipere lucem.

Malchuth vocatur lapis angularis.

Feneſtra una æqualis erga

§. 9. Et tunc primùm everſa eſt benignitas, quoniam ſimul acceperat influentiam lucis ſociorum ſuorum, ut fieret lux ambiens pro 5. ſociis

ejus

ejus ſimul, non vero pro ſingulis ſeorſim. Feneſtra enim quæ de Intelligentia vergebat ad 6. partes, æqualis erat erga omnes adeoque usque ad fundamentum tantum idque duplici reſpectu : Primò quia feneſtra illa continebat omnem influentiam quæ ſimul affluere debebat omnibus 6. partibus; Atque hinc oriebatur confractio ſingulis de 6. partibus: Secundò, quòd Feneſtra hæc æqualis erat erga omnes, & non gradibus diſtincta ſicut in tribus primis, ubi feneſtra Sapientiæ major erat quam illa, quæ de Sapientia procedebat ad Intelligentiam: Feneſtra enim ſex partium unam habebat menſuram pro Numerationibus omnibus; atque hæc ipſa eſt Feneſtra una. Feneſtra enim quæ procedebat ad Benignitatem, ita ſe habebat, ſicut quæ ad Rigorem, & ſic ad Pulchritudinem &c. Omnibus enim feneſtris illarum menſura & quantitas erat una, nec una quantitate minor & alia major erat. Atque hæc de feneſtra una æquali erga omnes, quod nota.

omnes 6. Sephiroth, pertingens uſque ad Fundamentum.

§. 10. Hoc quoque nocebat ipſis admodum, quòd non poſſent prævalere tantæ luci: Singulæ enim debebant habere ambientem, quæ prodiret è ſummitate vaſis circa Caput ejus; quod non poterat fieri, unde frangebantur, quoniam omnes erant ſicut annuli in catena conjuncti & compacti ſubter ſe invicem, unde locus non erat ambienti. Atque ſic ſufficienter præfati ſumus, antequam deveniamus ad commentationem de fractione ſeptem Vaſorum.

Fractio Vaſorum unde Catena 7. Numerationum.

CAP. XXIV.

§. 1. Suprà diximus, quòd lux primò deſcenderit in Vas Coronæ & impleverit atque cumulaverit illud, quantum nempe ſuſtinere poterat, quo impleto & cumulato effundebatur in Sapientiam, & ſic Sapientia in Intelligentiam: Nam tantus erat exceſſus magnitudinis in Vaſe Coronæ, ut quod ibi ſuperabundabat, ſufficeret ad implendum & cumulandum Vas Sapientiæ; atque ita Vas Sapientiæ in tantum erat majus Vaſe Intelligentiæ, ut cumulus ejus ſufficeret ad implendum & cumulandum Vas Intelligentiæ intrinſecus & extrinſecus: Et magnitudo Vaſis intelligentiæ in tantum ſuperabat omnia reliqua vaſa quæ infra eam, quoniam antea ſteterant intra illam; ut quod in illo exundabat, ſufficeret ad implenda omnia 7. Vaſa reliqua, ita ut implerentur ab exceſſu cumulatæ Lucis unum poſt aliud.

Trium vaſorum ſuperiorum quoad lucem communio ſubalterna,

§. 2. Et huc alluſit pugillatio Sacerdotis, quæ eſt Influentia Benignitatis; non enim licebat, nec ſuprà nec infrà, niſi tantum tribus digitis uti, ut indigitarentur 3. Numerationes ſuprà dictæ.

Pugillatio Sacerdotis myſterium trium Influentiæ Lucis in tres ſuperiores Sephiroth,

§. 3. Cùm autem Influentia deſcenderet ab Intelligentia ad ſeptem, intra hæc

Æqualitas fenestræ pro inferioribus pertigit usque ad Fundamentum.

hæc una intercedebat Fenestra æqualis pro omnibus, sed tantum usque ad Fundamentum: Nam ab illo prodibat radius quidam alius, ut esset ambiens, & anima Regni : Et hoc per modum Fenestræ angustioris quam Fenestra prima erat, omnibus 6. partibus dicata; sicuti alibi dicam uberius.

Fundamenti radiatio ad Malchuth.

§. 4. Et Influentia, quæ de Intelligentia descendebat, simul derivabatur & vice una, illamque suscipiebat Benignitas, ut quæ illi esset proxima, eamque pro se retinebat; sed propter nimietatem Lucis illius Influentiæ, non poterat supportare illam, unde Vas ejus frangebatur.

Fractionis vasorum inferiorum causa.

§. 5. Et tunc omnis Lux influens descendebat ad Rigorem, qui & ipse omnem illam influentiam simul accedentem retinere volebat; sed & ipse frangebatur: Et sic Pulchritudo, Victoria, Gloria.

Fundamenti præcaventis fracturam fractura.

§. 6. Cùm autem Fundamentum hoc videret, nolebat recipere Influentiam illam vice una; sic enim intenderat intendens, ne frangeretur Regnum quod absit! ne scil. dæmonibus malignis fierent corpora; nam ex illo corpus venit & Nephesch. Atque huc pertinet mysticum illud, quòd creati sint dæmones vespera Sabbathi, quod est Fundamentum; & quidem inter Soles ejus, quæ est medietas portionis ultimæ Fundamenti; Nam & ipsum tandem frangebatur.

Tempus creationis dæmonum.

§. 7. Hoc ergo Fundamentum non accipiebat nisi portionem unam, ut illam daret Regno sub lege depositi, sicut scriptum est Gen. 41, 36. *Et sit cibus in depositum pro terra*, quod dicebat Joseph, qui est mysterium Fundamenti; per quæ intelligitur Influentia hæc exiguæ portionis. Et hoc omne ex metu faciebat, ne fortè frangeretur Vas ejus. Quæ omnia tamen non profuerunt ipsi, quoniam hæc erat Influentia illa, quam haurire, quaque frui desiderabant inferiora & superiora, ut nempe cibarentur de Splendore æque Luce ejus. Et non sufficiebat, quòd dederat istam, donec reciperet omne influens reliquum, & statim frangebatur, quoniam portio illa, quam Fundamentum acceperat pro se ipso, multò erat major, quam portio, quam acceperat, ut illam præberet Regno: Et quoniam portio illa, quam pro se acceperat, ut ambiens sibi esset lux, & interna major erat prima portione, facultas non erat Fundamento sufferenti eam. Et quamvis non vellet omnem accipere Lucem, nihilominus portio quam elegerat pro se, ita in ipso augebatur, ut vires ejus excederet: Atque ideò frangebatur & destruebatur, sicut reliqua.

Causa ejus fracturæ.

Fractura Fundamenti facta fuit quoad partem dimidiam.

§. 8. Prius autem frangebatur prima medietas Vasis ejus quam ultima, nempe cùm in hac adhuc esset portio depositi pro Regno: Nam cùm adhuc intra illud esset portio parva, nempe in medietate inferiore, dùm portio magna absorbebat eam, ut non posset prævalere; unde destruebatur portio ista dimidii Vasis, nisi deinceps, ita ut momentum aliquod vitæ longius ipsi esset quam prioribus, cùm nempe haberet portionem Regni tantum: Unde vocatur *Vita mundorum*, quoniam longior ipsi vita erat quam sociis in Mundo

Fundamentum Vita Mundorum.

Inani-

Inanitatis: Et quia etiam in Mundo Restitutionis, qui est Mundus habitabilis, idem ipsi competit, hinc vocatur *Mundorum Vita*, nempe mundorum horum duorum.

§. 9. Regnum quoque cùm accepisset portionem parvam à Fundamento, quamvis portio illa non adeò magna esset, non tamen prævaluit illi, sed vas ejus compressum est tanquam vas ferreum igni impositum, in quo figura Vasis disperit. Et hæc est ratio illa atque modus destructionis in Malchuth, de qua loquitur R. Schimeon Jochaides, super quo pax in Libro Mysterii. Et ratio est hæc. Facto fundamento in Malchuth descendebat tota influentia; quoniam autem cùm hîc descensus fieret, illius vas jam compressum erat, hinc fractio nulla in illo fiebat, sed illud destruebatur, fiebatq; quasi informis mola uterina. Et huc pertinet, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd Vas ligneum non suscipiat immunditiem. Unde de Regno non facti sunt cortices. Cùm enim in illo nulla facta esset fractio, hinc eo modo de illo non facti sunt cortices, sicut de fragmentis Vasorum priorum: Nam si in illo facta fuisset fractio, tum cortices exinde quam durissimi facti essent, ita ut fermè mundus non potuisset subsistere ob corticum multitudinem, quoniam Vas ejus multò erat crassius, quam priorum: Et isti cortices deinde apparuissent hominibus, ablata nempe larva à facie eorum, ut potuissent aspicere homines adeoque nocere ipsis. Unde illud Gen. 19,17. *Ne respice post te*, ne scil. Angelus corruptor aspiciat faciem tuam. Et hanc ob causam decrevit Sanctus ille Benedictus, ne frangerentur nisi Vasa tenuiora, ne cortices adeò fierent crassi. Ex illa enim fractura Vasorum prodierunt judicia, & cùm magis crassescerent atque descenderent, ex illis facti sunt cortices, sicut alibi dicam.

Malchuth libera à fractione, & quæ causa.

Ex Regno nulli cortices, adeoque crassities eorum præpedita.

CAP. XXV.

§. 1. Suprà diximus, quòd statio 7. Vasorum in 7. Numerationibus fractis talis fuerit juxta intentionem intendentis, ut subter se invicem starent, & non sub mysterio bilancis, quò frangi possent & in mundo fieret bonum atque malum. Item quòd nullum fuerit spatium inter illas, ut ipsis fieri potuisset Lux ambiens ab illa luce, cui prævalere non poterant; unde etiam confractæ sunt, ortusque est status Mundi Inanitatis.

Causa fracturæ Vasorum. Origo mali ex confractione Vasorum.

§. 2. Dicit autem Scriptura Gen. 36, 33. &c. *Et regnavit sub eo, & mortuus est.* Id est: Ex eo, quòd Rex unus sub alio esset, exorta est mors eorum, atque confractio, & nota vocalem, *sub eo*.

Cur Chesed, Geburah &c. plus acceperint de influentia, quam sufferre poterant?

§. 3. Et si dicis: Quare Benignitas accepit omnem Influentiam illam, cùm tamen sciret, quòd illam non posset sufferre: Et sic etiam Severitas, quamvis videret, quid accidisset Benignitati: Et sic etiam de cæteris. Scien-

dum tibi est, quòd Benignitas cogitaverit, se, cùm Benignitas esset & vas haberet tenue, sustinere posse omnem illam Influentiam; præsertim cùm videret, quòd Intelligentia uno gradu se superior, in qua tamen aliquid judicii esset, (judicia enim ab illa excitantur, unde illi quoque tribuitur Nomen הויה cum punctos אלהים) nihilominus prævaleret omni illi Influentiæ, quamvis etiam principio Emanativo esset propior: Ob has igitur causas putabat fore, ut ipsa quoque supportare posset influentiam sicut Intelligentia: Unde postmodum fracta est.

§. 4. Severitas etiam, quoniam Vas suum aliquantò turbidius erat, eò quòd judicium in ea esset, imò ipsa quoque remotior erat quam Benignitas, fore putabat, ut sufferre posset. Sed frangebatur.

§. 5. Sic & Pulchritudo, quoniam in ipsa erat Judicium & Miseratio, imò ipsa quoque remotior esset, idem putabat: Sed frustrà. Sic victoria ob longinquitatem suam & quòd Benignitatem contineret, idem volvebat animo, sed frustrà. Gloria autem idem cogitabat quod Severitas.

§. 6. Et quamvis rationes earum ut ita cogitarent, non essent sufficientes, quoniam trium priorum spatium amplum valde erat, eò quòd jam gravidæ essent reliquis Numerationibus, quod ita non erat in 7. posteriorib. Quin etiam causa differentiæ inter utrasque fuit Lux ambiens, quemadmodum suprà diximus: Nihilominus tamen appetitus eorum usque adeò magnus fuit ad suscipiendam hancce influentiam.

Explicatio. §. 7. Hoc est illud desiderium, quo supera & infera frui desiderant luce illa, sicut anima quæ relinquit corpus & persequitur Lucem Schechinæ sub articulo mortis, juxta illud Cant. 1, 4. מָשְׁכֵנִי אַחֲרֶיךָ נָּרוּצָה *Trahe me post te, curremus*; quarum Vocum literæ initiales efficiunt אמן quod per Gematriam est יאהדונהי quibus denotatur unio Copulæ inter Seir Anpin & uxorem ejus.

§. 8. Hinc quælibet Sephirah pro se ipsa accipiebat rationem illam, quæ in dicto textu Gen. 36, 33. &c. *Et regnavit sub eo.* Quælibet enim omnino volebat regnare ex argumento vocis, *sub eo*; erant enim subter se invicem: Cui accedebat distantia à Principio Emanativo, unde à Luce magis distabant, putantes, ex causa distantiæ fore sibi durationem, ut possent permanere. Et distantia illa quidem proderat ad tempus, ut constitui possent ætates Mundi Inanitatis: Quælibet enim harum 6. Numerationum regnabat per 150. generationes Benignitatum, & 150. generationes Severitatum, ut paulò pòst dicam. Nihilominus tamen nulla subsistebat, sed moriebatur vi ipsius argumenti de voce, *sub ipso*, desumpti: Quamvis enim dicerent: Lux est remota, fortè propter istam distantiam poterimus illam sustinere: Sed nulla poterat illuminationem illam perferre, unde moriebantur.

§. 9. Sed Fundamentum putabat, quoniam portionem dederat Regno

& In-

& Influentia ampliùs non tam magna erat, adde quòd vas ejus craſſius eſſet & remotius, quam cæterarum, ſe ſubſtiturum; ſed hoc ipſi non proderat niſi tempore exiguo, ut ſuprà diximus.

§. 10. Malchuth autem haud quicquam accipiebat, niſi quod ipſi dederat Fundamentum, quæ erat portio ejus. Si autem objicis; cùm hæc eſſet portio ejus, quare comprimebatur? Reſpondetur: Quòd eodem momento cùm Fundamentum ipſi daret portionem ejus, ſtatim etiam acceperit influentiam reliquam, unde deſtruebatur ita ut eodem momento, quo in illam ſubintraret portio ſua, medietas prima illius intraret contecta, & medietas ultima ipſi aperta accederet; & hæc portio aperta extendebatur, ut illam illuminaret intrinſecus & extrinſecus: unde comprimebatur, non autē frangebatur. Cùm autem frangeretur Fundamentum, deſcendebat ſupra ipſam tota influentia vice una, unde ſic incaleſcebat, ut funderetur & comprimeretur, fieretque ſicut mola uterina. Idque idcò, quia Vas ejus turbidius erat, unde deſtruebatur. Et hæc eſt deſtructio illa, de qua dicitur in Libro Modeſtiæ.

Quare Vas Malchuth fuit compreſſum?

Vas Malchuth extinctum, non vero fractum.

§. 11. Sed non frangebatur, quoniam duo competunt Regno præ cæteris: unum quod acciperet à vaſe fracto id quod reliquis 6. punctis non accidebat, quippe quæ omnia influentiam ſuam accipiebant ab Intelligentia: Et deinde quod non haberet niſi portionē unam tantum de radio ſub myſterio Regni diviſi: Nam ſic etiam dividebatur Regnum domus Davidis: Et non accipiebat totum radium ſicut reliqua. Notum autem eſt, quòd magnitudo radii ab Intelligentia protenſi in puncta cætera cauſaretur fractionem illorum.

§. 12. Cum autem Malchuth non acciperet à vicino ſibi Fundamento niſi quantum ſibi ſufficeret, quare non permanebat cum portione ſua? Cæteræ enim plus acceperant quam ipſis debebatur & ſimul impletæ erant omnibus iis, quæ & inferioribus neceſſaria eſſent: id quod non accidebat Regno, quippe quod una vice non accipiebat totum radium: Quare ergo non perſiſtebat cum portione ſua, præſertim cùm ipſi competeret, ut regnaret? Sed ita ſe res habet, ſicut ſuprà diximus. Cùm enim Fundamentum Regno dare vellet radium penes ſe depoſitum, non dabat illum per modum canalis, prout debebat, ſed jam cùm fractum eſſet Fundamentum, & deinceps portio ejus ſurſum elevata eſſet in viſcera Intelligentiæ, ecce tum quicquid ſuperat reliquiarum è deciduis ejus & ipſum accedebat, ut portionem Regni velociſſimè deorſum propelleret, unde Lux violenter detegebatur, & extrinſecus ſuper ipſum augebatur, nec ipſi adveniebat per modum canalis vel tubuli, ſed lux detecta deſcendebat, unde extinguebatur & deſtruebatur pariter, ut deinceps ipſi vires non eſſent aliquid faciendi vel progenerandi generationes, ſicut prius fecerat, cùm primam tantum haberet portionem.

Cur Malchuth non permanſerit cum portione ſua.

Cauſa extinctionis Vaſis Malchuth.

Malchuth deſinit generare, & unde

§. 13. Tum enim generaverat 26. generationes. Sed non frangebatur ſicut cæteræ: Ratio eſt, quia de eo non dicitur in Lege Gen. 36, 39. Et mor-

tuus eſt, ſed ſcriptum eſt: *Et regnavit Hadar*, quod eſt myſterium alterius loci; Lev. 23, 40. *Fructum ligni Hadar ſive decoris*, quod eſt אתרוג malum Citrium, ſymbolum Regni. Non autem dicitur: Et mortuus eſt. Sed in Libro Chronicorum dicitur 1. Paral. 1, 50. *Et mortuus eſt Hadad*, quod eſt myſterium deſtructionis illius de qua in Libro Myſterii. Porrò quoque ibi ſcribitur Hadad per Daleth, quod habet ſignificationem clamoris celeuſmatis & de eo dicitur in Propheta Jeremia ſuper quo pax, Jerem. 25, 30. *Rugiet celeuſma velut calcantium.* Et ideò dicitur in Scriptura Pſ. 34, 19. *Propinquus eſt Dominus contritis* לב *corde*, quæ ſunt 32. ſemitæ Elohim, quæ delapſæ ſunt: *Et attritos* רוח *ſpiritu &c.* iſte eſt Seir, qui vocatur ſpiritus, & quia attriti ſunt deorſum, ſunt lumina interna: *Servabit*, ut elevet eos, vel fragmenta ejus cum guttis, ita ſervabit eos. Reſurgent enim fragmenta ſub myſterio Reſtitutionis mortuorū. *Mala multa juſti*, quamvis habuerit aliquantulum plus vitæ, nihilominus fractus eſt. *Et ex omnib. eripiet eum Dominus*; reſtitutus enim quoque eſt. *Cuſtodit omnia oſſa ejus*, nempe נה Seir in Mundo Inanitatis, ne decidant luces internæ in locum lapſus fragmentorum vaſorum quod abſit! in Mundum Aſiah, ut oporteat quod abſit! omnia redire ad nihilum & inane, עצמותיו *Oſſa ejus*: alludit ad myſterium עצמות Ipſcitatis & Vaſorum, quæ ſunt Luces internæ 6. Numerationum, quorum Vaſa fracta ſunt, ſed *Unum ex eis non confractum eſt*, ſed tantum deſtructum eſt, ut non amplius haberet formam vaſis.

Myſterium Hadar & Hadad.

Myſterium עצמות in Malchuth.

§. 14. Deinceps autem in Mundo Reſtitutionis hinc facta eſt Perſona integra, quoniam non accepit lucem totam, ſed illam tantum portionem, quam acceperat Fundamentum pro depoſito ejus.

Malchuth Perſona integra in Mundo Tikkun.

CAP. XXVI.

§. 1. Nunc ſcias, quòd Influentia hæc quæ deſcendit in 10. Numerationes Mundi Inanitatis ſit myſterium multiplicationis literarum, quæ prodierunt deſuper de Mundo Veſtimenti: Et quia Lux Infiniti eisdem adhærebat, quæ fine caret, hinc & literæ quæ veniunt de luce veſtis ejus, infinitæ ſunt: Et literæ radicales multiplicabantur, & plenè exarabantur à plenitudinibus ſuis primis usque in infinitum.

Influentia omnis profecta ex multiplicatione literarum in Mundo Veſtimenti.

§. 2. Et illæ literæ dilatabantur intra ſpatium Sphæricum vaſis Numerationum, ubi includitur Lux interna, donec cogerentur redire in ſeipſas atque comprimi, usque dum multiplicatio Lucis & Influentiæ literarum diſpergeretur, & ſingulæ à ſe invicem ſepararentur, & fragmenta eorum deorſum laberentur.

Dilatatio literarum in Sphæra vaſis Numerationum.

§. 3. Et ex illis facta ſunt judicia & ſcoriæ, quæ non poterant mundari & mitigari per imprægnationē in Matre: Et factæ ſunt aquæ turbidæ, ſi ita dicere licet, & projectæ ſunt deorſum, & invenerunt corpus Serpentis idoneum, quod acciperet ea. Et ex iis facta ſunt nomina impuritatis & præſtigiarum Adami Belial.

Ex fragmentis vaſorum orta ſunt omnia mala.

§. 4.

§. 4. Sed Lux interna ſurſum abiit in viſcera Intelligentiæ, quæ cùm illam non poſſet retinere, tradidit illam Sapientiæ, quæ nec ipſa illas luces ſuſtinere poterat, adeoque findebatur ad analogiam tritici easque deorſum mittebat, ut iterum redirent ad Intelligentiam: Quæ etiam diffindebatur ad analogiam hordei. Ergo ſecunda vice delabebantur ut facerent veſtigium 7. Numerationum in Mundis, ſicut ipſa quoque fragmenta: Sed non deſcendebant intra Aſiam, ne fortè adhærerent, quod abſit! fragmentis Vaſorum ſuorum.

Myſterium diffiſionis hordei & tritici.

Luces internæ prohibitæ ſunt deſcendere in Mundum Aſiah.

§. 5. Innuebat ergo Æn Soph τῷ Arich, qui pedibus ſuis pertingebat uſque ad finem Tchiru ſplendoris, qui erat locus, ubi fragmenta vaſorum; ut conduplicaret pedes ſuos & elevaret luces internas de Jezirah ſurſum in Aziluth poſt ſtructuram Patris & Matris, ſicut infrà dicam.

Luces internæ elevatæ de Mundo Jezirah in Mundum Aziluth.

§. 6. Et quamvis nullam adhuc fecerimus mentionem de Arich vel Patre & Matre, ita ut hæc nondum videantur fuiſſe conſtructa: nihilominus ſcribendum mihi eſt, ſicut res eſt, ne aberret Contemplator &c.

CAP. XXVII.

§. 1. Suprà jam diximus de literis, quas accepit aër primus & Adam Kadmon, & Tchiru ſive Splendor. Relictæ ergò ſunt de illa influentia in Tchiru $\frac{m}{43}$ myriades literarum, juxta myſterium Nominis מה in Mundo Veſtimenti, quod demiſit influentiam hanc.

In Tchiru 45. m. myriades literarum relictæ.

§. 2. Et ex iſtis $\frac{m}{43}$ myriadibus literarum intrabant intra Coronam $\frac{m}{18}$ myriades literarum, & $\frac{m}{17}$ myriades, quæ ſuperant de illis $\frac{m}{43}$ myriadibus ſuprà dictis, contegebant Coronam ſub myſterio Lucis ambientis.

18. m. myriades literarum conſtituunt lucem internam Vaſorum: & 27. m. ambientem.

§. 3. De $\frac{m}{18}$ myriadibus autem, quæ ſubintrarant intra Coronam, Corona Sapientiæ dabat $\frac{m}{12}$ myriades literarum; quæ ita dividebantur, ut $\frac{m}{4}$ myriades intrarent in Sapientiam ipſam, & $\frac{m}{8}$ reliquæ ſuperintegerent ipſam tanquam Lux ambiens.

§. 4. De illis $\frac{m}{4}$ myriadibus, quæ in ipſam ingreſſæ erant, illa retinebat mille myriades pro ſe ipſa & $\frac{m}{3}$ myriades dabat Intelligentiæ.

Partitio ulterior myriadum in Chochmam & Binam.

§. 5. Quæ & ipſa unum de his, nempe mille myriades retinebat pro ſe ipſa & cæteræ $\frac{m}{2}$ myriades fiebant ipſi Lux ambiens, ita ut intra Intelligentiam eſſent mille myriades literarum de Influentia, quæ deſcenderat poſt confectionem vaſorum è medietate literarum Nominis Tetragrammati סג quæ ſunt literæ יה denotantes anterioritatem, & de Nomine בן quod denotat poſterioritatem.

§. 6. Et ex illis mille myriadibus literarum Intelligentia dabat τῷ Seir 140. myriades literarum; quarum 60. debebant eſſe Lux interna in omnibus 7. Numerationibus; & 80. de illis debebant eſſe Lux ambiens. Omnes autem reliquas de mille illis myriadibus Intelligentia ſecum retinebat, quæ ſunt 860. myriades reliquæ, juxta numerum אלהים decies ſumtum, qui per Gematriam eſt תלתל cincinni, juxta illud Cant. 5, 11. *Capilli ejus triſtes ſunt* תלתלים.

Intelligentia concedit τῷ Seir 140 myriades literarum.

Gem. in אלהים decies ſumtis & in תלתל

Binah concedit ת Chesed 140 myriades literarum.

§.7. Illæ 140. autem, quas Intelligentia dabat Benignitati, omnes simul adveniebant, quoniam Benignitas omnes volebat accipere intra se ceu Lucem internam; non enim erat locus pro ambientibus, sicut explicuimus suprà: Et propterea illas non poterat supportare, unde frangebatur.

60. myriades literarum distributæ ab Intelligentia in 7. reliquas.

§.8. Illæ porrò 60. quæ debebant esse Lux interna, sic erant distribuendæ inter 7. Numerationes reliquas ultimas, ut quælibet accepisset novem, excepto Regno, cui post restitutionem non competiissent nisi sex, ut infrà dicam. Sexies autem novem sunt 54. quæ est portio sex Numerationum, quibus si accedunt 6. quæ sunt portio Regni sub mysterio 6. graduum throni, tum oritur numerus pro omnibus 60. myriades

Sex Numerationum inferiorum potentia assumendi adhuc unam myriadem.

§.9. Porrò sciendum est, quodvis è vasis suprà dictis capax fuisse adhuc alius myriadis ultra portionem suam, si habuisset ambientem: Quælibet enim constabat è decade; unde patet, quòd myrias una cum illis novem myriadibus suprà dictis, quæ deputatæ erant pro portione sex Numerationum suprà dictarum, efficiant 10. myriades pro qualibet illarum sex Numerationum.

§.10. Et proinde Benignitas respectu 10. myriadum, quæ ipsi debebantur, cùm frangeretur, vocabatur Vas integrum, quæ est Lux interna aliquando restituenda per Patrem & Matrem: & vocatur integrum pro usu Lucis suæ internæ, quæ debebat esse 10. myriades, cùm tamen primùm ipsi non essent nisi novem: Et cum myriade decima perficiebatur, ut postmodum restitueretur. Et hæc est ratio, quare istæ 10. Myriades relinquerentur in aëre in loco, ubi primùm erat Benignitas, & non descenderent, sed relinquerentur pendentes in aëre: ita ut cùm intrarent in Severitatem, essent 130. myriades. Unde Severitas ipsas suscipiebat, putans se illas posse sustinere, quoniam 10. myriades relictæ erant in loco Benignitatis extra sese.

10. myriades relictæ pendentes in aere, & cur.

§.11. Sic quoque in loco Severitatis 10. Myriades aliæ relinquebantur pendentes in aëre, & cæteras proinde suscipiebat Pulchritudo: & sic porrò usque ad Fundamentum. Fundamentum autem putabat: Jam deficiunt 50. ita ut de 140. tantum supersint 90. de quibus 10. ad Regnum veniunt; Ergo 80. myriades reliquas ego mecum retinere potero. Sed nihilominùs frangebatur cum reliquis. Et propterea in litera ש quæ assignata est Fundamento, plenitudo constat literis צד ad denotandum 90. myriades literarum, quæ intrarunt in Fundamentum, denotante hæc litera fundamentali, & 4. myriades, quas Regno dabat ultra portionem ipsi debitam post restitutionem, quoniam minuebatur & decrescebat punctum ejus, & Sanctus ille Benedictus dicebat ad ipsam: Abi & diminuete: & tunc facta est mysteriũ Leah & Rachel. Porrò ibi denotantur 10. myriades, quas Regno dabat: Hæc sunt יה plenitudo literæ Zade. Et propterea Fundamentum vocatur יה quæ sunt 9. myriades debitæ ipsi, & 9. myriades debitæ Regno, quas dedit illi. Unde numerus יה vivus in secula.

Mysterium literæ Zade.

Mysterium Leah & Rahel.

יה Mysterium Fundamenti.

CAP.

CAP. XXIIX.

Ascensus Influentiæ internæ cum literis fundamentalibus post factam confractionem.

§. 1. Nunc sciendum quoque est, quòd Influentia interna, nempe 10. illæ myriades pro qualibet Numeratione, quæ in aëre relinquebantur, statim post factam confractionem sursum ascenderit cum literis fundamentalibus ipsius Vasis omniq; luce, quæ debebat ambire, sed non ambiebat propter defectum spatii inter Numerationes istas, ut dictum suprà. Ista lux quæ debebat fieri ambiens, descenderat deorsum, donec per illam peracta esset compressio Regni, ut fieret sicut mola. Tunc exibant ex illo omnes literæ Influentiæ internæ, sursumq; ascendentes in viscera Matris intrabant cum literis fundamentalibus Vasis suprà dictis. Ita ut cùm ascenderent literę Lucis ambientis, & ingrederentur in viscera Matris, ipsa Mater jam esset diffissa à Luce interna, quæ in illam intraverat.

Compressio Regni unde. Binah diffissa & unde.

Destructio Regni unde, & unde literarum ipsius Fundamentalium ascensus.

§. 2. Et scito, quòd dispersio Regni non totalis dispersio fuerit: Nam adauctum est iterum pedetentim propter 4. myriades, quæ illuc intraverant ultra portionem ipsi debitam, quasque Fundamentum ipsi dederat. Et propterea ipsum non erat idoneum, ut acciperet intra se influentiam reliquam; quæ ab extrà ipsi adveniebat, unde destruebatur, ut amitteret formam Vasis. Et quoniam destruebatur, & ex ipso prodibant 10. myriades Influentiæ, hinc & literæ fundamentales Vasis ejus cum iis ascendebant intra viscera Matris.

Decidua Matris unde.

§. 3. Et mox cùm finderetur Mater, ex illa delabebantur decidua, quæ sunt literæ Lucis influentiæ internæ. Et deinde in viscera Matris etiam ascendebat Lux ambiens, sicut diximus.

Causa regressus Lucis ambientis in Viscera Matris.

§. 4. Et si dicis: Quomodo intravit in viscera Matris Lux ambiens, cùm esset Lux interna nona? Nempe quoniam priùs fuerat ipsius Lux interna, hinc iterum intrabat in locum originis suæ.

Mysterium tritici & hordei, usurpatú pro enodatione causæ, cur Lux ambiens recipi potuerit à diffissa Matre.

§. 5. Sed objicies: Si Mater erat diffissa & ex illa delapsa erant decidua, quomodo potuit recipere istam Lucem ambientem? Respondetur per simile mundanum de tritico & hordeo, quorum spicę diffissę sunt secundùm longitudinem. Triticum ergo correspondeat Patri & hordeum Matri. Hinc scies, quòd fissuræ Patris nunquam iterum coalucrint, sicut apparet in tritico, ubi fissuræ introrsum penetrant intra triticum; Ratio est, quòd fissura hæc fuerit quasi Fenestra, ex qua prodit Lux pro omnibus Mundis, & omnes mundi opus habẽt Luce ista. Et propterea in templo Fenestræ prospectus erant angustæ, sicut fissura tritici ab intra, & latę ad extrà. Sed Mater etiam quidem findebatur, & ex illa prodibant decidua; sed iterum coalucrat, & tantum vestigium fissuræ in illa relictum erat, sicut in hordeo est vestigium fissuræ, sed non penetrat ad interiora. Idcircò poterat recipere intra se lucem hanc ambientẽ.

70. myriades literarum

§. 6. Et scito, quòd Lux interna omniũ 7. Numerationum posteriorũ, quę trãi 70. myriades literarũ, fractis vasis suis sursum ascẽderit cò usq; donec intraret

ascensus in viscera Matris post confractionem Vasorum, abhinc in Coronam, & dehinc in Patrem

intraret in viscera Matris: Et Mater cùm illas videret ascendere, dilatabat ipsis locum intra se, ut possent ascendere usque ad Coronam. Corona autem illas nolebat recipere, eò quòd jam compactæ essent: descendentes ergò iterum intrabant in Patrem, & ille eas retenturus erat intra se; sed non poterat, & findebatur. Et 70. illæ myriades literarum, quæ erant Influentia interna, exibant ex eo. Et è fenestra hujus fissuræ, Luces quotidiè prodeunt, & jugiter illuminant omnes mundos. Omnes enim Mundi illis opus habent. Et luces istæ vocantur decidua, quoniam similes sunt deciduis illis, quæ quotidie sensim de arbore decidunt.

Decidua Lucis.

Fissio Matris.

§. 7. Cùm autem exirent è Patre, intrabant in Matrem, quæ cùm videret ipsas descendere, eas intra se retinere volebat; sed non poterat, & pariter ipsa quoque findebatur, & prodibant ab ipsa 49. myriades literarum de illis, quæ sunt de septem Numerationibus fractis, & sunt septies septem, id est, 49. In Intelligentia autem remanebant ter septem, quæ sunt 21. myriades literarum, quæ missæ erant sursum ad restitutionem Coronæ Sapientiæ, Intelligentiæ, quod est mysterium constitutionis trium Capitum: Et est numerus אחיה. Arich autem, qui continet 3. capita, vocatur אחיה quoniam Ipse est Intelligentia Coronæ. Et decies אחיה erant, quibus fiebat restitutio per exilium Ægyptiacum: Quæ per Gemetriam sunt רלו 210: Et hæc sunt etiam ter 70. Nam quilibet septenarius constabat è decade, unde 70: Sub mysterio trium Capitum autem sunt ter 70. nempe 210 anni exilii Ægyptiaci, quod in Capite erat, ut notum.

70. myriades literarum, distributæ in 49. & 21.

210 anni exilii Ægyptiaci.

CAP. XXIX.

De 21. myriadibus literarum tres Personæ factæ.

§. 1. 21. Myriadibus literarum relictarum innuebatur, ut abirent in Coronam, quò efficerent personas trium Capitum, quæ sunt Corona Coronæ, Sapientia Coronæ & Intelligentia Coronæ. Et illæ literæ ascendebant in Coronam per Sapientiam: Unde patet, tres Personas Coronæ factas esse de illis 21. myriadibus suprà dictis.

Mysterium trium Capitum.

§. 2. In Corona autem priùs erant ceu Lux ejus interna $\frac{m}{18}$ myriades; cùm autem confierent tria Capita supra dicta, illæ 21. myriades jungebantur cum $\frac{m}{18}$ myriadibus, ita ut cùm 21. myriades usque ad summitatem Coronæ, quæ Sphæræ habebat formam, 21. cum 18. jungerentur & cum literis Vasis Coronæ ipsius: Et literæ illæ de forma sphærica immutabantur in formam personæ, cujus symbolum est bilanx, quæ erat Mas & Fœmina, sicut dicitur in Libro Mysterii. Sapientia hinc, Intelligentia illinc, & Corona supra eas: Sic Benignitas hinc, Severitas illinc, Pulchritudo infra eas, & sic רוזי; Atque sic constituebatur Bilanx, in illa enim una Lanx hinc, altera illinc, & lingula in medio, unde demonstratur, quòd 21. myriades cum $\frac{m}{18}$ myriadibus junctæ fuerint,

Bilanx.

Ros intra cranium תו Arich.

fuerint, quorum numerus efficit טל 39. hic eſt טל ros trium Capitum: Ros nempe cryſtallinus reconditus intra cranium תו Arich continentis tria Capita.

§. 3. Scito etiam, quòd in $\frac{m}{10}$ myriadibus ſint literæ Alephin ſicut in Seir, in quo Nomen יהוה eſt cum plenitudine Alephin hoc modo: יוד הא ואו quæ efficiunt טל 39. Et propter hanc ſimilitudinẽ Corona vocatur Seir reſpectu Tehiru: Et Tehiru vocatur Intelligentia; Adam Kadmon vocatur Sapientia, & Avir Kadmon Corona: ita ut Corona ſit loco Seir. Corona eſt Seir.

§. 4. Quamvis iſtis & alia ſit analogia multò elevatior, ſicut invenitur in Soar Sect. Trumah, unde colligitur, quòd Avir Kadmon cum omnibus, quæ in eo ſunt, habeat notionem Regni reſpectu Gliphu ſive ſculptionis, quod eſt myſterium Æn Soph circumdati, & vocatur Gliphu & veſtimentum ceu Seir. Nec licentia nobis eſt ſupra hæc loqui. Avir Kadmon ſub notione Regni. Gliphu תו Seir.

§. 5. Et in Seir Coronæ exaratum eſt nomen כחו quæ efficiunt טל 39. Gem. כחו & טל

§. 6. Imò hoc & in mundo Reſtitutionis ſculptum eſt in tribus capitibus; Sed Fundamentum ejus eſt in Tiphereth capitis ejus, quod ignoratur; hæc enim eſt diſpoſitio tertia de 7. diſpoſitionibus cranii Capitis תו Æn, quę ſunt גמקרעפח, Cranium, Ros, Membrana, Frons, Capillus, Oculus, Naſus. Et טל Ros iſte, de quo diximus, deſcendit ſuper caput Patris, & ſuper Caput Seir, ſicut ſcriptum eſt Cant. 5, 2. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum plenum eſt* טל *rore.* Et iſte eſt ros, quo Sanctus ille Benedictus reſuſcitaturus eſt mortuos, ſicut ſcriptum eſt Jeſ. 26, 19. *Quia ros luminum ros tuus.* locum etiam habet in Mundo Tikkun; & fundamentum ejus.

§. 7. Duo autem rores ſunt, Ros Macroproſopi, & Ros תו Seir, de quibus alibi. Ros duplex.

Cap. XXX.

In quo exponitur Myſterium 974. Generationum.

§. 1. Jamque magnum tibi revelabo Secretum de myſteriis ſummis, quæ in Lege. Quoties in Idra ſancta magna atque parva mentio fit mille Mundorum, & ſimilium numerorum, tum notandum, quod in quolibet Mundo tali per ſe radicatæ ſint 60. myriades animarum, quibus deſcendendum eſt in Mundum Briah, in quo locus eſt animarum, ex quo Adam primus peccavit. Mille mundi, quorũ quisque comprehendit 60. myriades animarum.

§. 2. Quodlibet autem nomen diſtribuitur in numerum 1000. mundorum; Quicquid enim deorſum vergit, in partes dividitur juxta myſterium numeri ſui: Et ex illo prodeunt mille generationes. Et in qualibet generatione ſunt 60. myriades animarum: Et quoniam prodeunt de unitate nominis unius, ideò ſociatæ ſunt in numero millenario. Deſcenſus animarum in Mundum Briah.

§. 3. Omnes autem prodeunt ex Arich Mundisque ipſo ſuperioribus. Et Mille mundorum origo

Generationes juſtorum & impiorum.

hoc ipſum eſt quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memorię, Sanctus qui benedictus ſit! conſtruxit mundos & deſtruxit eos. Hoc eſt myſterium generationum juſtorum, quæ reconditæ ſunt in viſceribus Matris; & impiorum, qui deſtructi ſunt, & delapſi in profunda devaſtationis & corticum.

Mundus animarum de parte Chaſadim, & de parte Geburoth.

§. 4. Et ſciendum, quòd Mundi illi, qui deſtructi ſunt, ſunt vaſa, quæ ſunt confracta. Quàm primùm enim regnaret Benignitas, ſtatim in ea creabatur Mundus quidam conſiſtens è bis ſexaginta myriadibus animarum; nempe ut 60. myriades animarum eſſent de parte Benignitatum, quæ in illa; & 60. myriades aliæ ex parte Severitatum, quæ in illa.

Numerationum Generationes.

§. 5. Revera autem quælibet Numeratio 150. generationes habebat, excepto Regno, quod non conſtituebat tot generationes, ſicut dicam. Quælibet autem Generatio conſtat 60. myriadibus animarum. Unde patet, quod ex parte Benignitatum fuerint mille generationes, ſicut dicam: Et ex parte Severitatum tantum 974. generationes. Quæ omnia perſpicuè explicabo.

Animarum Jezirathicarum conditio.

§. 6. Sed animæ illæ non erant tam craſſæ ſicut noſtræ, ipſiſque creata erant corpora pellucida, quæ non tam materialia erant, ut noſtra.

Impiorum generationes.

§. 7. Et de illis, qui erant ex parte Severitatum, prævidebat Sanctus ille qui benedictus ſit! quod futuri eſſent perfectè impii, ſuperantes generationem diluvii, & generationem diviſionis, & Sodomæ. Quòd ſi addantur 26. illæ generationes à creatione Mundi uſque ad promulgationem Legis, tunc cum illis 974. completur millenarius generationum, ſicut alibi dicam. Hæ ſunt 974. generationes, de quibus Scriptura Job. 22, 16. *Quæ ſucciſæ ſunt, & non erat tempus. Fluvius diffuſus eſt in fundamento eorum.* Nam ex igne, qui eſt grave Judicium, prodierunt; & ignis gravis devorabit eos. Et plantavit eos Sanctus ille, qui benedictus ſit! per omnes generationes; nempe mittit illos in Mundum hunc per omnes generationes, ut reſtituantur. Et hi ſunt illi, qui obfirmata facie ſunt in generationibus. Et iſti abeunt in revolutionem brutorum, & pudore carent, juxta myſterium inanimatorum; vegetabilium, viventium & loquentium, de quibus alibi.

Mundi Severitatum omnes impii.

§. 8. Et iſti Mundi Severitatum tantum 974. generationes erant, quas cõdere animo volvebat; ſed non creabantur ſimul, quoniam omnes erant mali admodùm. Sed mitigatiores & meliores inter eos erant 26. generationes intercedentes inter Adamum & Moſen Magiſtrum noſtrum bonæ memorię, omnes autem mali erant coram DEO admodum ſupra generationem diluvii, & diſperſionis & Sodomæ.

§. 9. Et illi ſunt Myſticũ illud Gen. 36, 31. *Et iſti ſunt Reges, qui regnarunt.*

Origo 974. generationum.

§. 10. Et jam monſtrabo tibi, quomodo fuerint 974. generationes & non plures. Scito ergo quòd in mundum Inanitatis, qui eſt Mundus Punctorũ, intravit Lux ex יה Nominis יהוה, ſicut dictum eſt: Hæc enim eſt Influentia illa, quæ impellebat Vaſa confracta. Nam literæ reliquæ jam miniſtrabant &

perage-

peragebant miniſterium ſuum. Et quoniam literæ iſtę erant Benignitates magnæ reſpectu Benignitatum illarũ, hinc Severitates admodùm duræ apparebant ob obſignem gradum Benignitatum. Et quamvis hoc in loco, nempe in Mundo Veſtimenti, Severitates planè non appareant; nihilominus cùm deſcenderunt, Severitatum nomen habent, & reſpectu Benignitatum Severitates apparent duræ admodum. Et hęc omnia dicuntur de luce interna & ambiente; multò magis Vas ipſum, quod factum eſt ſub myſterio Lucis redeuntis, ſicut ſuprà diximus, Severitas Severitatum erit. Et propter multitudinem Influentiæ Benignitatum & Severitatum Mundi ſuprà dicti non poterant permanere & ſubſiſtere; Nimirum 7. Numerationes, quæ frangebantur.

§. 11. Et quoniam omnes Mundi de 10. Numerationibus ſuprà dictis conſtabant è decade, & quælibet portio è 10. illis coaluerat cum ה 15. quippe è quibus illis adveniebat Lux vel vita, & emolumentum; hinc ſi ſingulas portiones decadis per 15. multiplicas habes 150. Hinc proveniunt 150. Numerationes; & quælibet Numeratio conſtat è 60. myriadibus animarum de parte Severitatum. Et quoniam ſicut tibi jam dixi, omnis Numeratio quadrata eſt, quoniam ſunt è virtute Nominis Tetragrammati; & virtus Nominis Tetragrammati ſunt ה ſuprà dicta; hinc ſi 15. multiplicas pro 4. prodeunt 60. quæ ſunt 60. myriades animarum, quæ vocantur דור Generatio una. Unde patet, quòd in unaquavis de Numerationibus fractis ſint 150. generationes ex parte Severitatum. Unde in omnibus 7. Numerationibus ſuprà dictis meritò debebant eſſe 150. generationes: Sed quoniam Fundamentum eſſentiæ Regni tantùm provenit de litera Jod, quæ eſt Sapientia (ſicut dicit Scriptura Proverb. 3, 19. *Dominus per Sapientiam fundavit terram:* Nam Sapientia eſt Jod, & Terra eſt Regnum) hinc in illo deficit He de literis ה conſtans è decade, quæ ſunt 50.; unde ipſi non remanebant niſi centum generationes: Et juxta hunc numerum debebant eſſe 1000. generationes impiorum ex parte Severitatum: Sed quoniam Regnum, poſtquam fundamentũ ipſi dederat portionem debitam de Influentia, ſubſiſtere poterat & permanere juxta numerum 26. generationum, quem refert numerus Nominis Tetragrammati (& revera illa portio, quam Fundamẽtum ei dedit, omnis eſt hoc ipſum Tetragrammaton) hinc illę 26. generationes nõ cõputabantur cum numero reliquarũ 974. generationũ impiorum; iſtę enim mitigatiores erant, & optimę ex illis de parte Benignitatum in Severitatibus; & Nomen Tetragrammaton mitigaverat eas in numerum 26. generationum tantùm juxta numerum ſuum, & procreabantur in Mundo Reſtitutionis ab Adamo primo uſque ad Moſen Magiſtrum noſtrum, ſuper quo pax! generatione generationem ſubſequente, ita ut ne una quidem deficeret: id quod in 974. generationibus non contingebat, quippe qui erant perfectè impii: Quòd ſi enim Sanctus ille qui benedictus ſit! in Mundo Reſtitutionis procreaſſet generationẽ integram,

Origo 150. generationum.

Origo 60. myriadum animarum.

60. myriades iſtæ ſunt generatio una.

Cur 150. generationes non ſint in omnibus Numerationibus fractis,

Cur 26. generationes deſint de complendo millenario.

Mille mundorum procreatio cur fuerit succeſſiva.

grum, ſubſequentibus ſeſe ita invicem generationibus, tum ſanè Mundi deſtructi fuiſſent, quod abſit! ideoque procreati ſunt ſeorſim ſinguli in qualibet generatione unus, & iterum unus tantum. Et hi ſunt illi, qui obfirmata facie ſunt in generatione hac vel illa. Et ſi mitigatiores inter illas, quales fuerunt generatio diluvii & diſperſionis, & Sodomæ uſque adeò fuêre impiæ, quantò magis de 974. illis generationibus dicendum erit.

Cur deſtructæ fuerint 974. generationes, ſalvis manentibus illis 26.

§. 12. Et propterea in viſceribus Matris reconditæ ſunt 26. generationes cum mille generationibus purorum, è quibus facti ſunt Angeli Reſtitutionis, ſicut alibi dicam: Unde non deſtructæ ſunt de generationibus dictis, niſi 974. tantum; quoniam 26. generationes puræ erant, eò quòd eſſent de ſubſiſtentia & permanentia Regni de portione illa influentiæ, quæ ipſi data erat à Fundamento.

Locus 974. generationum.

§. 13. Illæ verò 974. generationes ſuprà dictæ tales erant, quæ ipſi non proderant. Unde patet, quòd è Regno exierint generationes vaſtationis, quæ delapſæ ſunt in profunda corticum, è quibus Sanctus ille, qui benedictus ſit, quotidie elevat, de inanimatis, vegetabilibus, animantibus & loquentibus, ſicut alibi dicam.

Locus diverſus 26. generationum, ut & 1000. purorum.

§. 14. Sed generationes ſtabilitatis & permanentiæ reconditæ ſunt cum illis mille generationibus purorum, & non delapſæ ſunt deorſum, cum cæteris, quoniam mitigatæ erant à Nomine Tetragrammato ſuprà dicto, erantq; Benignitates Severitatum ſuprà dictarum, propterea non ingrediebantur ſocietatem illarum, quamvis creatæ erant ſimul.

Cur 26. generationes ſint, nec plures nec pauciores.

§. 15. Sed & alia datur ratio, quare ſint 26. generationes, nec plures, vel pauciores: Scito enim, quòd Fundamentum ſit Joſeph, de quo dicitur Gen. 41, 36. *Et cibus erat in depoſitum pro terra*, quæ eſt Regnũ: Et hæc eſt portio illa, quam ipſi dabat ceu depoſitum: Et portio illa erat ſub myſterio He ſuperni in Tetragrammato, quam acceperat ab ipſa Intelligentia per proſpectum de Feneſtra, ne Regnum frangeretur: Hinc Influentia illa erat ſub myſterio Quinarii, unde Fundamentum ipſi dabat quintam de centenario, quæ ſunt 20. Et quoniam, cùm Fundamentum Regno hanc daret portionem, hoc perfectum erat, ut non frangeretur amplius, hinc Vav parvum (quod eſt Fundamentum, ſicut in Sohar multis in locis dicitur) deſignabatur in Regno: hinc hoc veſtigium literæ Vav ſtabiliebat 6. generationes, unde portio illa de ſtabilitate ipſa erat 26. generationes: Quoniam nondum fracta erant Fundamentum & Regnum, unde vocantur generationes ſtabilitatis & permanentiæ. Poſtquam autem deſtructa eſſent, etiam generationes vaſtationis habebant. Sed ſic 6. tantum generationes competunt Fundamento, eò quòd illud eſt ſexta inter Numerationes fractas.

Quare 974. generationes

§. 16. Hic a. nõ eſt locus quærendi; Quare nõ etiã generationes ſtabiles reliquas conſtituerit? Quoniã has 6. generationes cõſtituit illo momento, cùm

plus

plus haberet vitæ quam priores, pro neceſſitate vitæ Regni, cui plus erat vitæ quam Fundamento: Stabilitas autem 20. generationum hinc erat, quòd ipſum planè non frangebatur. Tota enim ſubſtantia Fundamenti vitam non habebat niſi propter Regnum, ne ſcil. corpora eſſent dæmonibus, & quæ iis ſunt ſimiles, animabus impiorum niſi per converſionem: Ideoque Sohar illas vocat animas nudas, quoniam corpora non habent de conclavi ſancto. Guph, quòd eſt è myſterio Regni: Et quoniam Adam primus ſuper quo pax, per peccatum ſuum perdidit veſtimenta Horti Eden ſuperni, hinc dicitur Gen. 3, 7. *Et cognoſcebant, quòd nudi eſſent.* Sed redeamus ad rem præſentem.

non fuerunt ſtabiles conſtitutæ.

§. 17. Et typus illius, quòd diximus Fundamentum Regno dediſſe quintam de centum, ibi latet, cùm Scriptura dicit Gen. 47, 24. *Et dabitis quintam Parrhoni.* Nam Parho eſt Regnum, quod vocatur פַּרְעֹה disruptio, detectio Coronæ. Et quod dedit ipſi quintam de centum, digitum intendit ad He Fundamenti, quod accepit influentiam ab He ſuperno: Intelligentia enim dederat quintam pro Regno, ſicut dictum. Hinc generationes ſtabiles erant 26. & non plures.

Explicatio loci de portione quinta Regno data.

§. 18. Et ſicut ſunt mille generationes ex parte Severitatum, ita produxit Sanctus ille qui benedictus ſit è regione illarum 1000. generationes purorum, de quibus factæ ſunt 10. turmæ Angelorum in Mundo Reſtitutionis, quæ ſunt ex parte Benignitatum in illis Numerationibus contentarum. Et in Capita eorum ſunt videntes faciem Regis, quorum ſignum eſt אַרְגָּמָן.

1000. generationes ex parte Severitatum oppoſitæ aliis 1000. purorum.

CAP. XXXI.

§. 1. Omnes illæ 974. generationes, quas in Mundo Reſtitutionis mente conceperat procreare, non condebantur per modum generationis integræ una vice, ſed ſeorſim & pauci per ſingulas generationes, ne prævaleret malitia, eò quòd omnes eſſent mali & peccantes admodùm contra Dominum plusquam generatio diluvii & generatio diſperſionis: *Et omnes ſucciſi ſunt ſine tempore: Fluvius diffuſus eſt in fundamento eorum* Job. 22, 16. Nam de igne judiciorum prodierunt, & ignis fluminis ignei devorabit eos: Ita ergo omnes iſtæ generationes, quæ ſucciſæ ſunt ſine tempore, deciderunt in profunda corticis in locum mortis, ubi vita nulla penitus. Sed Sanctus ille qui benedictus ſit, per miſerationes ſuas magnas elevat de illis quotidie occultè, & plantat eos per omnes generationes, ut reſtituantur & conſlentur atque defecentur. Quoniam ſunt animæ pretioſæ & magnæ admodùm: Sed quia malum usque adeò prævaluit ſuper ipſis, ut, quæ in illis erat Sanctitas, vires non haberet extollendi caput, hinc Sanctus ille qui benedictus ſit eos elevat de gradu in gradum. Primò revolvit ipſos per inanimata, & ex inanimatis aſcendunt in vegetabilia, & de vegetabili in vivens loquela carens, &

974. generationes animarum non una vice procreatæ.

Elevatio animarum iſtarum.

postmodum in vivens loquela præditum inter gentes vel servos, & deinceps inter Israelitas.

Saltus elevationis ex uno gradu in tertium vel quartum.

§. 2. Et interdum digna est Nephesch quædam, ut saltum faciat per duos vel tres gradus simul. Et R. Jizchak Germanus bonæ memoriæ lumen illud sanctum signum tradidit discipulis suis, ut cognoscere possint animas istas, dixitque, quòd si viderent homines obfirmata facie & quibus non sit pudor, certò scire possent atque perspicuè, tales priore vice fuisse in Revolutione jumenti aut bestiæ aut avis immundæ; sicut enim talibus nulla est reverentia, ita & isti ea carent, & ambulant juxta primam suam consuetudinem.

Signa animarum istarum.

Pœnæ ejusmodi animarum.

§. 3. Aliquando etiam accidit, ut retrovolvantur Nephaschoth talium hominum, qui jam digni facti sunt, ut Nephesch, Ruach & Neschamam habeant, sed iterum violarunt Nephesch suam per peccata sua multa & maligna, rebellantes contra Patrem suum cœlestem, quod DEUS à nobis avertat; donec Nephaschoth eorum ita perdantur, & exscindantur de fasciculo viventium, ut jam non ampliùs digni sint numerari ne quidem cum caterva improborũ, qui puniuntur in Gehenna, & pipiunt in pœnitentia, & elevantur per justos Israëlitas: Sed illi perfectè extruduntur & mittuntur in accidentia pessima, duriora pœnis Gehennalibus: donec veniat tempus visitationis illius, cujus Nomen benedictum sit, qui eos paulatim extollit, ut restituantur & conflentur. Primùm ergo revolvit eos per inanimatum, deinde per vegetabile, postea in vivum loquela carens, & deinceps per vivum loquela præditum, omnia cum justitia & rectitudine, juxta sententiam domus Judicii magnæ supernæ; Quemlibet juxta judicium suum suamque pœnam.

Revolutio earum per justitiam distributivam.

Delapsæ scintillæ sunt animæ.

§. 4. Et nunc magnam tibi trado regulam de hoc mysterio, quòd scintillæ Influentiæ magnæ Vasorum fractorum delapsæ in 4. elementa, ignem, aërem, aquam, terram spiritualia, & exinde in inanimatum, vegetabile, vivum, loquens, omnino sint animæ istæ. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Non datur herbula deorsum, cui non sit influentia in cœlo, qui irradiet ipsam, dicatque ei: Cresce. Et hæ sunt scintillæ istæ. Et propterea ne conseras agrum tuum heterogeneis, ne misceas scintillas cum talibus quæ non sunt de specie earum, unde non acciperent restitutionem: Et in specie si sibi occurrerent scintillæ, quæ non opus habent nisi pauca ampliùs mundatione cum aliis, quæ nullam adhuc acceperunt restitutionem; de his enim dicitur Psal. 119, 155. *Remota ab impiis est salus.* Et nihilominus salus est ipsis in tempus remotum: sicut dicitur Jes. 57, 19. *Longinquo & propinquo dixit Dominus, & sanavi eum, ut non expellat à se expulsum*, 2. Sam. 14, 14.

Influentia dirigitur in omnes animas.

Omnes Israelitæ restituuntur.

§. 5. Et circa hoc mysterium dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Omnibus Israelitis portio est in mundo venturo, sicut dicitur Jes. 60, 21.

60, 21. *Et populus tuus omnes ſancti ſunt:* ita ut iſte reſtituat ſe ipſum poſt multos annos, & ille poſt tempus exiguum: Sed finis eorum eſt, ut numerentur cum caterva juſtorum.

§. 6. Quare autem tanto labore opus eſt in illis, quoniam tam mali ſunt ac Sodoma. & diſperſio & generatio diluvii, qui reſtituti ſunt tempore exilii Ægyptiaci? Reſponſio petitur ex textu Jeſ. 60, 21. *In æternum* id eſt, quomodocunque res eveniat, *hereditabunt terram* Viventium poſt mundationem iniquitatum ſuarum. Quare autem ita? Quoniam ſunt *virgultum plantationum mearum*, quod eſt æternum, & ipſi ſunt veſtigium Lucis Subſtantiæ ejus: Quicunque autem ſpirat aliquid de Subſtantia ſua expirat: id quod oſtendit textus Gen. 2, 7. *Et ſufflavit in faciem ejus ſpiraculum vitæ.* Sed adhuc alia ſequitur ratio Jeſ. 60, 21. *Opus manuum mearum ad glorificandum me.* Omne opus carnis & ſanguinis vaſa ſunt, quæ deficiunt, nec ſubſiſtere poſſunt; ſed Sanctus ille qui benedictus ſit, & opus manuum ejus vitam habet & permanentiam in perpetuum & ſecula ſeculorum.

Cap. XXXII.

§. 1. Sicut hinc 1000. generationes ſunt ex parte Severitatum; ita Sanctus ille qui benedictus ſit, produxit ex adverſo 1000. generationes purorum, de quibus factæ ſunt 10. turmæ Angelorum in mundo Reſtitutionis. Et iſti ſunt de parte Benignitatum, quæ in illis Numerationibus. Et inter præcipuos eorum, ſunt 7. videntes faciem Regis, qui ſunt אדגמן & Schmuiel Metatron & Jehuel, qui primi ſedent in Regno intra velum interdiſtinguens inter Jeziram & Briam. Nam pedes Briæ ſunt Caput Mundi Jezirah. Et de illis dicitur Pſal. 104, 4. *Miniſtros ſuos ignem flammantem*, qui ſunt intra velum. Sed abhinc & deorſum ſequitur *faciens Angelos ſuos ſpiritus.*

Generationes puræ quot. Ortus duodecim ordinum Angelorum. Numerus præcipuorum.

§. 2. Et ſcito quod omnes animæ puræ, quæ ſunt de Mundo Punctorum, nempe quæ ſunt de Benignitate, comprehendantur in Michaële: Et quæ ſunt de Severitate, comprehendantur in Gabriele: Et quæ ſunt in Pulchritudine in Uriele; & de Victoria in Schmuele; & de Gloria in Jehuele; & de Fundamento in Nuriele; & de Regno in Raphaële.

Purarum generationum ſubjectum comprehenſionis.

§. 3. Porrò ſcias, quòd Scintilla Abraham Patris noſtri fuerit depromta ex Michaële, & ſcintilla Jizchak ex Gabriele, & Jacobi ex Uriele: Et hæc ſunt Capita generationis ordinata ad reſtituendum generationes impiorum illorum, ut ſint puri, & ſunt de ſubſtantia animæ Adami primi ſub myſterio Revolutionis partium ejus, nempe lateris dextri & lateris ſiniſtri, & medietatis ad diſcindendam impu-

Scintillarum Abrah. Iſaac. Jacobi ortus & effectus.

impuritatem, quam acceperat à Samaële, & ſerpente compare ejus. Et propterea Adam primus creatus eſt in coronis ad reſtituendum Davidem filium abortus, de quô ſuprà.

Urielis revolutio prima in Chanochum.

§. 4. Et ſcito, quòd Uriel iſte, antequam veniret in Jacobum, venit in Chanochum, unde Chanoch, cùm veniſſet in mundum hunc materialem, ingreſſus eſt cum corpore & anima in hortum Eden, & comedit de arbore vitæ: Et in media arbore invenit librum Raſielis eumque accepit & perluſtravit; & ex illo alium compoſuit librum, qui vocatur liber Chanochi. Et hoc ipſum eſt quod ſcribitur Gen. 5, 22. 24. *Et ambulavit Chanoch cum Deo:* ubi innuitur, quòd abierit in hortum Eden reverſusque ſit in mundum hunc. Et hæc omnia fecit ex virtute illa, quæ ipſi data erat è ſcintilla Urielis. אוריאל autem continet numerum 248. ad indicandum, quòd venerit in Chanochum in 248. membris. Et cùm ſublatus eſt Chanoch, nempe cùm rediit ad radicem ſuam, & factus eſt Angelus Metatron, qui comprehendit omnes Angelos, tunc hoc ſuperabundans ejus, quod ipſi ſuperadditum eſt invicem mercedis, quòd fuit in mundo hoc, & extitit juſtus, & præſertim ſcintilla quam accepit, eſt myſterium corporis Metatronis: Sed Nepheſch, Ruach, & Neſchamah ejus omnino reſident in Briah cum juſtis in horto Eden. Et dicit Scriptura l. c. *Et non erat; quoniam tulerat eum Deus.* Ubi innuitur, quòd materia ejus non extiterit. Et cum rediret in mundum hunc, tradebat librum ſuum filio ſuo. Et hæc ſcripta ſunt in Sohar novo in textum: *Et ambulavit Chanoch.* Et nota, quòd forma Jacobi fuerit ſicut Chanochi; & Chanochi ſicut Adami primi. Nam Chanoch accipiebat Neſchamam Adami primi, cùm avolaret ab eo Splendor ſupernus, poſtquam peccaſſet: Et Jacob accepit quod in eo reliquum fuit.

Chanochi præmium.

Forma eadem Jacobi, Chanochi & Adami primi.

Ab Adamo primo dependent omnes animæ Iſraelitarum.

§. 5. Et ſcito, quòd Seir ſit Adam primus & Chanoch eſt ab umbilico ejus & deorſum, nempe Pulchritudo quæ in Seir. Nam Adam primus continebat omnes animas Iſraelitarum, juxta id quod dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ ſuper textum Job. 38, 4. *Ubi fuiſti cùm ego fundarem terram?* Unus pependit in capillo ejus, &c. Unde ipſe eſt Lux ſpiritualis, quæ combinet omnem Lucem animarum Iſraëlis. Et ſicut Seir eſt 7. Numerationes à Benignitate & deorſum, quarum fundamentum eſt Pulchritudo; ita Adam primus eſt Seir, & Chanoch eſt Pulchritudo: Et ſicut Pulchritudo comprehendit Brachia & Pedes, ſic Chanoch qui eſt Metatron, & ipſe continet omnes 7. Et propterea vocatur Princeps faciei. Hoc tamen nomine etiam ob aliam vocatur rationẽ, nempe quia ipſe eſt Princeps comprehendens omnes 7. videntes faciem Regis. Et ipſe revera eſt forma Seir: Et ſicut Seir continet 7. numerationes, ita Matatron continet 7. videntes faciem Regis; qui ſunt intra velum, ubi facies Regis eſt ſine omni ceſſatione & velo diſtinguente; & quilibet eorum ſuæ correſpondet Numerationi. Et ſcito; quamvis

Adam primus comparatur cum Seir. Chanoch comparatur cum יהוה. item cum Seir.

Scri-

Scriptura dicat Dan. 12,1. *Michaël princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui:* quòd tamen Chanoch includat illum.

§. 6. Porrò ſcias, quòd in quolibet de 7. modis, qui conſtant è decade, ſint 10. Nomina; & Metatron comprehendit illa. Et hoc ipſum eſt quod dixerunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ, Metatronem habere 70. Nomina. Et ſcias, quòd Nomen illud, quod continet illa 70. eſt in medio illorum 70. & vocatur רוח פסקנית ſpiritus deciſorius. רוח פסקנית

§. 7. Et de ſingulis horum 70. Nominum prodit una Angelorum caterva, & multi miniſtri ſub iis in Mundo Aſiah. Quæque Angelorum caterva è decade ſeptem modorum.

§. 8. Et jam expoſui, quòd Seir ſit Adam primus. Et Hebel eſt forma דו Seir ab intra: hocque ipſum eſt myſterium illud, de quo dicitur in Sohar: Moſes ab intra &c. Et ille antea fuit Hebel: & Chanoch fuit Adam primus; & ille vocatur Spiritus deciſorius, quæ eſt illa forma ab intra; & viciſſitudo Spiritus deciſorii eſt Noach: Et Abraham, Jizchak & Jacob omnes fuerunt Adam primus, & forma ab intra eſt Iſraël: è contrario Jacob, qui eſt ab extra. Et permutatio Iſraelis eſt Moſcheh, qui tamen adhuc interior eſt. Sed redeamus ad propoſitum noſtrum. Variæ animarum viciſſitudines.

§. 9. Et quoniam Moſcheh fuit Hebel ac Seth, ideo hoc ſic indicat Nomen משה per literas ſuas. Nam דו Mem eſt Moſcheh, & דו Schin eſt Seth, & He demum eſt Hebel. Quoniam vero in Nomine משה deficit ת, litera nimirum illa de Nomine Seth, ut & ſyllaba בל Nominis Hebel, idcircò apparuit ipſi Jehova בלבת אש, *in flamma ignis*, Exod. 3, 2. quaſi ipſi dediſſet vel reddidiſſet tres illas literas, ex Seth & Hebel, quæ aliàs deficiebant Nomini ejus. Deinde ſequitur אש quæ vox indigitat Adamum primum & Sethum, qui eſt in ſimilitudine atque imagine ejus: Et hinc textus dicit בלבת אש. Hebelis ac Sethi revolutio in Moſcheh.

§. 10. Sic etiam Jacob fuit forma Chanoch; & ſi computes nomina מיטטרון מיטטרון וחנוך tunc hæc tria cum univerſitate ſua efficient numerum יעקב ישראל quæ ſunt 723. Chanochi revolutio in Jacob.

§. 11. Et ſi dicis: Annon Scriptura alia dicit Lev. 10,2. *Et prodit* אש *ignis à facie Domini?* Revera id non abs re eſt, nam & hîc אש denotat Adam & Seth. Nam Nadab & Abihu erant ſcintilla de Cain: Quod enim bonum erat in Neſchamah Caini, erat in Aharon, & reliquum erat in Jithro; ſicut phraſis Jithro denotat reſiduum, reliquum, quia quod non acceperat Aharon, ipſe accepit. Scintilla autem quæ erat in Nadab & Abihu, in duas dividebatur, & frui volebant ſplendore Schechinæ in Zelo ſuo, quoniam adhuc Caini ſcintillæ in Aharon & Jethro, item in Nadab & Abihu.

Nadab & Abihu combusti à scintillis Adami & Sethi.

huc tum in ipsis excitabatur zelus contra Hebel: Atque ideo exibat אֵשׁ ignis de mysterio Adami & Seth, qui est Seir, & comburebat animas eorum per scintillas ignis, quæ subintrabant nares eorum à duobus luminibus Adam & Seth. Postmodum autem per mysterium imprægnationis veniebant in Pinchas; sed postquam veniret negotium Jephthach, & iste nollet venire ad hunc, ut solveret votum ejus, tunc ab ipso evellebantur; quoniam non venerant cum eo ab initio creationis, cùm ipse nasceretur, hinc facilè ab ipso avolabant, sicut notum est in mysterio Ibbur sive imprægnationis, quam tibi sufficienter explicabo suo loco. Hinc dicitur 1. Paral. 9, 20. *Et Pinchas Dux erat super eos antea &c.* Ubi nota, quod antea fuerit & non tunc. Deinde veniebant in Chophni & Pinchas & occidebantur. Postmodum veniebant in duos filios Schmuel; & quoniam peccabant circa carnem, hinc veniebant in duos corvos, qui duo homines fuerant, sicut dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ; & restituebantur per carnem, quam afferebant Elijahu quotidie. Et Nadab & Abihu supra dicti sunt quoque duo cornua arietis Isaaci; nam si bis computas קֶרֶן cornu, per Gem. provenit שֵׁת qui est extremitas corporis, & אַיִל aries, id est robur Isaaci, qui est fundamentum in Seir, juxta mysterium קֵץ חַי finis Viventis, quæ sunt literæ יִצְחָק Jizchak denotantque finem Fundamenti, quod vocatur vivens mundorum. Et sunt cornua in Hod sive Gloria Matris; mysterium tabularum libertatis & jubilæi mitigans omnes Hodoth sive Glorias, atque idcò vocatur שׁוֹפָר buccina, quoniam ipse est שׁוֹפְרָא, pulchritudo corporis, & gloria atque decor Israelis, ad dominandum super gentes cornibus ferientibus cortices usque ad illorum consummationem. Simile huic exhibet textus ille 1. Reg. 22, 11. *Fecitque sibi Zidkija filius Cnaana cornua ferrea, &c. In his cornu-petes Aram usque ad consumendum eos.* Cùm enim ligaretur Jizchak, ligabantur omnes principes judicii superiùs per manus Abrahami viri Benignitatis: Benignitas ligabat terrorem, Michaël ligabat Gabrielem, quantò magis Samaëlem; imò ipse Jupiter Planeta ligabat Martem, & enervabatur vis judicii, multò magis perversitates judicii, quæ antea prævalebant per impuritatem Serpentis, qui concumbebat cum Chava & impuritatem suam in illam ejiciebat. Et talis restitutio etiam erit tempore futuro; & mysterium in hoc consistit, quòd cornua, quæ sunt judicia, omnia mitigabuntur per amotionem à Benedicto. Et ferient isti per cornua sua & cessare facient ex hoc Mundo 4. istos Autores damnorum, indigitatos per vocem שִׁבְּמָה Jes. 16, 8. qui Autores sunt שׁוֹר בּוֹר מִבְעָה הֶבְעֵר bos, puteus, depascens, incendium: & in vite hac sunt *botri amari eis, & vinum eorum venenum aspi-*

Rovolutio animarum Nadab & Abihu in Pinchas.

Harum animarum ex Pinchaso avolatio.

In Chophni & Pinchas.

Ex his in duos filios Schmuel.

Exhinc in duos corvos Elijahu.

Isaaci revolutio in Nadab & Abihu per cornua arietis.

יִצְחָק per tranpositionem literarum קֵץ חַי.

Aries quid denotet & quid cornua ejus.

Ligatum judicium in ligato Isaaco.

Judicium temporis futuri quale & super quos.

aſpidum, Deut. 32, 32. Et dixit Schimuel: Hic depaſcens eſt homo Belial. Et traditur in Barajetha: 24. eſſe Fontes damnorum; (quemadmodum dicitur: Hoc è regione iſtius fecit Deus) qui promanant verſus 24. ornamenta Sponſæ. Et hæc ſunt viginti quatuor triades Nominis עב Fundamenti Patris qui prolongatur & inferiùs tangit Matrem inferiorem: Ipſe enim longior eſt Matre, & tranſit per ipſam totam uſque ad finem Seir; Ipſa verò tantum locatur inter duo brachia. Hinc patet, quæ mitiget 24. combinationes Nominis אהיה: Et ex illis producunt 24. nomina de fine 24. librorum ſcripturæ, quæ bona ſunt pro memoria.

24. Ornamenta Sponſæ.

§. 12. Et ſcito, quòd Radix Neſchamæ Caini revoluta ſit in Jethrone, qui erat fundamentum reſtitutionis ejus, cui opus erat magna reſtitutione: E contrario portio, quæ in Aharone, avolabat ab eo, cùm haberet propoſitum peccandi; quid ergò dicendum erit de ea parte, quam tunc nondum dignus erat accipere, propter impuritatem ſerpentis; in ipſo enim erat קינא nidus impuritatis, & propterea vocatur קין. Hinc fundamentum reſtitutionis ejus erat in Jithrone, & ſpiritus ejus in Korach & Nepheſch ejus in Mizri Ægyptio; id quod Scriptura his verbis indigitat: Gen. 4. v. 15. *Quoniam ſeptuageſies* יקם *vindicabitur Cain*; ubi vox יקם per Notariacon literis ſuis denotat Jithro, Korach, & Mizri, qui erat Ægyptius ille, quem ipſe Moſes occidebat; Korach autem ſemper agebatur zelo, donec abſorberetur: Jithro autem reſtituebat ſeipſum, & dabat Moſi filiam ſuam, quæ erat Zipora, quæ erat illa gemina, propter quam Cain occidebat Hebelem: Poſterior natura Zporæ autem erat Æthiopiſſa, quam Moſes nolebat accipere per divortium ab ipſa ſeparatus. Et hæc Æthiopiſſa erat Regina, eratque de parte judiciorum gravium (325. judicia ſunt judicia ſex Numerationum, quarum fracta ſunt vaſa; & addita generalitate fiunt 326. juxta numerum כוש; & ſunt judicia de fœmina, cum generalitate ſua, juxta numerum נערה Puella, & quinquies דינא 65. quod efficit 325.) Regnum autem judicium eſt, & quia radix eorum ſunt quinque literæ finales מנצפך; hinc veniunt numerô quinquies ſumtô. Atque ideò ipſam nolebat, quoniam omnes cortices ipſi adhærebant, eò quod in ipſa eſſent judicia usque adeò gravia. Indicium autem horum, quod Jethro eſſet fundamentum Neſchamæ Caini; eſt in textu illo Exod. 18. 6. Ubi ſcribitur אני חתנך יתרו *Ego ſocer tuus Jithro.* Quarum vocum literæ initiales producunt אחי id eſt, frater mi. Jam autem notum eſt, quod omnis Neſchamah ſimilis ſit arbori ſeptem ramos Lucis habenti cum ſtipite ſua, quòd eſt fundamentum. Et omnes purificantur mediante trina revolutione, præſertim ſi quis eſt ſub ſcaturigine viventium in orbe terræ.

Caini revolutio in Jithro.

Portio Neſchamæ Caini deficiens ab Aharone.

קין unde dicatur.

Reſtitutio Neſchamæ Caini deficientis ex Aharone in Jithro.

Notariacon יקם.

Æthiopiſſæ repudium à Moſe; ejusque cauſa.

Nec abjicitur quod abſit! in ſex terras, vel in revolutionem Inanimati, Vegetabilis, Bruti & Loquentis. Et tres hæ revolutiones ſunt ſub myſterio imprægnationis, lactationis & Cerebrorum, ſicut hoc eſt revera penes Seir Anpin & Fœminam ejus. Et de hoc dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ: Anima ſimilis eſt Sancto illi Benedicto vi textûs illius Biblici: Pſal. 103, 2. *Benedic anima mea Domino, & ne obliviſcaris omnium* גמוליו *educationum ejus*; juxta illud myſticum 1. Sam. 1, 22. *Donec ablactaretur puer*; ſub myſterio גדלות Adoleſcentiæ, quam aſſequitur per imprægnationem, lactationem & cerebra, cùm antea de illo diceretur: Amos 7. v. 2. *Quis eriget Jacobum, quoniam parvus eſt.*

Finis omnium animarum purificatio. Impuritas extrema, ejusq; deſcriptio.

§. 13. Finis autem omnium animarum atque arborum eſt, ut purificentur & ſanctificentur, & de omni particula cujusque tollatur impuritas, quæ tandem omnis collabitur in extremitatem ultimam, quæ purificari nequit, abitque in אבדון perditionem, ubi eſt ſtercus fervens: Ibi enim eſt habitaculum impuritatis infimæ, quæ in omnibus; omnis enim impuritas palatiorum immunditiei, quæ in talibus eſt, huc decidit de impuritate Nepheſch, quæ inter illos. Unde talis, qui punitur in ſtercore fervente, amplius mundari non poteſt, eſtque extremitas ultima de impuritate Cain, qui eſt nidus immunditiei, pollutio ſerpentis.

Cap. XXXIII.

Modus reſtitutionis mundorum.

§. 1. Poſtquam mortui eſſent Reges primi, Sanctus ille qui benedictus ſit! hoc modo reſtituebat mundos: Ipſe enim ſeligebat lumina idonea à rejectitiis, & bonum è malo, bonumque eligebat pro ſe ipſo: Et hoc ipſo reſtituebat univerſalitatem 7. Regum Mundi Aziluth, ut ſuo loco dicam, quod nempe poſtmodum ſelegerit per Arich Patrem & Matrem & deinde reſtituti ſint cæteri Mundi בריע.

Mali in mundis בריע cohibiti cauſa.

§. 2. Et quamvis in illis bonum eſſet & malum; nempe in Jezirah vitina ſibi invicem, & in Aſiah penitus intra illum; nihilominus malum non prodibat ipſo actu; quoniam Severitates manebant mitigatæ: Et opus erat aliqua parte Severitatum, ne aſcenderent cortices. Quin etiam illæ relinquebantur pro neceſſitate congreſſuum ad generandum. Et iſta neceſſitas exiſtentiæ Severitatis eſt myſterium Lætitiæ & Calefactionis appetitus generantis, adeoque Amor inter Maritum & Uxorem ſuam. Et niſi extitiſſet peccatum, Mundus ita manſiſſet, & generaſſet ſub mitigatione illas animas Mundi Briah, quæ non ita ſelectæ erant, ſicut quæ de Aziluth, & multò minùs Jezirathicæ vel Aſiathicæ cum Mundis ipſis adeò ſelectæ erant.

§. 3.

§. 3. Et voluntas Sancti illius, qui benedictus ſit, erat reſtituere animas Aſiathicas, quæ vocantur Nepheſch, & Jezirathicas, quæ Ruach, & Briathicas, quæ Neſchamah vocantur, faciendo illis Neſchama leneſchamah de ipſa Aziluth, deque gradu illius ſublimi. Sed hoc non commodè fiet niſi poſt bis mille annos: tunc enim erit Mundus Neſchamæ, ſicut explicui Capitulis præcedentibus. Mundus Neſchamæ quando fiet.

§. 4. Et ille, è quo emanarunt omnia, creabat Adamum primum conſtantem ex omnibus Mundis, ſicut dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd in illo fuerit aliquid de ſuperioribus & aliquid de inferioribus: Hinc ipſi erat Nepheſch de mundo Aſiah, quod eſt ה Tetragrammati, & Ruach de mundo Jezirah, quod eſt Vav Tetragrammati, & Neſchamah de Briah, quod eſt He alterum, & Neſchamah leneſchamah de Mundo Aziluth quod eſt Jod Tetragrammati. Et illum oportebat eſſe in mundo inferiore in horto Eden inferiore, ut colligaret & conjungeret invicem omnes mundos. Si enim fuiſſet in mundo medio, nemo ipſi applicuiſſet mundum, qui ſub eo. Et propterea poſuit eum in hortũ Eden inferiorem ad colendum eum præceptis affirmativis, quæ ſunt Benignitates, & cuſtodiendum eum præceptis negativis, quæ ſunt Severitates. Et hæc omnia pro myſterio cogitationis & intentionis præceptorum. In Adamo primo erant omnes Mundi. Cur Adamum primum oportuit fuiſſe in mundo inferiore.

§. 5. Et quantum ad myſterium hiſtoriæ de comeſtione de arbore vitæ, illa imputata ei fuiſſet tanquam comeſtio ſanctorum & holocauſti, in qua ſunt præcepta affirmativa & negativa, atque per attentionem ad nomina & prolocutionem illorum, & factum copulæ reſtituti fuiſſent omnes mundi.

§. 6. Et adhuc hodie filius David exibit redibitque de horto Eden in mundum hunc ad reſtituendum ſtatum Adami primi in horto Eden, quem ille reſtituere debebat: ſicut hæc ſufficienter explicabo in Sectione de Peccato Adami primi, & Commentario in illud: Bis mille annis fuit mundus &c. Et myſterium arboris ſcientiæ boni & mali, de quo dixit illi Gen. 2, 17. *Non comedes ex ea*; eſt fundamentaliter in Jezirah, quæ vocatur arbor ſcientiæ boni & mali: Verùm corruptio pertranſiit in omnes mundos; nam datur bonum in Aziluth, quæ ſunt Benignitates & malum, quæ ſunt Severitates; Iſtæ enim reſpectu Benignitatum malum appellantur. Inſuper etiam eſt bonum & malum in Briah eadem ratione, niſi quòd Benignitates expetuntur ex Mundo Aziluth per bona noſtra opera & deſcendunt de Matre nidificante in Briah. Et in Jezirah eſt bonum, id eſt, Severitates, & malum, id eſt, Cortices: Et poſtquam Adam comedit de ea, eumque tetigerat ſerpens, permixtum eſt malum cum bono, atque cortices prævaluerunt. Unde patet, quòd corruptio ſit in omnibus Mundis; Nam quoniam acceperant dominium, hinc annectebant ſeſe de mundo in mundum, ita ut iterum corrumperentur omnes Mundi, eò quòd ipſis ſuperinducti eſſent Cortices. Filii David exitus reditusque in mundum hunc inferiorem. Myſterium arboris ſcientiæ boni & mali. Corruptio in omnibus Mundis.

§. 7. In ipſo Adamo autem continebantur omnes Mundi; ipſe enim occupabat Adam primus fundamentum omnium Mundorum.

cupabat locum trium mundorum Briah, Jezirah, & Aſiah, & ab eo dealbebantur omnes ſcintillæ: Et omnes generationes opus habent reſtitutione uſque ad adventum Redemptoris & revivificationem mortuorum; easque oportet eſſe in generatione alia nova. Et propterea ſuper eas mors conteſtim decernitur, quoniam ipſis non eſt poſſibile vivere, niſi mortuæ ſint univerſæ ac ſingulæ aliquot vicibus, ita ut ſingulis vicibus aliquid expurgetur de cumulata ipſarum impunitate: Ideo opus habent tempore & temporibus. Et hoc eſt exilium amarum. Defecatio autem ita fit, quoniam delapſæ ſunt in profunditates Abyſſi magnæ, quod iterum aſcendunt in 4. Elementa, Ignem, Aërem, Aquam, Terram, & ex ipſis in Inanimata, Vegetabilia, Bruta & Loquentia. Et quando ſic factæ ſunt plantæ ſive vegetabilia, & de illis comedunt animantia, tunc exaltantur: & quando rurſus homo de animantibus comedit, tunc iterum elevantur in gradum digniorem atque aſſumuntur intra hominem. Et ecce cortex craſſus fit excrementum ultimum, quod in omnibus corticibus, de quo dictum eſt Jeſ. 30, 22. *Egredere dices ei:* ejiciturque foràs, quoniam in eo nihil eſt penitus. Et per id reſtituitur cortex Aſiathicus, qui in Aſiah.

Decretum mortis ſuper omnes Mundos.

Animarum exaltationes per revolutionem.

§. 8. Et hoc eſt myſterium illud, quòd multi juſtorum moriantur morbo inteſtinorum, ut purificetur Mundus Aſiah, juxta myſterium interioritatis ſuæ, quam reſtitutionem nota.

Animarum depurgatio in Mundo Aſiah.

§. 9. Hinc neceſſum eſt, ut quis purificet ſe ipſum, antequam comedat quia ſcriptum eſt Lev. 11, 43. *Ne contaminetis veſtras Nephaſchoth:* Nam notio Nepheſch eſt in Malchuth. Quòd ſi verò quis comedat, antequam ſe purificet, tunc, quoniam cortex Aſiæ ipſi adhæret, quamvis comedat velitque attollere cibum de uno Mundo in altetum, eumque puriorem reddere à recrementis beneficio חלב 32. dentium nihil juvat ipſum niſi fortè & noxam ſibi contrahat, quoniam in corpore ejus eſt cortex. Sed quod magis depuratur, abſorbetur in membra; id quod correſpondet Jeziræ: Et quod adhuc magis depuratur, de ſanguine intrat in cor, quod quaſi Rex eſt & correſpondet Briæ: Quodque ſpirituale eſt in eo, reſpectum habet ad Aziluth.

In Mundo Jezirah Briah & Aziluth.

§. 10. His ſimilia occurrunt in reſtitutione pro altare facta, ubi depurabantur ad eſum idonea à recrementis. Ibi enim occurrebant ſpecies Inanimati, Vegetabilis, Viventis & Loquentis: nempe de ſpecie Inanimatorum. Sed & Aqua, reſpectu Aſiæ: de ſpecie Vegetabilium Simila, oleum & vinum, reſpectu Jeziræ: de ſpecie Viventis pecudes & armenta inter quadrupeda & turtures & pulli columbarum inter aves, reſpectu Briæ: qui verò inibi ſerviebant, nempe Sacerdotes cultu, Levitæ ſuggeſtu, Iſraëlitæ ſtatione, quique ſeipſos offerebant ad ſacrificia, omnes reſpectu Aziluth. Porrò ibi erat comeſtum ab hominibus reſpectu Aſiæ, & odor reſpectu Jeziræ, & ſuavitas reſpectu Briæ, & τὸ pro Domino reſpectu Aziluth.

Analogia dictæ depurationis cum obligatione in altari.

§. 11. Et

§. 11. Et hæc omnia erant neceſſaria; quoniam ſcintillæ Lucis decide-
rant in cortices: quædam enim deciderant in Inanimata, quædam in Vege-
tabilia, quædam in Viventia, & quædam in Loquentia. Hinc dixerunt Ma-
giſtri noſtri bonæ memoriæ: Non datur herbula infrà, cui non ſit Prin-
ceps ſuprà, feriens ipſam radiis atque dicens: Creſce. Iſtæ ſunt ſcintillæ
Lucis, quæ deciderunt; & hæ creſcere faciunt omnia, donec illa eleventur
beneficio hominum, qui depurant bonum è cortice. Unde Lex monet,
ne ſerantur heterogenea, & ne coitu miſceantur heterogenea; ne ſcilicet
commiſceantur ſcintillæ Lucis invicem: Quòd ſi enim ſic ipſis fiat, nihil
proderit, ſi reſtitutio tenetur more ſolito.

Depuratio fit beneficio ſcintillarum Lucis deciduarum.

Heterogeneorum miſtura cur vetita.

§. 12. Cùm igitur adhuc in ſtatu eſſet Sanctuarium, ſacrificia proderant
ad elevandas ſcintillas easque depurandas: Jam verò cum Sanctuariũ am-
pliùs non eſt, ſacrificii loco eſt precatio, quæ dividenda eſt in ſenſu ſuo ſe-
creto juxta 4. Mundos אבי"ע eorumq; loca, ut nempe eleventur & reſtituan-
tur in loca ſua cum reliquis meditationibus huc pertinentibus. Si ergo re-
ſtituuntur Mundi, tum nos quoque elevamus ſcintillas Inanimatorum,
Vegetabilium, Viventium & Loquentium, prout ipſis convenit: Et ſi ipſi
mundi reſtituuntur, tum ſanè etiam ſcintillæ illuc pertinentes reſtituuntur
quas nos elevamus procidentes in facies. Sed de his ſatis.

Sanctuarii vicem nunc explent preces Iſraelitarum.

CAP. XXXIV.

§. 1. Adam primus in ſe continebat omnes 26. generationes, quæ debebant
produci poſt ſe invicem ſingulæ. Et generatio diſperſionis atque generatio
diluvii reſtituebantur per Ægyptum & ſtationem ad montem Sinai.

26. Generationum productio ſucceſſiva.

§. 2. Et quia iterum peccabant & in deſerto relabebantur; hinc redeun-
dum ipſis eſt in Mundum hunc vicealtera, ut conſequantur perfectionem
ſuam in Loquente 40. diebus tempore dolorum Meſſiæ, diem computando
pro anno; donec reſtituantur 40. illi anni deſerti, quibus peccaverant, ſitque
reſtitutio ſicut fuerat corruptio. Nam etiam 40. dies exploratorum cedebant
ipſis in totidem annos. Et per eos reſtituetur halitus atque aër Loquen-
tium cum aëre ambiente terram, omnesq; cortices perdentur de terra: Et li-
gabuntur atque mactabuntur ſicut hœdi atque agni die expiationis, &c.

Reſtitutio lapſorum in deſerto.

§. 3. Et 26. illæ generationes erant de corpore Adami primi; hæ tamen
non erant omnes; deerant enim ipſi ſcintillæ 974 generationum, etiam ante-
quam peccaret: Igitur per patres, qui in ſe ſuſceperunt mercedem omnium,
utrumque genus reſtituitur & ſeligitur idoneum eſui de recrementis, donec
veniat Meſſias noſter, per puram elevationem ſcintillarum.

Reſtitutio 1000 generationum unde.

§. 4. Et hoc eſt illud, quod dixerunt Magiſtri noſtri b. m. in Capitulis
Patrum, donec venit Abraham Pater noſter, ſuper quo pax! & in ſe ſuſcepit
mercedem

Abrahami deſcenſus in hortum Eden.

mercedem omnium, & ipſe fuit quaſi ille primus, qui venit in domum congregationis, atque accipit mercedem tantam, quantam omnes. Senſus eſt iſte, quòd ille eſt ſcaturigo Influentiæ & fideliter amavit Schechinam, & quadriga incepta eſt per eum, quoniam ipſe ſtatim conſiſtit ſub ea, & cæteri conſiſtunt ſub eo. Unde patet, quòd illos oporteat accipere per manum ejus, ita tamen ut Lux Influentiæ ſpiritualis neutiquam vel ipſi vel illis deficiat. Atque hoc eſt illud, quod dixerunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ: Si dignus eſt, ſumit portionem ſuam, & portionem ſocii ſui in horto Eden. Quoniam ipſe factus eſt ſcaturigo Influentiæ, quæ pertingit ad ſocium ejus, ita ut hic fruatur, & ille non egeat. Dignuſque eſt ſtipite Neſchamæ, quod eſt principium & fundamentum ramorum, qui uniuntur & inſeruntur, ut participent ſtipitem.

26. Generationum ſtatus atque deſcriptio.

§. 5. Et iſtæ 26. generationes ſunt corpus Adami primi ejusque caput; ſuntque de 1000. generationibus puris, de ſcintillis Angelorum, de quibus ſuprà: Atque per ſtatum imprægnationis, lactationis & Cerebrorum, tribus vicibus ſingulæ reſtituuntur de ſcintilla in perſonam; fiuntque magnæ, fulgentes atque ſplendentes ad inſtar luminis ſolaris intenſiſſimi pro neceſſitate reſtituendæ generationis. Et tales fiunt capita generationis. Et niſi peccaſſet Adam primus, non ſubjectæ fuiſſent impuritati.

Figmenti mali ceſſatio qui fiat.

§. 6. Et huc pertinet myſterium infractæ poteſtatis figmenti mali per Legem & Præcepta; quod eſt myſterium tabularum lapidearum, quibus Lex inſcripta eſt: Nam cùm ſcriptum eſt Deut. 6, 5. *de toto corde tuo*, Scriptura loquitur de duobus figmentis humanis, & de malo fit bonum, juxta illud Lev. 27, 10. *Ne permutes bonum in malum*, ſicut fecit Adam primus: *Quod ſi autem permutando permutabit* attrahendo reſtitutionem, *ipſe & permutatio ejus erunt ſanctitas*. Et huc pertinet illud Jeſ. 30, 33. *Parata ab heri eſt fovea, etiam ipſa pro Rege diſpoſita eſt*. Et Meſſias accipiet Lunam in plenitudine: Omnia enim erunt bona. Namque & fœminæ corticum reſtituentur; multò magis autem maſculi, duo viri exploratores. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur 1. Reg. 3, 16. *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices*, & non antea, ſicut dicitur in Libro Myſterii.

Animarum Sodomiticarum reſtitutio. Amalekitis reſtitutio denegata.

§. 7. Sed animæ Sodomitarum & Gomorritarum reſtituentur in generatione Meſſiæ: ſicut dicitur in Sohar; cum plebe permixta, quæ reſtituetur tempore futuro. Solus autem Amalec, qui eſt impuritas graviſſima, quæ in plebe permixta, non reſtituetur in æternum; Sed veſtigium relinquetur in ſupernis ſuper naſo; ibi enim erat adhæſio ejus; & eò pertingunt Proſelyti, qui ab ipſo proveniunt, quales ſunt Raf Schmuel filius Schilath & ſimiles ipſi.

CAP.

Cap. XXXV.

§. 1. Illæ 974. generationes ſunt myſterium mali, quod in Mundo Inanitatis, & iſtæ mille generationes purorũ ſunt myſterium boni in Mundo Inanitatis: Hæ recondebantur, illæ verò delapſæ ſunt deorſum, ſicut dicitur Eccleſ. 4, 1. *Lachrymæ oppreſſorum, & non eſt ipſis conſolator.* Non enim ſufficiens habent reſponſum, cùm hanc objectionem formant: Quare non creaſti nos de luce bona ex parte Benignitatum, & non fuiſſemus lapſi in profunda corticum. Et nihilominus reſponſio eſt, quòd Sanctus ille Benedictus neceſſariò debuerit facere mundum Inanitatis, cujus fundamentum bonum nempe & malum ſunt animæ illæ, quæ ipſæ bonum ſunt & malum. Neceſſitas boni & mali.

§. 2. Et omnes illæ 1000. generationes, nempe 974. cum 26. ſunt illæ, quæ cùm Lex reconderetur pro Iſraëlitis, accipiebant irradiationem ab optima parte copulæ Patris & Matris pro neceſſitate ſua; ſed digni non erant lege. Et hoc ipſum eſt, quod dicitur Job. 22. 16. *Succiſi ſunt ſine tempore; fluvius diffuſus eſt in fundamento eorum.* Fundamentum enim effundebat & evacuabat Influentiam confeſtim ſine copula & impregnatione & mitigatione. Et hîc locum habet ſignificatio effuſionis & evacuationis de uno vaſe in aliud. Influentiæ effuſio & evacuatio ex Fundamento.

§. 3. Quod autem effundebatur ab eo, dabatur 974. generationibus, quæ ibi erant: Non enim aderat, quæ detineret atque conciperet ſemen ſupernum; unde ejiciebatur illud. Et hinc provenit Radix illius, quod dicitur Gen. 6, 4. *Et erant* נפילים *Gigantes in terra in diebus illis*; quaſi cadivi, quoniam ejecerat illos Malchuth ſub myſterio נפילים cadentium. Et nota myſterium hoc magnum. Et propterea & ipſi perdebant ſemen ſuper omnem terram ad inſtar perditionis ſeminis, quod non recipitur à fœmina. Ratio autem hæc eſt: Quoniam Benedictus ille ſciebat, quòd nullum ipſis tunc prodeſſet auxilium; erant enim judicia duriſſima: Unde Malchuth ipſos ſinebat cadere, ſicut fecerat Intelligentia in Mundo Inanitatis, quæ de ipſa eos ejecerat. Et huc pertinet myſticum illud Deut. 7, 13. *De* שגר אלפיך *fœtura boum tuarum ſeu millium tuorum:* Ipſi enim ſunt millenarius 974. & 26. geneationum, quæ ibi commorabantur 7. & 9. & 12. menſes. Propterea cadebant & moriebantur ad inſtar fœminæ ejicientis abortum: Ita ut etiam David Rex, ſuper quo pax, ex iſta parte deberet eſſe abortus, donec ipſi dabatur vita à Patribus per Viventem in Mundis; unde extollebatur & dignus fiebat fundamento רזׄ Seir ejuſque conjunctione cum Malchuth. Cadentes ſive Nephilim. Malchuth ſinit cadere Gigantes, David quantumvis abortus præſervatur à cadentia Gigantum.

§. 4. Quoniam ergo tunc primùm veniebant in mundum hunc, ideò erant duri valdè. Et hoc eſt myſterium 70. פרים Juvencorum: (מנצפך per Gematriam eſt פרי.) Myſterium 70. פרים

§. 5. Malchuth ergo nolebat illos recipere, ut inde fieret numerus perfectus, *Sed die octava* עצרת *retentio erit vobis*, Num. 29, 35. quod nota, *vobis*, & non עצרת retentio Iſraelitarum.

& non reliquis populis. Ipsa enim susçipit semen supernum & non ejicit illud, quod absit! sed retinet & concipit istud, & propterea vocatur עצרת retentio.

Tres dies pro conceptione seminis

§. 6. Sed ista conceptio seminis fit tribus diebus, si enim ejiciat semen die tertiâ, munda est, sicut dicitur in Mischna tract. Schabbath c. 9. Tunc enim semen jam corruptum est, nec amplius idoneum. Et ecce tres illi dies sunt

Tres illæ Sephiroth in Seir גגת

mysterium גגת in Seir; ab illis enim accipit guttam supernam de Matre; & ibi est locus ejus in fine tertiæ superioris ת"ת Tiphereth in Seir. Et hoc est

Tres filii Noach.

mysterium 3. filiorum Noach, qui prodierunt de arca: Et correspondent 3.

Tres colores iridis.

coloribus iridis, quod est Jesod plenum coloribus & irradiatione accipiens guttam infrà, & ibi excoquitur & ejaculatur ceu sagitta, existente mysterio copulæ in Jesod Fœminæ. Sed de his prolixiores hoc loco esse non possumus. Ergo respectu trium illarum notionum necesse habet tres dies ad conceptionem trium illarum notionum. Et mysterium in hoc consistit, quòd gutta seminis sit חסדים Benignitates. חסד autem per Gematriam est 72. Et in

Gem. in חסד & Nom. עב

עב 72. sunt tres notiones, nempe ter 24. quæ efficiunt 72: Quibus correspondent tres dies conceptionis, ut in iis formetur Nomen עב cujus mentio fit in Tikkunim, & ita se habet, ut nempe contineat 24. circulos hoc modo formatos sine apicibus.

Mysterium circulorum sine apicibus.



Explicatio.

Quoniam apices pertinent ad oculos Fœminæ; sed Nezach Hod Matris sunt ex mysterio de Virgine pulchra oculis carente. E contrario hîc extat mysterium urceolorum כדין tantum sine apicibus; qui sunt כד 24. circuli. Et sunt tria Tetragrammata, ac si essent ter 24. Et omnes sunt notiones Chesed, quæ est עב. Et hoc est mysterium Psal. 118, 27. *Ligate agnum*; quæ est conceptio seminis, qua ligatur atque observatur semen in Matrice ad generandum. Et vocula חג per Notarjakon denotat חסד גבורה: Et Tiphereth non computatur, quoniam tertia superior iisdem involvitur. Hinc sequitur; *usque ad cornua altaris*, quod est Malchuth: Nam super illo restituuntur scintillæ Inanimatorum, Vegetativorum, Viventium & Loquentium, sicut super altari: Et גגת sunt cornua ejus; quoniam gutta illa ligatur à גג quæ sunt ipsa cornua, dextrum & sinistrum in utero ejus juxta tria Tetragrammata supra dicta. Et ista quoque sunt cornua ejus, quæ illuminant & progenerant animas. Et tempore futuro erit Tetragram-

matos

matos unus, qui eſt Seir in 10. Numerationibus ſuis, & in diſpoſitionibus ſuis, ſicut Arich in diſpoſitionib9 Barbę in Miſerationibus magnis. Et nomen ejus etiam unũ erit in omnibus Membris & Numerationib9 ejus; id quod jam ita non eſt: Quoniam Cerebra תא Seir & diſpoſitiones eorum occultantur in Matre & Arich in 4. diſpoſitionibus Barbæ: Ipſe enim non habet niſi novem. Et Malchuth punctum tantum habet unum ſemper; & reliqua novem occultantur in Matre: Et temporibus notis hæc dat ipſi membra ſua, quæ deinde ſurſum redeunt. Tempore autem futuro relinquentur in perfectione ſua. Neque id tantum; ſed Autor emanationis ſuperaddet ipſis Lucem novam: Et propterea illo tempore canemus Canticum novum.

תא Seir diſpoſitio futura tempore venturo.

CAP. XXXVI.

§. 1. Cumque jam agendum mihi ſit de confractione, agedum modum illius ſatis perſpicuè tibi declarabo. Scito igitur, quòd cùm deſcenderent literæ, ut ex illis fierent vaſa; quoniam amotæ & exciſæ erant de loco ſuo ſuperno; ſingulis confecta ſit plenitudo ſua. Et illa plenitudo erat ſub myſterio Lucis externæ. Omne enim extrinſecum eſt plenitudo & retrogradatio: Cujus rei teſtimonium eſt, quòd vox מלוי per Gematriam æquipolleat תא אלהים quod eſt judicium, extra ipſum caſtra habens. Et ubicunque mentio fit Lucis externæ, ibi eſt myſterium retrogradationis.

Modus deſcripus confractionis vaſorum. Externum omne ſub myſterio plenitudinis & retrogradationis.

§. 2. Sic in Mundo Tohu iſta plenitudo erat myſterium Lucis externæ, non verò Lucis ambientis vas aliquod: Literę radicales autem erant ipſa ſubſtantia Vaſis: & illæ literæ radicales ſive fundamentales affulgebant plenitudinibus, quæ extra ipſas erant.

Literarum radicalium operatio.

§. 3. Et cùm intra Vaſa venirent illæ מם 140. myriades literarum Influentiæ, de quibus ſuprà diximus; illa oportebat dilatari, ut iſtis locum darent intra ſe, easque ſuſciperent. Ibant ergo & dilatabantur; ita ut propter multitudinem literarum ſibi advenientium illas uſque adeò oporteret ampliari, ut ſi ita dicere liceat, à ſe invicem ſepararentur & diſpergerentur.

140. myriadum literarum dilatatio.

§. 4. Cùm ergo diſpergerentur literæ fundamentales, quæ erant Luces internæ; tunc cõjungebantur cum reliquis literis Influentiæ internæ, quæ ſunt 10. illæ Myriades literarum, quæ remanebant pendentes in aëre ingreſſuræ in viſcera Matris, ſicut alibi dicemus.

Conjunctio literàrum radicalium cum literis Influentiæ internæ.

§. 5. Sed literæ plenitudinum ſeparabantur, ſi ita dicere licet, à literis fundamentalibus. Et hæ erant illæ, quę deorſum labebantur uſque ad fundum Tehiru Splendoris. Et diſponebant & deſignabant 4. diſpoſitiones pro 4. Mundis אבי"ע. Nempe Mundo Aziluth affulgebant de parte anteriori, nimirum

Literæ plenitudinum ſeparatæ earumque efficacia in Mundos אבי"ע

rum per irradiationé, quam habebant à literis fundamentalib9 de latere anteriori: Et in mundum Briah dirigebant illuminationem, qua ſplendebant de latere ſuo dextro; & in Mundum Jezirah de latere ſiniſtro, & in Mundum Aſiah per latus poſterius: Nimirum innuitur quadratura ipſarũ, ſicut alibi dicetur.

Literæ plenitudinum deſcendentes,

§. 6. Et de illa illuminatione, quam acceperant à literis fundamentalibus, manebat aliquid illis adhærens, etiam cùm deſcenderant ad fundum Tchiru. Et illuminatio hæc ſunt Guttæ & Scintillæ puriores, de quibus diximus, quòd manſerint adhærentes fragmentis Vaſorum.

Judiciorum origo. Corticum origo. Judiciorum deſcriptio & mitigatio. Binæ operatio in Briam.

§. 7. Et de iſta dilatatione, diſperſione & lapſu literarum iſtius ſeparationis facta ſunt judicia; & de judiciis facti ſunt cortices, cùm peccaret Adam primus; qui prodierunt in actum & adhæſerunt illis literis, & fruiti ſunt irradiatione guttarum illis adhærentium. Et judicia, de quibus diximus, ſunt 1000000. ſeutati; ſuntque judicia Briæ; Et nomina Matris mitigant illa: nam אל שדי DEUS Omnipotens, dominatur in Briah: Et ipſa erigit in Briah velamentum & aulæum diſtinguens, quod eſt inter Aziluth & Briah: Dicitque ad mundos; די Sufficit: Et hoc eſt myſterium שדי. Et de tegumento hoc illuminatio prodit foràs ſub myſterio Nominis חסד quod eſt אל: Et hoc eſt myſterium trium Jodin & Aleph è Nomine סג quod in ea. Et beneficio mitigationis hujus de judiciis illis fiunt armati ſcutis, qui defendunt acceſſus quadrigæ, ne eosdem attingant cortices. Nam quod Hebraicè dicitur מגן clypeus defendens, id Chaldaicè תריס clypeus. Et אל ter ſumtum, quæ eſt mitigatio בינה efficit מגן. Ita etiam אל שדי per Gematriam eſt משה qui dignus erat gradu Binæ, quæ mitigat judicia Briæ: Nam Mater in Aziluth nidificat in throno beneficio Velaminis. Et nomen hoc continet totum Mundum Briah: Ipſum enim eſt myſterium ſanguinis judiciorum, quod convertitur in lac in uberibus ejus: Idcircò ipſa mitigat judicia beneficio Nominis אל quod eſt חסד benignitas: eſtque de nomine סג quod in ea. Lucetque per eam etiam de Angulis Arich Anpin, ſicut dicemus ſuo loco, de Capite Arich Anpin. Et אל שדי in plenitudine ſua cum voce, æquipollet 1000. montibus, quos quotidie abſumit attributum Malchuth.

Gem in voce אל & מגן ter ſumto. Gem in משה & אל שדי. 1000. montes in אל שדי

Tria Alephin.

§. 7. Et quoniam tria אל deſcendunt de Binah beneficio Arich Anpin, nempe de angulis ejus; quæ ſunt radix mitigationis, quæ in בינה: Suntque אל שדי DEUS Omnipotens אל הויה DEUS Tetragrammaton, אל אדני DEUS Dominus: hinc dicitur אלף אלפין quod verti poteſt millia & duo millia, cùm potiùs denotet tria Aleph, quod nota. Et porrò dicitur in Idra: 57. Alephin ſive millia Satellitum, qui ſunt Autores ejulatus, ſuntque judicia Jeziræ, ubi ſedem habet Seir, qui eſt myſterium הויה: Et אל eſt Cheſed cum ipſo deſcendens de Arich Anpin: Et אל הויה per Gematriam eſt 57. Inde ſunt 57. millia: Et hoc nomen mitigat ea.

Nomen אל mitigat ſatellites judiciales.

§. 8. Porrò Nomen אל eſt diſpoſitio prima de 13. diſpoſitionibus Barbæ.

§. 9. In

§. 9. In Aſiah autem ſunt 96. millia Autorum ejulatus: Quoniam Nomen אדני eſt in Malchuth, quæ reſidet in Aſiah: Et ſi cum ipſo combinetur Nomen אל tunc per Gem. fiunt 90. Unde 96. millia. Ergo Nomen hoc אל conſtituit tres Mundos Satellitum judicialium, qui per illud mitigantur.

§. 10. Porrò notum eſt, quòd ſint tria אלהים inter attributa: Unum in Binah, quæ vocatur אלהים חיים, alterum in Geburah, & tertium in Malchuth. אלהים autem in plenitudine & retrogradatione ſive quadratura ſua efficit mille hoc modo אלף אלף למד אלף למד הד אלף למד הד יוד אלף למד הה יוד הה Et propterea Aleph invenitur in quolibet horum. Judicia enim gravia fiunt ab אלהים: Et omnis quadratura eſt retrogradatio, nimirum externum quod in illis & myſterium poſterioritatis, quod eſt Aſiah. Et primum inter hæc Nomina אלהים nempe quod in Binah, includit 2. reliqua. Unde primus inter Reges vocatur בלע quoniam abſorbet & includit duos Reges cæteros. Et in Idra dicitur, quòd tempore duorum Regum reliquorum Jobab & Chuſcham exiſtat Mundus ejulationis & planctus: Quoniam fundamentum horum Regum eſt in Binah; ſicut & Scriptura dicit, *quòd regnaverint in terra Edom*, quæ eſt Binah; quæ vocatur gutta rubra, quoniam ab ejus parte prodeunt judicia. Et hoc fuit ante reſtitutionem; & ſenſus eſt, quòd de Malchuth Binæ prodeant iſta judicia; ſicut vinum bonum reſidens ſuper fecibus ſuis, quæ ſunt illa judicia. Supra Binam enim omnia ſunt Miſericordia: Quoniam judicia ibi ſubiguntur.

Tria אלהים

Numerus miſlenarius in plenitudine retrogrediente vocis אלהים

Judiciorum Fundamentum eſt Binah.

§. 11. Et in quemlibet Mundum בית deſcendit Nomen אל quæ eſt Benignitas Dei; intratque intra judicia, ut diſponantur & mitigentur atque ſubigantur, ſicut latiùs dicitur in Idra Naſo, ubi vide.

Nominis אל deſcenſus in mundos בית.

§. 12. Quin etiam in initio anni qui eſt dies judicii, ubi omnia parata ſunt ad accuſandum Iſraëlitas verendumque eſt, ne fortè cortices, quod abſit! illis adhæreant & accipiant ignem Judicii & vehementiæ, quod abſit; tunc mitigantur conſilio Sancti illius qui benedictus ſit, qui juſſit clangere buccina, quæ eſt Binæ Matris ſupernæ, quæ iſta judicia mitigat. De buccina autem ſuprà jam quædam dixi, quæ vide.

Clango buccinæ mitigans judicia.

§. 13. Porrò dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ difficiliorem eſſe cibationem hominis quàm fuit fiſſio maris rubri. Edendo enim homo revera producit ſcintillas puritatis vitamque recrementorum per myſterium 32. Elohim, qui ſunt 32. dentes Oris ſuperni, quorum ſedecim ſupra & 16. infra; Myſterium duarum medietatum literæ Aleph de אין: ibi enim eſt radix 32. Semitarum; ſed non diſtribuuntur in partes, ſicut in Patre. Et per hæc ſeligitur cibus à recrementis per myſterium copulæ oris ſuperioris אמא: Atque illinc Abba & Imma accipiunt illuminationem, & exinde copulantur. Et copula hæc denotatur in phraſi comeſtionis.

Myſterium copulæ Abbæ & Immæ in phraſi comeſtionis.

§. 14. Et hoc omne ſic fert ordo judicii, ut homines in ſe accipiant

vitam illorum, quæ ſunt ſcintillæ puritatis ſuprà dictæ, ſicut dicitur Gen. 48,15. *Elohim qui paſcit me, dum adhuc ſum &c.* quæ eſt menſura judicii. Unde etiam oportet meditari ſuper mitigatione judiciorum die prima; quæ eſt dies illuminationis deciduorum Neſchamæ, cujus myſterium eſt Briah. Porrò meditari oportet ſuper אל שדי in benedictione cibi, quippe cui influentia eſt à Neſchamah ſuperflua Sabbathi præteriti. Die autem ſecunda quæ eſt dies Ruach de Sabbatho præterito, quod eſt myſterium Jezirah, meditandum eſt ſuper אל הויה. Et die tertia, quæ eſt illuminatio Nepheſch de Sabbatho præterito, quoniam in ſe habet ſignum Nepheſch, quod eſt myſterium Aſiah, meditandum eſt ſuper אל אדני in Synagoga in mentione Nominis. A die quarta autem fieri debet diſpoſitio è Nepheſch, Ruach, Neſchamah ab imo ſurſum in Sabbathum venturum per nomina hæc, juxta illud: Exod.16,5. יהיה *& erit in die ſexta, & parabunt, quod afferent* ex omnibus diebus ſeptimanæ: Atque ita mitigantur judicia, & nemo impedit illuminationes iſtas iſtamque mitigationem: Et hanc materiam alibi latiùs deducam.

Mitigatio judiciorum per meditationes peculiares.

§. 15. Et de illis judiciis, quorum ſuprà fecimus mentionem, facti ſunt cortices, nomina ſcil. incantamentorum & creata ſunt de literis ſeparationis & diſperſionis: Unde omnia invidia ſunt & odium atque ira & lis, & jurgium, & homicidium, & omnis macula mala, & violatio; nec eſt inter ipſos integritas: Hinc ipſis non ſunt pedes ſanctitatis, quæ operantur fundamentum vivum & permanens, dantque vitam & robur operationibus ſuis in ſecula perennia. Et hoc eſt myſterium crurum quæ ſunt Nezach & Hod, quibus denotatur, quòd operationes eorum ſint æternæ: Et huc pertinet illud 1.Par. 16,27. *Gloria & decor coram eo*, quoniam operationes ejus ſunt æternitas æternitatum; Ipſisque eſt fundamentum vivum & permanens in ſeculum & ſecula ſeculorum. Sed mendacium pedes non habet: Et ſerpenti pedes detruncati ſunt. Et quamvis incantator ſecuritatem habeant temporaneam ab illis, ut faciat malum impleatque deſiderium ſuum; tamen deſerent eum in medio dierum ejus, vel poſt tempus exiguum jugulabunt & interficient eum.

Corticum origo.
Cortices pedibus carent.
Sanctitatis operationes.

§. 16. Et antequam peccaret Adam primus, nullus erat acceſſus corticibus ad judicia illa, nec fruebantur illis, nec adhærebant ipſis, nec prodibant in actum, quoniam terminus ipſorum quaſi in momento aderat, moriebanturque poſt emanationem ſuam, nec prodierunt ex ovo baſiliſci in Mundum. Simile extinctionis hujus obſervari poteſt in ellychnio accenſo & repoſito in lucerna oleo plena, ubi ellychnium ſemper haurit de oleo; & ſi quis vult illud ex parte extinguere, ne foràs luceat, ſed tantum intra vaſculum; tunc ſubmergit illud in oleo, quod haurit, inibique ardet, ſed non lucet foràs. Et ſic etiam erat extinctio ipſorum, quod non prodierunt in actum, ſicut ſerpens antiquus, cui non fuit coitus & generationes. Et Adam primus non generaſſet dæmo-

Corticum vis omnis exhauſta ante peccatum Adami primi.

dæmones ſpiritusque & ſtryges, ſi non peccaſſet. Poſtquam autem peccaſſet Adam primus; cortices adhæſerunt illis literis judiciorum & fruiti ſunt illuminatione guttarum illis adhærentium. Et Adamus primus generavit dæmones, ſpiritus & ſtryges & generata eſt lis in Mundo.

Corticum vis à peccato Adami primi.

§. 17. Et intentio eorum erat confundere totam Aziluth & truncare arborem cum omnibus ſurculis ſuis. Et præputium ſuperintegebat fœdus ſanctum, donec veniret Abraham & præputium præſcinderet à fœdere. Hoc eſt myſterium palatii עצם השמים quod ipſum cœlum vocatur.

עצם השמים

§. 18. Et iterum incipiebant prodire animæ ſingulæ & in individuis; donec prodiret, univerſitas populi Iſrael de juniore inter Patres, quod ita non erat ante Abrahamum. Tunc enim generationum plurima pars erant impii & idololatræ vi præputii hujus, quod vocatur עצב dolor, ſicut dicitur Gen. 3, 17. *In dolore comedes ex ea.* Comeſtio autem eſt phraſis de congreſſu matricis fœminæ adhibita, ſicut dicitur Prov. 30, 20. *Comedit & terſit os ſuum.* Et alibi dicitur Exod. 2, 20. *Et comedat panem.* Et alibi dicitur Gen. 39, 6. *Niſi panem, quem ipſe comedebat.* Tunc autem ob peccatum Adami primi converſum eſt Mem in voce עצם השמים in ברית unde facta eſt vox עצב cum intectione præputii hujus. Et hoc eſt myſterium de Mem, de quo dicit Sohar, quòd volaverit in aëre, nec voluerit combinari cum ות ut vox מורת fieret integra, quod eſt myſterium veſtitus tunicæ de cute & carne corticis, cujus finis eſt mors, donec quater circuiret ipſam, & Adam primus punitus eſt pœna, de qua dicitur Gen. 3, 16. *Cum dolore paries filios.* Palatium autem עצם השמים eſt myſterium matricis fœmininæ, ut notum eſt, & exinde prodeunt animæ. Poſt exitum autem ex Ægypto illud reſtitutum eſt juxta myſticum illud Exod. 24, 10. *Et viderunt Deum Iſraël & ſub pedibus ejus ſicut opus lapidis Saphiri & ſicut* עצם השמים *in ſerenitate.* In quo textu mentio fit trium palatiorum, quæ ſunt palatium *Elohe Jiſraël* & palatium *Libnathhaſappir*, & palatium *Ezem haſchſchamaim*, quæ hac vice reſtituebantur. Nam in palatio *Elohe* Jiſraël, quod eſt חבר de Malchuth, conſiſtunt animæ reconditæ mortuorum & viventium, illoque tempore, cùm paratæ ſunt deſcendere, ſtant in palatio *Ezem haſchſchamaim.* Et in palatio *Libnath haſappir* conſiſtunt proſelyti. Futuro autem tempore dici poterit Jeſ. 25, 8. *Abſorpſit mortem in æternum:* item: Pſal. 82, 8. *Surge Deus, judica terram, quoniam tu hereditatem accipies omnium gentium.* Et ſenſus hujus loci eſt: *Surge* אלהים, quoniam hucuſque Nomen hoc non habuit ſtaturam erectam ſuprà in

Per peccatum Mem in voce עצם converſum in עצב.

Myſterium comeſtionis.

Mem volitans in aëre.

Tria palatia in text. cit.

De tempore futuro.

Aziluth

Aziluth in myſterio מי אלה : matera blata eſt à pullis, *& propter tranſgreſſiones veſtras dimiſſa eſt mater veſtra*, Jeſ. 50, 1. & deorſum fragmenta vaſorum lapſa ſunt, nec eſt ipſis mitigatio usque ad tempus futurum, cùm Sanctus ille qui benedictus ſit judicabit Mundum Aſiah corporalem & ſpiritualem, qui vocatur ארץ terra: Nam Malchuth ſedem habet in Aſiah & dimiſſum in eam eſt Nomen ejus אלהים quod cum plenitudine Hehin æquipollet voci ארץ ad protegendum à corticibus Aſiam. Nam in Briah habet plenitudinem Joddin & æquipollet voci ברחמים & in Jezirah, ubi plenitudinem Alephin habet, æquipollet voci רצוי. Nam illo tempore quod dicitur בין המצרים oportet meditari in orationibus 18. ſuper voce רצוי ad eripiendum nos de מצרוי de anguſtia per nomen hoc ad protegendum ab anguſtiis in diebus צרוי tribulationis. Nam in Jezirah ſtat Samael cum caſtris ſuis contra Michaëlem principem magnum & caſtra ejus, & ibi æqualia ſunt bonum & malum, & ibi exortum eſt bellum, juxta myſticum illud Thren. 2, 2. *Polluit Regnum & Principes ejus*: Et alibi dictum eſt Amos 2, 9. *Et perdere feci fructum ejus ſurſum & radices ejus deorſum.* De tempore autem futuro dictum eſt Jeſ. 24, 21. *In die illa viſitabit Dominus ſuper exercitum Excelſi in excelſo & ſuper Reges terræ in terra.* Jeſ. 27, 1. *In die illa viſitabit Dominus gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leviathan ſerpentem vectem qui eſt Samaël & ſuper Leviathan ſerpentem tortuoſum*, quæ eſt Lilith peccatrix. Et poſtea fiet illud: Pſal. 82, 8. *Hereditabis inter omnes gentes*, quia dictum eſt ipſi: Jeſ. 54, 2. *Dilata locum tentorii tui*: Et ſanctitas pervadet omnes terras & omnem locum immunditiei, ſicut dicitur Jeſ. 30, 33. *Quia diſpoſita ab heri eſt fovea, etiam ipſa Regi præparata eſt*: Et ſpatium Æn Soph, de quo dicitur Exod. 33, 21. *Ecce locus mecum*, mundabitur & ſanctificabitur. Amen, quod ita fiat.

אלהים converſum in מי אלה Mundus Aſiah judicio extremo eſt obnoxius.

אלהים cum plenitudine Hein & Jodin, ut & Alephin.

CAP. XXXVII.

Repetitio ſuperiorum de aſcenſu 10. myriadum literarum poſt confractionem vaſorum.

§. 1. Suprà diximus, quòd 10. illæ myriades literarum cujuslibet Sephiræ, quæ relictæ ſunt in aëre, poſtquam confracta eſſet tota Sephirah, aſcenderint in viſcera Matris. Et omnis lux atque literæ, quæ debebant circumdare quodcunque vas, quod illam non poterat ſuſtinere, deſcendit deorſum, donec per illam tandem Malchuth planè compreſſa factaque eſſet ut mola uterina; unde omnes literæ influentiæ ejus internæ exiverunt & aſcenderunt in viſcera Binæ unà cum literis fundamentalibus ſui Vaſis, nec non 10. ſuæ myriades.

§. 2. Præ nimio timore ergo diffiſſæ ſunt Chochmah & Binah juxta longitudinem ſuam ob nimiam luminum multitudinem. Binah enim dabat illas

illas Patri; & Pater nec *ipse illis prævalere* volebat illasque mittebat intra Coronam: Sed nec Corona eas accipere volebat, quoniam intrà jam compactæ erant: Cùm ergo iterum descenderent juxta intentionem Intendentis intra Chochmam & Binam, hæ diffindebantur & de ipsis prodibant decidua.

§. 3. Postea Ænsoph innuebat Binæ, ut illas transmitteret intra Coronam è coronis ipsarum & in Sapientias & Intelligentias omnium 7. Sephirarum. Tollebat ergo de 70. myriadibus literarum 21. myriades, ut construeret Coronam, Sapientiam & Intelligentiam: Nam 21. sunt ter 7. ut ex illis construerentur tres Sephiroth. Decidebant ergo de Binah deorsum 49. myriades literarum septies septem sc. de luminibus internis è fragmentis vasorum; quæ divagabantur & deorsum volabant, ut quærerent vasa sua. Et distendebantur in Mundum Aziluth & non inveniebant illa: Atque sic descendebant de Mundo in Mundum, nec tamen inveniebant quietem pro vola pedum suorum, donec venirent ad extremos terminos Mundi Asiah. Et si quod absit! descendissent intra Mundum Asiah, fieri potuisset (sit fas ita dicere) ut adhæsissent fragmentis vasorum suorum, quibus jam prædominabantur cortices, ut illis fruerentur, & fieri potuisset, ut Mundus redierit in vacuum & Inane.

§. 4. Scito autem quòd motio ista, qua commota fuerunt interna septem postremarum suprà dictarum, nempe 49. myriades literarum sint typus exilii Ægyptiaci: Fieri enim debebat, ut illud duraret 400. annos, ut notum est. Et sic etiam factum esset, si quod absit! omnes illæ 7. Sephiroth descendissent per omnes 4. mundos אבי"ע (quilibet enim Mundus denotat 100. annos nempe quinos de 5. Benignitatibus constantes è decade, & quinos è 5. Severitatibus constantes è decade, unde 100.) atque tunc cortices prædominati essent quod absit! ut illis fruerentur & fortè adhuc quod absit! immersa essent non minus illa quam nos, & omnia oporteret converti in vacuum & inane. Et si quod absit! exilium illud attigisset numerum 400. annorum, nos & liberi nostri adhuc ibi serviremus.

49. myriades literarum typus exilii Ægyptiaci.

Ex 4. mundis אבי"ע quilibet denotat 100. annos.

§. 5. Sed quid faciebat Æn Soph cùm videret, quòd etiam descenderent in Mundum Asiah? Innuebat τῷ Arich, ut conduplicaret medietatem suam inferiorem, i. e. sua ירכין intra medietatem suam superiorem, nimirum גבין i. e. crura in brachia. Cùm ergo viderent 7. illæ elevationem & conduplicationem istam, tunc applicabantur τῷ Arich, ut cum ipso ascenderent sursum: Cupiebant enim mundari & sanctificari, & non quod absit! adhærere fragmentis Vasorum. Et nihil habebant, cui inniterentur, nisi τὸν Arich suprà dictum, cui innuerat Æn Soph, ut ipsa elevaret sursum per crura sua.

Descensus literarum in Mundum Asiah præpeditus.

CAP. XXXVIII.

Fundus mundi Aſiah ſubſtratus fragmentis vaſorum.

§. 1. Suprà diximus, quòd iſta fragmenta deſcenderunt per 4. gradus אבי"ע & delapſa ſunt usque ad fundum Aſiah, de quo dicitur Gen. 39, 20. *quòd ſit locus, quo vincti ſunt ligati Regis usque ad revivificationem mortuorũ.*

Omnia creata ex fragmentis vaſorum.

§. 2. Et ex illis facta ſunt 4. elementa, Ignis, Aer, Aqua, Terra, è quibus conſtant 4. gradus illi, Inanimatum, Vegetabile, Brutum & Loquens.

In omnibus creatis portio Lucis de fragmentis vaſorum.

§. 3. Et ſcintillæ puritatis abſorptæ manſerunt intra 4. illas ſpecies: Et cùm res fierent corpora, guttæ abſorptæ manebant intra illa; quoniam in illis fragmentis remanſerat aliqua portio Lucis ad inſtar guttulorum & ſcintillarum. Cumque deſcenderent in Aſiah, ſpecies illæ iſtas ſcintillas intra ſe recipiebant. Non aliter ac ſi Vas aliquod oleo plenum frangatur, ubi in ſuperficie fragmentorum aliquantulum olei remanet ad inſtar guttularum.

Quis finis atque intentio operum Iſraelitarum.

§. 4. Et jam omnis reſtitutio noſtra omneque opus præceptorum eò tendit, ut extrahamus pretioſum à viliori ad *conſummandas tranſgreſſiones & finienda peccata* Dan. 9, 24. Et de hoc dicitur Jerem. 51, 44. *Et educam deglutitionem de ore ejus.*

Quis finis Benedictionum in menſa.

§. 5. Et ſcintillæ iſtæ reverà ſunt animæ, quas reſtituit comedens meditatione Benedictionis, qua benedicit ſuper iis, quibus utitur: Et hoc modo reſtituit ſcintillas animæ ſuæ & ſcintillas quæ pertinent ad animam patris ſui.

Iniquitas intermittentis Benedictiones.

§. 6. Si quis autem id non fecerit & tamen cibo fruitur ſine benedictione deſuper facta, de illo dicunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd ſit ſimilis ei, juxta Prov. 28, 24. *qui ſpoliat patrẽ ſuum & matrẽ ſuam* ſcintillis animab. eorum adeſſe ſolitis: *Eſtq; ſocius viri corrumpentis.* Omne enim deſiderium *viri corrumpentis* eſt rapere ſcintillas & recipere eas, nõ verò reducere illas ad ſanctitatẽ. Et talis eſt *ſocius ejus:* Et ſi non benedicit, corrumpit ſcintillas cibi ſui, quæ reducuntur ad *virum corrumpentẽ:* Et talis eſt ſocius mercaturæ ejus. Et huc pertinet myſticum illud Deut. 8, 3. *Quia non in pane ſolo vivit homo, ſed ſuper omni egreſſione oris,* ידוד: Quæ eſt benedictio, quæ educit illas de impuritate ad Sanctitatẽ, ſeligitq; beneficio *oris* ידוד per mãducationem 32. Elohim, qui ſunt dentes. Et hæc oportet hominem meditari quandocunq; comedit, quòd id fieri debeat manducatione per 32. dentes, quæ ſunt 32. Elohim, quorum fit mentio in Opere Creationis; Suntq; 32. Semitæ Sapientiæ, quæ proveniunt de virtute Aleph, quod eſt in Capite אין סוף, de qua dicemus ſuo loco. Forma autem hujus Aleph continet duo Jodin & inter ea Vav: Et quando deſcendit בוצינא דקרדינותא Lux de nigredine, quę ſunt literę מנצפך coruſcatio judicii de veſtimẽto, ſcinditur Vav illud quod inter Jodin, in duo à principio ad finem, ſeparanturq; יו ad ambo latera hoc modo א & ita dividuntur in figurã oris: Et de illis creantur 32. dentes hominis, Iſraelitæ præſertim, qui iſtum habent numerum. Et hoc eſt myſteriũ molæ, quæ comminuit Man pro juſtis. Nam ibi in palatio

Ortus 32. Elohim ex litera Aleph ſub hac forma א

32. dentes hominis unde,

אהבה

אהבה amoris est mola hęc & molitura judicii, quę sunt literę מנצפך de quæ durissimæ sunt inter illas. Quoniam Mem est litera מות mortis; & Nun est litera נחש serpentis, imò & ipsa figuram serpentis habet, qui etiam ex ipso creatur. Mitigatio autem hæc fit beneficio dilectorum illorum qui sunt sancti illi, qui stabiliunt textum illum Deut. 6,5. *Et diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo.* Virtute masticationis hominis Israëlitæ autem & per meditationem ejus elevantur illæ guttæ absorptæ illo cibo in locum sanctitatis, virtute animæ ejus. Et de hoc dicit textus Job. 20, 15. חיל בלע ויקאנו *facultatem deglutivit & evomet eam: de ventre ejus expellet eam Deus.* Hæc est sanctitas. Et in literis initialibus hujus loci invenitur Nomen unum de 72. quod est חבר cujus operatio est educere scintillas puritatis de manib9 corticum & scintillas in vanum profusi seminis. Nempe si quis illud meditetur. Et mysterium ejus consistit in numero ejus, qui est 16. Et meditandum est bis nomen hoc, nempe bis 16. quæ sunt duæ medietates Aleph, fiuntque 32. dentes, qui in homine Briathico in cœlis illis tenuissimis; suntque duo ordines dentium qui in ore, superiore & inferiore; quoniam bis 16. efficit 32. dentes: Et vis ejus magna est admodum. Et ego Naphthali Autor hujus Libri meditor super hoc Nomine manè & vesperi in precibus octodenariis ad illa verba וקבציהו יחד מארבע כנפות Ubi literæ penultimæ hoc nomen producunt, unde Oratio hæc specifica est pro hoc Nomine, quod colligit scintillas נדחי *depulsorum populi Israël* Jes. 11, 12. Ubi vox נדחי per Gem. æquipollet Nomini 72. Et Sectione de Meditatione in precibus perspicuè exponam, quæ sint meditationes huc pertinentes & quid meditandum sit super benedictione rerum quibus utimur: præsertim si quis sit pœnitens, ut restituat quod perversum est, utque per illum reducantur scintillæ sanctæ in locum suum in partem animæ suæ. Unde Psalmista inquit Psal. 40, 9. *Et lex tua in medio viscerum meorum.* Quibus verbis innuitur, quòd David Rex super quo pax, virtute comestionis suæ atque meditationis ciborum tempore institutæ introduxerit illas guttulas, quæ sunt scintilla Legis, intra viscera sua. Et de hac meditatione dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, quòd duo reges Abrahami patris nostri super quo pax, scaturiverint Sapientiam virtute istarum guttarum, de quo alibi specialiùs. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Si quis deglutiat amarum, non satisfecit; quoniam opus est masticatione dentium, ut inde producantur istæ guttæ. Et nota quòd vox מרור æquipolleat voci מורת. Si ergo quis deglutiat illud, tunc מות sive mors manet integra, quod absit! unde opus est masticatione dentium. Et virtute hujus, Vav illud, quod est in medio Aleph תּוֹ אין discinditur תּוֹ Tav vocis מורת in duo Resch, ut inde fiat מרור, imo & ipsa est Vav istud in voce מורת.

Literæ מנצפך

Numerus 16. dentium in literis initialibus allegati textus.

Duæ medietates תּוֹ Aleph.

Autoris meditatio in mensa.

Amari deglutitio vana; non item masticatio.

Gem. voc. מרור & מות מרור ex מורת

Ortus 32. dentium.

Unde opus eſt maſticatione 32. dentium provenientium de virtute Vav literæ Aleph אין, quæ diſciſſa eſt in duas vi Severitatum, quæ ſunt Lux de nigredine: Unde Vav illud ipſum, quod etiam eſt Vav literæ מורת, ſcindit literam Tav vocis מורת in duo, nempe in duo Reſch, & inde fit מרור: Unde opus eſt maſticatione dentium, ut diſcindatur מרור, ut indigitetur non diſciſſo illo ipſum relinqui integrum, cum tamen ſit Tav vocis מות quæ eſt virtus partis alterius, juxta myſterium Tav in voce תמות Gen. 2, 17. & Ezech. 9, 4. *Signato Tav ſuper frontes virorum.* Et ſcito quod hoc Vav etiam ſit lancea, qua Pinchas occidit Simri, quoniam ſimilis eſt lanceæ, & meditationi ejus atque nominibus pertinentibus ad operationem hanc ereptus ſit à Simri & $\frac{m}{12}$ viris, qui collocati erant circa tentorium ejus pro illius cuſtodia. Nun Vav in voce מות volitabat in aëre, ut intraret inter Mem & Tav, ut vox מות fieret integra ad faciendum conſummationem quod abſit! Pinchas autem ſtabat & ſumebat illam בירו *manu ſua* Num. 25, 7. Ne dicas בירו ſed ביורו per Jod ſuum, quod eſt ſignum fœderis, quod ipſi datum erat. Propterea dicitur ibid. v. 12. *Fœdus meum pax* עמי *cum Vav*, quod ſimile eſt lanceæ.

Litera Vav aſſimilata lanceæ.

CAP. XXXIX.

Character impreſſus Mundis אבי"ע.

§. 1. Fragmenta ſuprà dicta deſcenderunt quadruplici deſcenſu in Mundos אבי"ע & impreſſerunt atque conſignaverunt charactere ſuo in quolibet Mundo characterem ſeptem Sephirarum. Unde in mundis בי"ע non occurrit niſi ſeptenarius: Et tres primæ non ſemper ibi ſunt, Nec eſt ibidem niſi ipſorum materia prima, quæ ſunt vaſa.

Fragmentorum deſcenſus quare fuerit quadruplex.

§. 2. Quare autem deſcenderunt quadruplici hoc deſcenſu tantum, nec ultra? Ratio eſt; quoniam vaſa emanarunt de Nomine Tetragrammato Mundi Veſtitus conſtante è 4. plenitudinibus עב"ס מ"ה בן: Unde omnis Influentia redditur quadripartita ſub myſterio anterioris & poſterioris, dextri & ſiniſtri. Unde in deſcenſu eorum latus anterius ceſſit Mundo Aziluth; dextrum Mundo Briah, ſiniſtrum Mundo Jezirah, poſterius Mundo Aſiah. Ratio alia eſt, quod aër primus quadratus eſt, & in quolibet angulo plenitudinem aliquam habet Nominis Tetragrammati. Superioris autem & inferioris notio ibi non datur, quoniam ipſa ſubſtantia ejus infrà eſt & ſuprà, quippe quæ Veſtis eſt; unde deſcenſus ſunt 4. tantum, nec plus, nec minùs. Et quodlibet fragmentum eſt quadratum ſub myſterio anterioris & poſterioris, dextri & ſiniſtri.

60. myriades fragmentorum unde.

§. 3. Ex quolibet autem Vaſe facta ſunt 60. myriades fragmentorum: Et quodlibet fragmentum nomen habet proprium, quod operationes producit admirandas, ſicut exponitur in Libro Sigilli R. Eliezeris de Garmeiſa.

Et

Et ex eo prodeunt plurimæ turmæ Angelorum: Et postea prodeunt ex illis stellæ & Planetæ, & vortices, & puncta dominantia, quæ sunt capita stellarum, sub quibus multæ sunt stellæ: Numerus enim capitum omnium est 236. millies mille myriades, & ex illis prodeunt stellæ innumerabiles. Ortus Angelorum, stellarum & Planetarum.

§. 4. Et scito, quòd quælibet stella habeat Alphabetum per se, nomenq; unum, in ipsam dominium habet cum Angelis suis. Designatio autem numerorum est plenitudo literarum משכן hoc modo: מם שין כף נון quæ plenitudo ipsis sine literis משכן, quæ sunt radix, efficit 236. Textus autem, qui numerum istum indigitat, est iste Exod. 40, 34. *Et gloria Domini replebat* המשכן *tabernaculum*, i.e. Si scire volueris magnitudinem gloriæ Domini, fac plenitudinem literarum משכן, quæ est influentia desuper prodiens, estque 236. Numerus 236. in voce משכן

§. 5. Quin etiam castra gloriæ Domini, quæ sunt castra Schechinæ, sunt 236. millies mille myriades, nec unquã descendunt infra hunc numerum. Et idem quoque valent voces רחב הכבר latitudo glorię, quæ est super throno, sicut exponitur in capitulis de Palatiis & in libro Mercavæ magnæ & parvæ, & in Libro Æstimatio Staturæ R. Iismaël, ubi latitudo æstimationis staturæ gloriæ est 236. millies millena millia myriadum milliarium. Quodlibet autem milliare est Nomen aliquod. sic enim vox פרסה per Gematriam æquipollet voci השם cui etiam per Gematriam æquipollet משה, qui restituit nomina ad fulgorem admirandum: Atque idem numerus per Gematriam est in אל שדי. Et hoc est mysterium illius textus: Exod. 6, 3. *Et apparui patribus in* אל שדי. Et quoniam anima ejus erat ex isto gradu, necesse erat, ut ipsi monstraretur gradus quidam celsior. Idem numerus in vocib9 רחב הכבר. Gem. vocis פרסה & vocis השם vel משה vel אל שדי

§. 6. Et sic omnis Influentia Mundi מל בוש extat sub mysterio 236. quoniam 231. portæ cum He ultimo Nominis סג producit 236. Quæ emittunt omnem influentiam in mundos, atque ex isto numero revera conficiuntur. Numeri 236. Fundamentum.

CAP. XL.

§. 1. Maxima pars corticum formata est in Mundo restituto è mysterio coctionis duorum testiculorum in fundamento τῦ Abba; quæ sunt Nezach, Hod in Fundamento Abba: Atque ibi excoquuntur lumina ista, nimirum 49. illæ myriades. Et septies septem istæ literæ de 7. luminibus internis fragmentorum vasalium, quibus etiam adhærebant multa judicia, opus habebant hâc coctione pro separandis judiciis; & hæc ceciderunt deorsum, & consociata sunt cum sociis suis, qui priùs deorsum deciderant tempore fragmentorum vasalium: Et constituerunt tres Mundos judiciorum & corticum versus lucem externam τῶν בינע quæ est quadratura & posterioratio. Et quamvis aliqua pars horum mysteriorum deinceps in Mundo Hattikkun pertineat Mysterium coctionis duorum ovorum. Necessitas ejus coctionis.

ad ſtructuram נוקבא & Uxoris ejus; nihilominus & hic non debent omitti, ut & hac in Sectione oſtendatur, quomodo conſtructæ ſint turmæ impuritatis. Nec tamen poſtmodum à propoſito digrediar. Quod ſi enim res ita tractarem per ſaltus mixtos atque inordinatos, nemo iſtas intelligeret. Verùm enimverò in Mundo Aſiah uberiùs de illis dicam, & propterea alibi breviùs loquar. Nec mireris, quæ ſcribam de gutta duobusque teſticulis & coctione atque ſimilibus; Nam jam data nobis eſt licentia, ſicut apparet in Hiob, qui dicit cap. 19, 26. *Et in carne mea videbo Deum*: Et Magiſtri noſtri dixerunt: Lex loquitur phraſi humanâ.

Gutta commixta תו"ת & Uxoris ejus. Exempla ſenſus myſtici in phraſibus Cabbaliſticis.

§. 2. Et ſcito, quòd omnes operationes, de quibus diximus & dicemus imposterum, ſint nomina operantia operationes diverſas ſecundùm gradus ſuos. Verbi gratia, quando dicitur gutta commixta תו"ת נוקבא & Uxoris ejus, qui ſunt ſub myſterio guttæ; Senſus myſticus iſte eſt, quòd literæ Nominum permixtæ ſint, nec ſociatæ ſuo ordine literæ cujuslibet Nominis, ſed omnia ſimul confuſa, ut nullum nomen per ſe cognoſci queat. Et cùm dicitur: Arich Anpin extendit manum ſuam dextram, & accepit guttam Seir & Uxoris ejus; ſenſus eſt iſte, quòd Nomen unum, quod in Cheſed תו"ת Arich Anpin, acceperit illa nomina, & ordinaverit iſta 49. lumina confuſa, & immiſerit illa in cerebrum Abba, in cujus Cerebro eſt nomen aliquod magnum valde, & accipit nomina iſta, & ordinat ea, atque demittit ea ad inſtar medullæ ſpinalis, ubi ſcriptum eſt Nomen unum juxta longitudinem medullæ, ſicut apparet in Sohar ſectione Pekude in Hechaloth. Et cùm dicitur, quòd deſcenderint intra duos teſticulos fundamenti Abba; ſenſus eſt, quòd ibi ſint duo Nomina, quibus eſt facultas maturandi hæc Nomina, ut mitigentur & colligantur & ſeligantur, ut poſſint cognoſci ſingula per ſe: Utque ſeparentur ויהין atque literæ, quibus non opus habent hæc Nomina. Nec veniat tibi in mentem cogitatio quædam corporalis, quod abſit! in myſteriis iſtis, ne puniaris, ſed cogites, quòd omnia Nomina atque literæ Lucis vivificantis omnes Mundos operantes operationes ſuas per Cheſed, Din vel Rachamim. Reſiduum refert id, quod adverſatur Nominibus Sanctitatis, nihilque operatur niſi malum quotidie.

In Cabbala cogitationes corporales locum non habent.

Cap. XLI.

Origo corticum & judiciorum. Origo Deorum alienorum.

§. 1. Senſus autẽ horum hic eſt, quòd deſcendentibus luminibus illis תו"ת נוקבא in fragmentis, quæ ſunt nomina, ex illis exorta ſit radix corticum & judiciorum, ſicut noſti. Ex illis nominibus corticum & judiciorum prodierunt nomina alia, & adhæſerunt nominibus Sanctitatis; Et hi ſunt Dii alieni, quorum applicatio tendit ad Elohim ſanctos.

§. 2. In

§. 2. In Sanctitate autem ſunt 120. Elohim, quoniam 5. literæ ſtruunt 120. domos: in impuritate autem ſunt 121. juxta myſticum illud: Quicunque addit: diminuit; daturque in illis dextrum & ſiniſtrum, juxta myſterium throni רם excelſi atque elevati: Huic autē in corticibus oppoſitus eſt fructus מר amarus, cui per Gematriam æquipollet עמלק qui continet omnia judicia gravia: Atque etiam æquipollet voci ארם Syria, juxta myſticum illud: Quicunque addit, diminuit; Et hæc contermina eſt terræ Iſraël, & prima erit, quæ mundabitur tempore futuro. Quin & פלשתים per Gematriam æquipollent ٧٥ אלהים 10. ſumpto.

Elohim Sanctitatis.
Elohim Impuritatis.
Eorum numerus in voce רם & מר
Gem. vocis עמלק & מר, item ארם
Gem. vocis פלשתים & אלהים
Gem. inter 120. Elohim & vocem צל & inverſam לץ
Gem. vocis לץ & בגיהנום 7. habitacula impuritatis.

§. 3. Et iſti 120. Elohim per Gematriam etiam æquipollent voci צל umbra, ubi nō eſt metus ab Elohim Sanctitatis. Et inverſum ejus eſt לץ deriſor, quæ vox per Gematriam etiam æquipollet ٧٥ בגיהנם, quo denotatur, quòd omnis deriſor decidat in Gehennam; talis enim accendit omnes ignes Gehennæ. Et in eo 7. ſunt habitacula, quæ ſunt rejectamentum atque cortices 49. myriadum literarum: qui ſunt ſepties ſeptem gradus, à quibus procedit omne myſterium numeri ſeptenarii. His ſi addis 4. gradus impuritatis, qui ſuper eis, fiunt 11. juxta illud: Omnis addens diminuit.

Quomodo malum in Mundo eſſe potuerit, corticibus nondum actu exiſtentibus.

§. 4. Nec mireris, quòd hactenus diximus de virtute Nominum corticum atque judiciorum, quamvis cortices nōdum exiſterent; Radix enim corticum jam aderat, in quo cortices in potentia erant. Et niſi peccaſſet Adam primus, cortices non prodiiſſent in actum. Quod ſi autem objicias: Si cortices nondum prodierunt in actum, quomodo peccavit homo primus, cum nondum eſſet figmentum malum in mundo? Reſp. quòd corpus Serpentis fuerit creatio perfecta, ſicut dicitur Jeſ. 45, 7. *Et creans malum*: Et creatum eſt tempore fractionis vaſorū de literis מנצפך durioribus, & de parte extantiore ٧٥ Nun. Et cortex prius prodiit quàm medulla, quę eſt Sanctitas: ſicut ſe habet fructus quidam, cujus cortex nucleum includit, qui tamen cùm hic comeditur, diſpergitur foràs, ita ut aſſumatur fructus. Propterea dicitur Job. 27, 16. *Impius parabit, & juſtus induet.*

Corpus Serpentis judiciorum receptaculum.

§. 5. Et judicia venientia à fragmentis vaſorum inveniebant corpus ſerpentis paratum ut ea reciperet, poſtquam ſeparata erant à נא virtute Excoctionis duorum ovorum Fundamenti Abba, & deſcenderant deorſum, nec invenerant quietem pro vola pedis ſui, donec exiſteret Serpens, qui eſt ille, de quo dicitur Gen. 3, 15. *Ipſum conteret tibi caput*: Atque ille magis erat idoneus ad recipiendum illa judicia, ſicut alibi dicam, juvante Deo.

Origo omnium rerum.

§. 6. Sic autem intelligenda ſunt iſta: quòd omnes res divinæ ſint, ſive ſpirituales ſint ſive corporales; Omnes enim factæ ſunt per 231. portas memoratas in textu Libri Jezirah, quas ego ordine recenſui Sectione prima hujus Libri; Et hæc ſunt 22. Alphabeta excepto אל כם ex quibus Lex eſt compoſita.

§. 7. Li-

Literarum distributio triplex in Chesed, Din ve Rachmim.

§. 7. Literæ autem dividuntur in 3. species, nimirum 12. simplices, quæ sunt הוזחטילנסעצק: Et 7. duplices, quæ sunt בגדכפרת, tres reliquæ sunt literæ אמש: Et dividuntur in tria genera, nempe Chesed, Din & Rachmim; benignitas, judicium & miseratio. Literæ autem מנצפך judicium denotant omnium gravissimum, inter quos tamen Nun longum omnes puritate præcellit, & ex illo factus est serpens, sicut diximus; Et hæc ipsa litera figuram habet serpentis, atque sic Serpens quoque durissimum denotat judicium inter omnes bestias. Et literæ מנצפך sunt protensio 5. Severitatum, & radix earum in Sohar vocatur בוצינא דקרדי נוקא efficiuntque numero suo פֵּר 280. cui æquipollet Nomen סנדלפון qui est Angelus יער seu sylvæ mundi Asiah, quoniam maxima pars ejus sunt *arbores steriles*, Jes. 41, 19. potiùs quàm arbores fructiferæ; quoniam malum ibi prædominatur primo. Porrò hunc numerum quoque habet עיר urbs Sancta, quæ est sandalium ejus. Atque id indigitatur in textu Cant. 5. 1. *Comedi favum meum cum melle meo*, sicut locò suo exponam.

Literarum מנצפך descriptio, ortus & Gematria.

CAP. XLII.

Judiciorum receptaculum corpus Serpentis.

§. 1. Serpens iste factus est de aculeo Nun hujus finalis, sicut exponetur in Mundo Asiah. Et quoniam istæ virtutes judiciorum, quæ adhærebant תּוֹ Seir & Uxori ejus, desiderabant purificari & sanctificari, & quia separabantur & præcipitabantur deorsum, nec inveniebant gratiam in oculis תּוֹ Arich, ut restituerentur, quoniam amara erant valde, ideò non inveniebant requiem, nisi in Serpente hoc, qui revera domus atque vas eorum erat, cum antea non reperirent receptaculum.

Serpentis zelotypia erga Adamum ejusque effectus.

§. 2. Cùm ergo judicia ista requiescerent in Serpente, zelus istum agitabat erga Adamum propter Chavam, unde in illam immittebat impuritatem menstrui. Postea offerebat isti, ut ederet de fructu; & cùm ipsa videret, quòd lapsa esset in rete concupiscentiæ pravæ, quærebat etiam labefactare Adamum, dabatque ipsi, & edebat, sicut dicitur Gen. 3, 6. *Et dedit etiam viro suo secum & comedit.* Et postquam comedisset inscius, deinde iterum comedebat sciens, quia statim in eo dominabatur prava concupiscentia.

Comestionis de fructu consequens.

§. 3. Et postquam comederat 5. istas Severitates, quæ mitigatæ fuerant per 5. Benignitates; illæ sese iterum corroborabant: Et postquam fructus intrasset in ventrem ejus, statim oriebatur in eo prava concupiscentia.

Pravæ concupiscentiæ subjectum & origo, item effectus.

§. 4. Et hæc comestio pertigit quoque ad omne vivum, & omnia cadebant in rete ejus præter unicam avem, quæ vocatur חול sicut scriptum est Job. 29, 18. *Et sicut* חול *phœnix multiplicabo dies.* Et hoc fuit initium pravæ concupiscentiæ in mundo ipso actu. Et ex hoc facti sunt cortices & pars adversa. Hactenus enim judicia & cortices non erant ipso actu, sed in potentia remota admodum atque occultæ adeò, ut neutiquam possent videri. Deinceps autem crassiora facta sunt judicia & cortices prodierunt in actum & adversati

sunt

ſunt Sanctitati, ſicut ait textus Gen. 3, 15. *Illud conteret tibi caput, & tu comminues ipſi calcaneum.* Senſus eſt: Enata lite in mundo cortex aliquid aſſugere volebat de Sanctitate, ſed non prævalebat niſi calcaneo Sanctitatis juxta myſterium cognitionis immundæ, ex phraſi Gen. 4, 1. *Et Adam cognovit Chavah uxorem ſuam*; quod eſt myſterium corticis קְלִפָּה quòd nempe Adam primus concubuit cum uxore ſua menſtruata, atque diebus profeſtis corrupitque calcaneum hunc, qui antea erat tunica אוֹר lucis & ſepimentum & velum diſtinguens atque veſtis Sanctitatis. Et Adam primus perrumpebat veſtimentum hoc, & de eo dicitur Eccleſ 10, 8. *Qui perrumpit ſepem, illum mordebit ſerpens.* Iſte enim cupit benevolè agere cum Iſraële, & (ex parte Sanctitatis) vocatur bilanx juſtitiæ, ſi fortè poſſit ſervari per Sanctitatem. Poſtquam autem corruptus eſt, vocatur *bilanx doli*, & de eo dicitur Hoſ. 12, 8. *In manu* כְּנַעַן *mercatoris trutina doli opprimere dilexit*, id eſt, cùm cortex eidem ſe applicuiſſet, & ipſa eſſet in manu Canaan opprimente omnes animas venientes deorſum, ſicut in Sohar dicitur Sectione Miſchpatim: Non ſine cauſa dixit Schlomo Rex, ſuper quo pax! Eccleſ. 4, 1. *Vidi lacrymas oppreſſorum, & non erat illis conſolator, & de manu opprimentium eos viribus, &c.* Nam poſt nodum vi eripiunt animas ab eo juxta myſticum illud Exod. 21, 8. *Non deſponſavit eam, & redimere faciet eam populo alieno: Non dominabitur ad vēdendum eam, cùm ſpreverit eam*; Et de parte Exteriorum idem vocatur tunica עוֹר pellis, quæ ſunt רַע nempe Arbor ſcientiæ boni וְרַע & mali, de qua præceperat illi DEUS, ne comederet ab ea, nec commiſceret bonum cum malo. Nam omnis comeſtio ſcorias profert ſuperfluas. Et ante peccatum hominis bonū conſiſtebat per ſe ſolum, atq; ſic & malum in Mundis בְּרַע per אֹא qui ſeligebat cibum è rejectamentis: Ipſe autem homo commiſcebat illa. Ideò neceſſaria eſt per myſterium mortis ſelectio alia nova.

Bilanx juſtitiæ.
Bilanx doli.
Ante peccati introductionem ſtatus boni atque mali.

§. 5. Literæ autem רַע malum, deſignant voces רֹאשׁ עֵקֶב: Et in hoc peccavit עֵר primogenitus Jehuda, cui nomen erat, עֵר quod eſt עֵקֶב רֹאשׁ ad denotandum quòd calcaneus Sanctitatis prædominaretur capiti corticis ad eximendam deglutitionem oris ejus, ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 74, 13. *Confregiſti capita draconum in aquis:* quæ ſunt guttæ benignitatis abſorptæ in capite corticum, qui vocantur תַּנִּים defectivè, ad oſtendendum, quòd caput corticis hujus illud ſit, de quo dicit R. Schimeon Jochaides Sectione Bo ſuper ipſo textu, ubi inquit, quòd iſti תַּנִּים habeant foramen in capite ſuo ad denotandum receptaculum, quod habent in capite ſuo ad hauriendam influentiam de calcaneo Sanctitatis. עֵר autem primogenitus Jehudæ ſic non faciebat, ſed perdebat in terra, & corroborabat cortices, dum effunderet influentiam fœderis ſancti in terram in manus corticum atque efficiebat, ut caput corticum prædominaretur calcaneo Sanctitatis: Ex quo fiebat, ut עֵר verteretur in רַע eumque occideret Dominus, quoniam dominari fecerat arborem mortis; applicuerat enim ſe morti.

Notarikon vocis רַע & רֹאשׁ עֵקֶב.

Inverſio vocis עֵר & רַע.

Modus seductionis Chavæ.

§. 6. Et serpens mulier fornicatrix seducebat & decipiebat Chavam beneficio corticis נוגה quæ quidem & ipsa est Sanctitas atque desiderat Benignitatem exhibere Israëli. Ipsa ergo accipiebat benignitates easque furabatur à copula sancta; quoniam ipsa quoque comprehensa est in Sanctitate atque cum Schechina ascendit sursum: Deinceps autẽ istas benignitates dabat cortici pro mitigando illo. Et hoc est mysterium illius textus Prov. 9, 17. *Aquæ furto sublatæ dulces sunt.* Atque ita beneficio נוגה fulgoris, cortices atque Serpens seducebant Chavam. Sed de his satis.

Corruptela omnium ex copula Adami primi cũ Chava immunda.

§. 7. Omnia autem hæc sic corrupta sunt per copulam Adami primi cum Chava in menstruo ejus, quæ est immunditia semenque impurum Serpentis congressi cum Chava, antequam cum ipsa congrederetur Adam. Est autem regnum terræ, si ita dicere licet, sicut regnum firmamenti. Sed sapienti satis.

5. Severitates quid sint.

§. 8. Jam ergo tibi patet, quòd propter peccatum Adami primi facta sint omnia suprà dicta. Scito autem, quòd 5. Severitates sint 5. Tetragrammata cum punctatione Elohim, quæ efficiunt 130. Hinc Adam 130. annos sedebat in flumine Gichon ad collum usque juxta numerum istarum 5. Severitatum, quas vitiaverat: Quæ tamen nihilominus non restituebantur, prout decuisset. Nam Lilith impia cum videret magnitudinem corruptionis ejus, confortabatur in corticibus suis veniebatque super Adamum ipso invito, cumque ipso calefacta ex illo generabat multos dæmones, spiritus & stryges: Hinc illa 130. non restituebantur modo debito. Hujus ergo intuitu nos dicimus precationem illam ויהי נועם quolibet Sabbato exeunte, in quo sunt 130. voces cum textu, quem repetit nuncius Ecclesiæ. Nam Sabbathum evertit omnes Severitates judiciorum, de quibus cõpositus est Psalmus 92. 1: *Canticum pro die Sabbati*, qui cùm dicitur: *Dissipentur omnes operatores iniquitatis. Nam ecce inimici tui Domine peribunt.* ibid. v. 10. Exeunte autem Sabbato confortantur judicia de novo, & illo tempore impii revertuntur in Gehennam: Ideoque dicunt Canticum malorum occursuum, ut in fugam convertantur judicia atque mitigentur per mysterium orationis ויהי נועם unde mitigatio Matris supernæ.

Precatio ויהי נועם

Sabbathi celebrati & exeuntis diversi effectus.

Gem. קל & עין Vitium in duobus oculis רש Seir unde

§. 10. Porrò scias, quòd קל 130. æquipolleat רש עין secundùm numerum 5. Tetragrammatorum Geburathicorum, quæ vitiata sunt. Sunt tamen etiam 5. Tetragrammata Chasadica, quæ etiam efficiunt 130. juxta numerum עין. Atque hi sunt duo oculi רש Seir; Unde vitium perrexit usque ad duos oculos: 5. erga 5. unde vitiatis 5. Severitatibus etiam vitiantur 5. Benignitates, ut vires ipsis non essent ad mitigandas eas. Unde Scriptura dicit Gen. 38, 7. *Et fuit* ער *primogenitus Jehudæ* רע *malus in oculis Domini.* Nempe רע *malum fuit in* duobus *oculis* ejus, qui sunt 5. Benignitates & 5. Severitates suprà dictæ.

Vitii ejus finis.

§. 11. Tempore autem liberationis *erunt oculi ejus sicut columbarum ad exursus aquarum loti lacte.* Cant. 5, 12. Omnes enim benignitates sicut lac, quod

quod nota, quæ est mitigatio, quæ sanguinem convertit in lac. Sed satis intelligenti.

§. 12. Atque jam expositum tibi est, quomodo extiterit concupiscentia prava atque cortices per Adamum primum. Atque hic est modus unus phrascos, qua loquitur Lex; eodemque se modo habent omnia membra corporea in Lege descripta.

Cap. XLIII.

§. 1. Jamque amice, qui contemplaturus es libros istos, viam tibi aperiam rectam, magnamque tradam regulam circa peccatum Adami primi, quâ valdè opus est pro scintillis puritatis. Quamvis ex parte saltem hac Sectione ista sim traditurus, latiori diductione ad alia loca reservatâ, cum nempe venero ad Commentarium de peccato Adami primi per se.

§. 2. Jam ergo notum est intelligentibus, quòd Adam primus vitiaverit omnes Mundos, unde omnes Sanctitatis scintillas ab ipso decidere oportebat; quæ deinde miscebantur per omnes 4. ventos mundi, & singuli de 70. Principibus populorum capiebant portionem suam. Istæ autem scintillæ medium facultatemque non habent aliam hinc iterum exeundi, nisi Israëlitas, qui servant præcepta, funduntque preces, & per preces suas illas elevant sub mysterio a quarum fœmininarum; atque tunc fecernunt omnes. Scintillarum corruptela, dispersio, & elevatio.

§. 3. Eodem modo etiam fit in mundo venturo post obitum Justi ex hoc mundo; non enim datur justus in Israël, qui non transeat intretque in Gehennam, quamvis illam non sit meritus; Gehenna enim circundat Sanctitatem hortumque Eden, atque talis hâc viâ istum adire cogitur. Hoc autem efficit transitus ejus per Gehennam, ut inde educat virtute operum suorum impium aliquem de Israëlitis ibi existentibus veste carentem; atque ipse talem recipit sub vestem palliumque suum. Et hoc etiam faciunt justi in vita sua in mundo hoc: Exulant enim penes gentes, ut istas scintillas educant. Et hoc est mysticum illud Scripturæ Eccles. 8, 9. *Tempus, quô dominatus est homo in hominem in malum sibi.* Gentes enim dominantur super Israëlitas, ut hi educant de manu illarum istas scintillas; atque hæ ipsæ sunt, quæ vitam dant cortici, quoniam cortices mortui sunt. Atque hoc est mysterium illud, quod impii in vita sua vocantur mortui, quoniam ipsis non est Neschamah sancta de Fundamento, quod vocatur vita Mundorum; duos intellige mundos, istum nempe & venturum: sed Nephesch tantùm habent de cortice, qui vocatur mors atque umbra mortis: Unde tantùm per istas scintillas vivi sunt. Et hæc est causa, quod cortices appetitum atque desiderium habeant prehendendi animas, & ipsas seducendi ad peccata: quoniam ipsis non est vita, nisi per peccata nostra; tunc enim facultatem habent abripiendi animas puras & sanctas, Scintillarum liberatio futura ex Gehenna, ut & hujus temporis.

unde vitam habent. Hinc magna est pœna impii, qui emori facit sanctitatem, eò quod illam tradat in manum mortis atque corticis, & corticem vivificat.

Exiliũ Schechinæ ejusq; commodum in Israelitas redundans.

§. 4. Sed Israëlitæ etiam opus habent exiliô Schechinæ per omnes 70. linguas, ubi sunt scintillæ Sanctitatis de anima Adami primi prolapsæ inter cortices 70 linguarum; quibus non est facultas inde regrediendi, nisi misericordia ejus, qui benedictus sit! exulare nobiscum jussisset Schechinam: Atque ista colligit illas animas ad se sub mysterio aquarum fœmininarum beneficiô 10. occisorum ab imperio. Atq; illa per istos recipit has scintillas juxta mysticum illud Thren. 3, 22. *Magna est fides tua*; quæ est Malchuth, quæ vocatur אמונה fides. Ista fit magna & grandis, juxta illud: Urbs Jerusalem plena est animarum totius Israël mortuorum & viventium.

Schechinæ accessus ad animam.

§. 5. Et quando perfecta est maturatio copulæ, tùm Deus, qui benedictus sit! animam hanc vel illam in mundum hunc demittit. Et quando completa est portio scintillarum, quam illa debet elevare; tunc Schechina venit ad animam, ut illam recipiat è Mundo, eiq́ue det gradus Nephesch, Ruach, Neschamah, Chajah, Jechidah, in perfectione, ut per istos elevatio sit perfecta, purusq́ue locus spatii, ubi steterant scintillæ ejus: Et per illas efficit copulam perpetuam. Atque ista sufficiant pro contemplante, ne fortè erroneè cogitet, quod anima scintillarum statim de loco impuro deorsum in Israëlitam veniat; quod minimè credatur! Schechinah enim, quę in exilio est, accipit illam animam & scintillas sub mysterio aquarum fœmininarum ad copulam cum Seir: Et deinceps Schechinah eam deorsum mittit in exilium in istum vel illum Israëlitam per illud spatium, in quo ipsa est: & quando finita erit collectio ista exiliorum ex omnibus 70. corticibus, ut pedes pertingant ad pedes, tunc locum habebit illud Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum*: sicut dicitur in Sohar Sect. Pecude. Atque sic intelliges, quomodo peccatum Adami primi causatum sit omnia exilia usque ad dies Messiæ.

Quæ ratio exiliorum Israeliticorum.

§. 6. Et sic etiam intelliges, quare Israëlitas oportuerit esse in exilio Ægyptiorum & Medorum, & similibus, & quare ista 4. noteritur præ cæteris, cùm tamen exulaverint per omnes 70. linguas; & quare non fiat mentio nisi horum 4. tantum; & quare in istis 4. exularint omnes Israëlitæ, cùm sufficiat, si in cæteris 70. linguis unus tantum Israëlita exulet, idq́ue reputetur, ac si omnis Israël ibi exulasset. Res autem ita se habet, sicut principium & fundamentum Sanctitatis sunt 4. fluvii, qui sunt 4. literæ Tetragrammati, ita horum respectu Israëlitæ exulârunt penes 4. fluvios prodeuntes de cortice; atque isti comprehendunt omnia. Et dum exularunt animæ, fundamentum omnium scintillarum animarũ abierunt ad 4. illos fluvios prodeuntes de cortice. Unde omnes Israëlitas oportuit exulare in 4. illis. Nam quantum ad notiones omnium & singulorum hominum, una sanè notio respicit radicem ejus; atque tunc ille Judæus ibidem exulat, quoniam ab illa radice provenit;

Quatuor animalia immunda.

Et

Et notio animæ illius est, ut exinde educatur. Et ex hoc intelliges cætera omnia. Atque ex hac etiam causa primum exularunt in Ægypto, qui est primus 4. fluviorum, quoniam est exilium capitis. Et socia ipsi est Babel, de quâ dicitur Dan. 2, 38. *Tu es caput ipsius de auro.* Talis enim est exilii ordo, ut Sanctitas ingredi incipiat in capite, abeatque deorsum usque ad pedes. Et cùm sic ingressa ibi est Schechinah ad pedes usque, tunc maxima est potentia exterioribus; erit enim sicut fluvius arctus: Atque mox veniet lux redemtionis Jes. 59, 20. *Venietque in Zion Redemtor.* Intensio enim exilii est causa redemtionis. Expurgatis ergo planè pedibus locum habebit illud Jes. 25, 8. *Absorpsit mortem in æternum.*

§. 7. In exilio Græcorum autem & Edomitarum non exularunt omnes Jisraëlitæ, quoniam decem tribus primùm exularunt in Assyria. Et ratio est quod notiones scintillarum illarum, quæ in Græcia & Edom, sint isti tribus &c. Et hæc quilibet prudens per se intelliget.

§. 8. Ecce autem omnium redemtionum tempore liberatio non fuit perfecta; quoniam relictæ sunt scintillæ parvæ, quibus admodum prævaluit manus corticum, ita ut non potuerint secerni, nisi longô tempore, unde non opus fuit, ut Israëlitæ ibi retardarentur, sed exiverunt ab illo exilio. Non tamen obstat hæc ratio, quin redire quis possit in locum illum, quoniam adhuc ulteriùs opus est, ut ibi exulet talis homo, qui venit de radice illarum scintillarum ibidem relictarum, nec adhuc eductarum. Adhuc enim relictæ sunt scintillæ minutæ, partim ex Babel, partim ex Media, Græcia, locisque similibus, quæ non perfectè potuerunt secerni. Nihilominus tamen omnes liberationes, quibus redemti sunt Israëlitæ, vocantur redemtio propter fundamentum, quamvis non sint redemptio perfecta. Redemtio tamen Ægyptiaca perfecta erat redemtio: Et hoc est mysticum illud, quod dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ, super textum illum: Spoliaverunt Ægyptios, quod fecerint illam regionem sicut fossam profundam, in qua nulli amplius pisces. Non enim relicta est ibi ulla Sanctitatis scintilla, & redemtio Schechinæ fuit perfecta, quæ in nulla alia redemtione invenitur. Et hæc est causa, quare mentio fiat exitus ex Ægypto præ omnibus reliquis redemtionibus hactenus ante redemtionem postremam factis. Et fundamentum in eo consistit, quod in reliquis terris adhuc relictæ sint scintillæ minutæ adhuc colligendæ; in Ægypto autem non ulla remansit Sanctitatis scintilla, & redemtio Schechinæ ex illo cortice perfecta fuit; quòd ita se non habet in ulla redemtione alia.

Exulantium Israelitarum nulla redemtio perfecta.

Excepta Ægyptiaca.

§. 9. Futurô autem tempore cùm redemtio universalis fiet in toto mundo, redemtio Ægyptiaca erit quasi accessorium quid, & redemtio ultima ipsum fundamentum. Et propterea dixerunt Magistri nostri bonæ memoriæ in tractatu Berachoth cap. 1. Aquo tempore? Didicimus, Dixit Ben

Redemtio universalis futura omnium perfectissima.

Soma ad ſapientes: Fietne mentio exitus ex Ægypto in diebus Meſſiæ? Atqui jam dictum eſt: *Ecce veniunt dies, dicit Dominus, & non dicent amplius, Vivit Dominus, qui aſcendere facit filios Iſrael ex Ægypto*; Sed vivit Dominus, qui aſcendere fecit, & reduxit domum Iſraël de terra aquilonari & de omnibus terris, in quas propulſi ſunt? Reſponderunt ipſi: Non planè evelletur exitus ex Ægypto de loco ſuo, ſed regnum illud fiet res principalis & fundamentalis, exitus vero ex Ægypto acceſſorium ejus. Liberatio ergo ex Ægypto poſt ſe tamen habuit aliqualem defectum, quia ſcil. in omnibus reliquis terris adhuc fuerunt ſcintillæ: Futuro autem tempore redemptio erit univerſalis, poſtquam nullus erit defectus; ipſa enim continebit collectionem ſcintillarum è toto mundo. Atque ſic intelliges myſterium illud magnum de exiliis, quare nempe Iſraelitas oportuerit exulare per omnes 4. ventos mundi. Et ſicut dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ Iſraelitas exulare in omnibus 70. linguis: Dum enim Judæus unicus exulat in hoc vel illo populo ſingulatim, idem eſt ac ſi in ipſo vel alia natione totus Iſraël exularet: Atque hoc fit pro ratione ſcintillarum animæ ejus, quæ ibi ab ipſa ſunt colligendæ.

Exilium unius Iſraelitæ exilium omnium.

§. 10. Atque hinc patet, quod omnes 70. populi dominati ſunt ſuper Iſrael, atque hi ibi exularunt. Et hoc eſt myſticum illius textus Exod. 14, 13. *Quia ſicut videtis Ægyptios hodie, non amplius videbitis eos in æternum.* Et quare prohibitus eſt deſcenſus in Ægyptum præ omnibus terris extra terram Iſrael? Myſterium in eo latet, quòd ibi nihil omnino ſit relictum, & in exilio Ægypti omnia ſint collecta, non remanentibus ullis reliquiis; unde non licuit redire illuc. Quin & ערב רב intermixta plebs multa, qui fuerunt filii illorum proſelytorum, quos ad Judaiſmum converterat Joſeph, quique non erant defecati ſicut decebat, & illos, inquam, ſecum ſumpſit Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax, quòd non accidit in cæteris terris: Et quia dum populus Iſrael exulat, iſte ſecum affert ſanctitatem illamque eò introducit; unde ipſum oportet colligere ſcintillas illuc delapſas, quæ fuerunt membra animæ Adami primi, quæ priùs continuit omnes animas filiorum Iſraël: Hinc qui rediiſſet in Ægyptum, cauſatus eſſet exilium Schechinæ fruſtrà, & vivificaſſet exteriores poſtquam jam fuerunt mortui.

Exilium Iſraelitarum in ſingulis 70. linguis.

Cur deſcenſus Iſraelitarum in Ægyptum fuerit prohibitus?

§. 11. Verùm enim verò ex hac ratione tamen videbis, quòd nullum fuerit exilium è memoratis, in quo ipſis non fuerit excellentia quædam inſignis. Cùm enim exularent in Ægypto, dominabantur in toto mundo; quia Schechinah ibi exulabat, & Fundamentum vitæ ſuæ omnes populi exinde attrahebant, unde reliquæ terræ eorum erant acceſſorium: Hinc illud Gen. 41, 54. *quòd fames erat in reliquis terris, in terra Ægypti autem abundantia erat magna:* Cùm ergo Iſrael exiret ex Ægypto, regnum manebat humile. Et cùm exilium eſt in reliquis terris, iſtæ hinc aliquid aſſugunt. Futuro

Iſraelitarum exulantium prærogativa præ populis, apud quos exulant.

Tempore u-

uos autem tempore cum extenditur ea erit universalis, nec ullum amplius ad-
mittet, sunt nihil cortex aliquam habebit efficaciam, & vita illi non erit amplius
tollitur, & tunc locum habebit illi Iesa. 25. 8. *absorpta mortem in victoriam*,
quæ est illi ultima spiritus adhæsio. Sic igitur erit. *Corpus cum spiritu* ascen-
dentes & innocuæ ut decens ejus, nunc veniebant & ruebant in Zion &c.

Non autem deo, quibs servus cauferunt deo proinvent, fed quibs gnum fit Exulum ac
redemptionis, fecit fortis eft tempore venturo, iuxta illud Iesa 8. 18. ecce ego & fortium hoc memoria. Dicunt primi virtutio faciendo accelerant & tunc ve-
filii Mosis cum cognitionem eft tempore, cum agnitionem fiant ab ipfo. Ex- nerunt, cum
verunt decretes: Iacob, nec vni, ob multitudinem angustiarum. Quæ no- Cur adver-
tia. Et ne myrrhi coll gendarum fcintillarum dicunt Magiftri nulli bonæ ne Mefsiæ
memoriæ, filium David non venit, donec cognitionem fiant omnes nifi in ipsa quæ in corpore Adami primi. Sicut etiam dicerunt Magiftri nulli bonæ fanctæ memoriæ ad veniam filium David, donec gnum fiant omnes animæ fedes dicunt
animæ omnes animæ dependent ab Adamo primo, illis pendentibus in cæ-
pillo ejus, in ipfo filio, &c. Quæ vnus ipfe bonæ memoriæ exponat dari con-
fentio, ad cui nomen 93 quæ pertinet ad ipfo fenfus exponendi gnum fedes
tamen eft myrrhi mm autem aut, quæ pendentes ab Adamo primo, atque
de ipfa fedes in nunc cortices, & tamen de manu Sandi illius gnum fedes.
Cum in ea fedes ex redemptionem ficut dicitur Iof 60. 22. *Parvus erit mundo, & populus in gentem fortem. Ego Dominus facio verbum meum in tempore*
fuo, & velociter faciam illud. tempus illum & cæteris infantes in venire non.
Unde dicit R. Iochanan. Si dignus fuit, locum habet, *Accelerabo illud:* Si
indignus, locum habet, *In tempore fuo.* Ifa hoc eft myrrhum illum erit Exod.
7. 27. *Et fcintillæ erant, & multiplicabantur & rubor erat fuper vultu vidæ.* Ita ut
quafi fallum facet Sandus ille qui benedicitur, & erit vnde vidæ. Ita ut
quæ non quod 120. annos. Et hoc eft myrrhum illum in Midrafch Ruth 2. 20.
quod Sandus ille qui benedicitur fit amabulerit cum Abraham Patre noftro
fuper quo ait vita longa & bona &c. Sapiens ita intelligit quod locum ha-
beant *In tempore fuo & velociter faciam illud* fi placendum & con-
fentiendum Abraham Patrem noftrum fuper quo pax, quamvis quod iterum
Abrahamus in hoc non fit fedentium. Sed de his fatis.

C a p. XLIV.

§. 1. Tribus five Splendor ille erat quafi ager, & 10. pundta Mundi in pundta Tribus ille cum concordia: Et ita quodlibet gramminum five fegetum, Tribus.
minat juxta vires fuas. Ita pundta Mundi Tribus progerminabant fimgula in Tribus
pro viribus. Et quandocunque gramen aliquod tritici permanet loco
fuo, eum non proximi ad ftatum germinationis & reftitutionis, fed perfecta
eft

Digitized by Google

Eorum punctorum fractura, ejusque consequens.

est illa germinatio, absumiturque & veteraſcit in terra. Ita ſe res habet cum illis punctis; Dum adhuc erant in ſtatu ſuo, non perveniebant ad poſſibilitatem conformationis perſonarum, donec frangerentur. Nec etiam in Mundo Tohu ſunt 4. Mundi אבי"ע. Poſtquam autem confracta ſunt puncta hæc & ſelectus eſt cibus à rejectamentis, atque ſimila è furfure, tunc fiebant 4 mundi אבי"ע, non aliter atque in tritico; dum adhuc integrum eſt, nec immutatum, tunc permiſcentur ſimilago & furfures: Poſtquam autem molitur triticum, ſimilago ſeparatur à furfuribus. Sic & puncta hæc.

Quatuor Mundorum אבי"ע origo.

§. 2. Atque deinde accedente ſeparatione accuratiore è ſubtiliori & puriori, facta è Aziluth, quæ vocatur anterius, provenitque è Luce Jod in Tetragrammato. Ex eo quod deinde purius erat & ſelectius præ cæteris ſpeciebus inferioribus, facta eſt Briah, atque illa vocatur dextrum, provenitque de luce He primi in Tetragrammato. Quod deinde purius erat & ſubtilius inferioribus, Jezirah extitit, quæ vocatur ſiniſtrum, provenique de Vav Tetragrammati. Denique quod craſſius erat, & pars judicialis præ tribus ſociis ſuperioribus, factum eſt Aſiah, quæ vocatur poſterius, provenitque de lumine He poſtremi in Tetragrammato.

Anterius & poſterius, dextrum & ſiniſtrum in Mundis, quatuor.

§. 3. Et omnis quadratura vocatur poſterioratio, & denominatur phraſi percutiendi: quoniam literæ colliſæ & percuſſæ intra ſe invicem multiplicantur, & ſcintillas emittunt de grege ſociorum ſuorum ſub myſterio percuſſionis petræ, ſuper qua puniebatur Moſes Magiſter noſter ſuper quo pax. Nam סל"ע petra per Gem. eſt עץ"י arbor ſcientiæ boni & mali, ubi bonum ſunt Severitates & malum ſunt cortices. Et vox סל"ע æquipollet nomini Tetragrammato in literis ſuis multiplicatis & ſecum invicem quadratis binis ſemper paribus hoc modo. Decies ה"י facit 50: quinquies Jod facit 50: ſexies ה"י facit 30: quinquies ו facit 30. Unde 160.

§. 4. Et notum eſt, quòd Lex ſit bonum & cortices ſint malum, aquæ malæ & amaræ, & aquæ maledictæ includentesque & circumdantes bonum, ne prodeant foràs guttæ de puteo legis, juxta myſterium guttorum ſanguinis, quæ ſunt judicium grave & occultum valde, ut Iſraelitæ non aſſequantur myſteria.

Cap. XLV.

§. 1. Bonum eſt poſterius reſpectu mali in Mundo Tohu: Atque ſic etiam res ſe habet in Mundo Tikun, ſicut dicam poſtea. Id demonſtrare poſſumus per ſimile, quod ſuprà adduxi, quòd nempe privatio prior ſit exiſtentia.

§. 2. Erat autem intentio Benedicti bonum creare atque malum in mun-

mundo: Et radix corticum erat à Vaſis confractis: Ab iis facta ſunt judicia, & à judiciis facti ſunt cortices, atque inibi eſt radix mali.

§. 3. Radix autem boni ex illa luce eſt, quæ intra Vaſa confracta fuit, ad inſtar guttarum adhærentium lateribus Vaſis.

§. 4. Et ſi Sanctus ille qui benedictus ſit, non creaſſet mundos & iterum deſtruxiſſet eos, non potuiſſet eſſe aliquid mali in mundo, ſed omnia fuiſſent bona. Et notum eſt, quòd à malo agnoſcatur bonum, atque pariter non fuiſſet fructificatio & multiplicatio in mundo, ſicut dicunt Sapientes noſtri bonæ memoriæ in Tractatu Joma: Si concupiſcentia prava captivaretur per triduum in foramine Abyſſi magnæ, non inveniretur pro ægroto ovum unius diei. Quoniam appetitus nullam de ſe præberet influentiam, cùm tamen dictum ſit Jeſ. 45, 18. *Non inanem creavit illam, ſed ut habitaretur, formavit illam.* Quia & tempore venturo vocabitur Laban, eò quòd dealbabitur ab impuritate ſua & redibit ad dominium Iſrael, & orabunt Dominum, ut det ipſis appetitum concupiſcentiæ pravæ ad generandum liberos, ſicut invenimus in Midraſch Neelam Sectione Toledos in textum Gen. 25, 21. *Et rogavit Jizchak Dominum propter uxorem ſuam.*

§. 5. Et quanquam cortices non prodierunt de potentia in actum ante peccatum Adami primi; nihilominus in potentia tenui & occulta admodum erat radix mali corticum à Vaſis confractis & opus erat creatione, juxta myſticum illud Jeſ. 45, 7. *Faciens pacem & creans malum.* Atque ſic iſtæ quæſtiones occultæ admodum ſunt in myſterio ſuo, quid futurum fuiſſet, ſi concupiſcentia prava non prodiiſſet de potentia in actum, & ſi non peccaſſet Adam primus, & generatio deſerti & ſimiliter tempore venturo quid futurum.

§. 6. Et hæc omnia inde ſunt, quòd intentio Benedicti, cùm crearet mundum, finisque ejus hic eſſet, ut illum agnoſcerent Creaturæ ejus: Propterea creavit flagella ad cædendum iis peccantes, lucemque bonam ad dandam mercedem bonam juſtis. Et propterea neceſſum eſt, ut homo habeat liberum arbitrium atque electionem, dum bonum & malum in mundo ſunt. Et hinc dictum eſt Levit. 25, 17. 36. *Et timebis à Deo tuo.* Nam ille retribuit oſori, coram facie ejus, ut perdat eum. Et ſi non ædificaſſet mundos eosque iterum deſtruxiſſet, non potuiſſet eſſe aliquod malum, ſed omnia fuiſſent bona, nec fuiſſet præmium vel pœna in mundo. Jam vero cùm malum & bonum eſt intra cortices, pœna quoque eſt pro impio, qui per opera ſua mala deſcendit à luce magna ſuperna intra cortices eosque vivificat, quamvis jam ſint ſacrificia mortuorum. Sic quoque præmium eſt juſto, qui per opera ſua bona elevat aquas fœmininas de illa Luce intra Vaſa confracta, qui ſunt cortices, exiſtente, lucemque elevat in locum ſuum. Cujus contrarium accidit peccatori; cortices enim ſunt flagella pro cædendo peccatore. Et

hæc eſt ratio illius textus, qui dicit Prov. 30, 28. *Aranea manibus prehendet*; hic eſt cortex, qui prehendit brachia mundi, quæ ſunt Gedulah & Geburah vaſorum confractorum: Et telæ araneæ ſemper ſunt in domo, quod ſimile eſt corticis, qui ſemper adhæret ſtructuræ palatiorum; unde rectè ita nominatur: Et ipſe eſt in palatiis Regis; ſtat enim in 7. palatiis contrarietatis ex adverſo 7. palatiorum ſanctorum Regni, & initium ejus eſt à Gedulah & Geburah Regni דכ Malchuth in Briah; ipſa enim eſt palatium Regis אי, quod inter 7. palatia maſculina: Illi enim competit nomen אדני cui æquipollet הלכ.

§. 7. Adhuc alia datur ratio, quòd dum adhuc puncta eſſent, Malchuth ſteterit in loco capitis אא; poſtquam autē extenſus eſſet Adam Kadmon ſimpliciter ita dictus in 10. Numerationes ſuas, hic occupavit omnem locum 10. Numerationum mundi Tohu pro conformatione ſua usque ad finem ejus, & ſub eo Arich, qui combinatus eſt cum capite רס. Unde patet, quòd locus ſtationis Malchuth mundi Tohu fuerit ſuper caput Arich. Et quamvis iſte Adam Kadmon propulſus ſit ſupra Tehiru uſque ad pedes ſuos, qui ex parte remanſerunt infrà; nec non etiam Arich propulſus & preſſus ſit ſurſum poſt eum; nihilominus ipſa propenſionem & reſpectum habet erga caput אא iſtius; Et quamvis extenſa ſint omnia 10. puncta in 5. perſonas, non tamen dimota eſt Schechinah à puncto primo, quod eſt caput אא. Unde in mundo conformationis nos precibus noſtris & operibus bonis elevare poſſumus Malchuth usque ad caput אא qui eſt locus ejus, ubi priùs fuerat, de quo plura alibi.

CAP. XLVI.

§. 1. Lux interna vaſorum confractorum ſurſum abibat in viſcera Matris. Hoc eſt myſterium cedrorum Libani, quos plantavit Dominus in loco alio. Ipſi enim antehac erant rubri & nigri virtute vehementis flammæ judiciorum: Sed dealbati ſunt per myſterium 4. nominum propriorum, quæ efficiunt לבנון 138. qui eſt numerus חקל ager pomorum ſanctorum. Dicitur enim Gen. 27, 27. *Vide odorē filii mei*, qui eſt Seir, quatenus conformatus; *ſicut odor agri, cui benedixit Dominus.* Et nomina illa ſunt הויה אהיה הויה אדני Pater & Mater, Seir & Uxor ejus: Et Arich occultatur in eis ſub myſterio apicis Jod Tetragrammati.

§. 2. Atque hinc intelligi poteſt, quod dicit R. Schimeon Jochaides ſuper quo pax, Sectione Breſchith in textum Gen. 2, 8. *Et plantavit Dominus Deus hortum in Eden ab Oriente.* Iſtæ ſunt plantæ, quas evulſit Sanctus ille qui benedictus ſit, plantavitque in loco alio in terra ſancta. Hæc eſt Binah, quæ vocatur terra vitarum ſuperior. Datur enim Jeruſchalaim ſuperior & infe-

inferior; atque ita terra eſt è regione terræ. Et propterea juravit Sanctus ille qui benedictus ſit, quòd non venturus ſit in Jeruſchalaim ſuperiorem, quæ eſt Binah ad accipiendum Cerebra; donec ingreſſus ſit in Jeruſchalaim inferiorem, quæ eſt Uxor ejus, ut iſtam elevet ſecum: Et tunc ipſa aſcendit cum eo, nec iterùm deſcendit. Et vox מקדם *ab Oriente* ſive ab anteriori, oſtendit, quòd acceperit lumina iſta de loco ſuo, ubi fuerant מקדם priùs, eaque plantaverit alio in loco.

§. 3. Sic etiam in Sectione Vajikra in textum Cant. 2,12. *Flores viſi ſunt in terra* dicit lucerna ſancta, & indigitat illas plantas luminum internorum, quæ efformationem paſſa ſunt.

§. 4. At myſterium illorum vaſorum, quæ confracta ſunt, concernit illos mundos, de quibus dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ. Atque hîc ordine informandus es ſuper verbis iſtis Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, quòd nempe Sanctus ille qui benedictus ſit, ante creationem mundi hujus conſtruxerit mundos & deſtruxerit eos, & dixerit. Hic proderit mihi; & hic non proderit mihi. Videtur enim fermè quòd dictum hoc occaſionem calumniandi præbeat Epicuræis, quod abſit, qui objiciunt: Quomodo poſſibile eſt, Sanctum illum qui benedictus ſit! ita feciſſe, ut conſtruxerit & deſtruxerit, Debebat enim primùm ita creaſſe mundum, qui ipſi prodeſſet. Quomodo enim conſtruxiſſet mundum, dicens; iſte proderit mihi; & tamen deinceps eum iterum deſtruxerit dicens, eum non prodeſſe ipſi: An ergo quod abſit! in ipſo defectus datur Scientiæ, & annon omnia coram eo manifeſta ſunt? Ubi duæ ſunt reſponſiones, Prima, ſicut explicuimus ſuprà in Capitulis antecedentibus: Nempe quòd oportuerit eſſe malum ante bonum: Nam Mundus iſte vocatur bonus reſpectu Mundi Tohu, qui eſt malus: Quanquam & mundus hic vocatur malus, nempe reſpectu mundi venturi, qui extiturus eſt poſt revivificationem. Unde deſtruxit illum Sanctus ille qui benedictus ſit. Et iſti ſunt 7. Reges, qui regnarunt; Et creati ſunt 7. Mundi hominum, ſicut explicui ſuprà. Notanter autem dicitur, Mundi in plurali, deque omnibus dicitur, quòd deſtructi ſint, unde patet, quòd ne unus quidem profuerit ipſi quoniam vaſa confracta ſunt literæ, è quarum delapſu creata eſt radix mali: Et ex eo quod deſtructum eſt in mundis veteribus, exorta eſt ſtructura Mundi efformati.

§. 5. Quin & de hoc Mundo, qui aliquando deſtruendus eſt, innuebat amolitionem, eo nempe tempore, cùm locum habebit dictum illud: Sex mille annis erit Mundus: Hinc & de hoc dicitur: Et deſtruxit eos; quoniam decreto jam ſtabilito, idem eſt ac ſi eſſet jam factum, præſertim cùm locus Mundi venturi jam ſit paratus, nec niſi malum eſt abolendum; unde non relinquetur niſi Mundus Neſchamæ: Et de hoc dictum eſt Jeſ. 66,22. *Nam ecce cœli novi & terra nova, quam ego facio.*

§. 6. Pro ſecunda autem reſponſione præfandum nobis eſt, quòd myſterium revolutionis animarum dependeat à cognitione myſterii de 7. Regibus, qui regnarunt, antequam Rex aliquis præeſſet filiis Iſraël. Malum quippe ante bonum eſt: Et propterea mortui ſunt & confracti: Et illorum ratione mortuæ ſunt 974. generationes, quæ quaſi corrugatæ diſparuerunt, ita ut nullum ipſis fuerit tempus vel ætas. Atque ita omnes Reges & omnes Angeli omnesque creaturæ, ſuperiores & inferiores, omnes deſtructæ ſunt, & demortuæ, donec veniat tempus & appropinquet beneplacitum Regis omnium Regum, Sanctus ille qui benedictus ſit, ut revivificet eas easque reſtituat iteratò efformatione pulchriori. Omnes enim creaturæ primæ 7. Regum, quæ creatæ ſunt, antequam conderetur Mundus hic, qui vocatur Rex octavus, omnes erant malæ & peccantes coram Domino; quoniam ipſis nimiùm quantum prædominabantur, judicia atque cortices, & Sanctus ille qui benedictus ſit, nihil penitus ex illis inveniebat in Mundo, quod quietaſſet Spiritum ejus, unde illas iterum deſtruebat. Atque iſtud eſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri bonæ memoriæ, illum creaſſe Mundos & deſtruxiſſe eos, atq; dixiſſe. Iſte non proderit mihi, deque mundo hoc iteratò conſtructo dixiſſe eum: Iſte proderit mihi, cùm tamen non usque adeò mihi ſit profuturus. Et quamvis malum prius ſit bono; id tamen in effectu ſaltem eſt, non autem in intentione. Et hoc eſt myſterium illud, quòd Iſraël aſcenderit in intentionem Divinam, dicuntq; Sapientes noſtri bonæ memoriæ quòd conſultaverit cum animabus juſtorum, cùm crearet mundum: Hinc primùm dixit: Iſte proderit mihi; de mundo hoc ſcilicet, ſeparatim nimirum conſiderata medulla & cortice ſeparatim; unde iteratò conſtruxit ipſum. Atque hinc dicitur in hiſtoria creationis Gen. 1, 10. 12. 18. 21. 25. 31. *Et vidit Deus, quòd bonum*; atque iterum: *Et vidit Deus omnia, quæ fecerat, & ecce bona erant valde:* Ut docearis, quòd primùm Sanctus ille Benedictus extruxerit mundos, ſed non profuerint ipſi, nec fuerunt boni in oculis ejus: Creati quippe erant per Nomen Elohim, quod eſt judicium. Et hoc ipſum eſt, quod dicit Scriptura: Ibid. v. 1. *In principio creavit Elohim, & terra erat inanis & vacua, & caligo ſuper faciem* תהום *Abyſſi*, quæ ſunt literæ המות qui ſunt cortices; Ibid. v. 2. *Et Spiritus Dei ferebatur ſuper facies aquarum:* hic eſt vapor oſſium comminutorum, qui intra vaſa remanſerat, quæ Sanctus ille Benedictus per eundem revivificaturus eſt. Et ſic usq; ad illa verba: Et dixit Deus ib. v. 3. *Fiat lux, &c.* Omnia dicuntur de mundo illo, qui fuit ante iſtum: Atque ille vocatur Mundus Tohu ſive in inanitatem redactus; quoniam cum non inveniret in eo aliquid proficui, eum iterum deſtruxit.

§. 7. Atque hîc aliqui Cabbaliſtarum in errorem incidunt, dum ſcribunt, quòd ante Mundum iſtum mundus fuerit quidam, qui fuerit myſterium שמיטין דחסד intermiſſionis gratioſæ, nunc autem Mundus ſecundus

cundus ſit intermiſſio שמיטת הפחד intermiſſio Rigoris, quodque ſic innovaturus ſit mundos Deus extollendus, donec conſummentur 7. שמיטות intermiſſiones. Sed iſti errant, quoniam audiverunt quidem à Magiſtro ſuo, quòd fuerit mundus aliquis ante mundum hunc, non tamen cupierunt interrogare Magiſtrum, quænam fuerit natura illius mundi, & quare deſtruxerit eum, eumque conſtruxerit iteratò; ſed ſtatim dixerunt ex ſe ipſis, quòd Sanctus ille Benedictus ſepties innovaturus ſit mundos; quodque mundus præteritus fuerit myſterium intermiſſionis gratioſæ, tempus autem in quo nos verſamur hoc in mundo ſit myſterium intermiſſionis rigoroſæ. Ita autem ſe non habent verba Magiſtri atque Doctoris noſtri Iſaaci R. Jizchak Germani bonæ memoriæ.

§. 8. Sed ille dicit, Sanctus ille Benedictus, primùm conſtruxiſſe mundum unum, in quo regnaverint ſeptem Reges, qui ſunt Scientia, Benignitas, Severitas, Pulchritudo, deinde Victoria & Gloria ſimul, quæ ſunt duæ medietates corporis, atque Fundamentum & Regnum. Bela denotat ſcientiam, Jobab Benignitatem, Chüſcham Severitatem, Hadad Pulchritudinem, Samla Victoriam & Gloriam, quæ ſunt duæ medietates corporis operanturque ſimul, ſicut homo, qui non poteſt ambulare pede uno, ſed opus habet duobus ſimul: Sic iſtæ duæ Sephiroth non operantur ſeorſim ſeclusa ſocia: Et quanquam tunc temporis nondum exiſteret trutina; nihilominus connexæ invicem prodierunt in Mundo Tohu, & operatæ ſunt operationes ſuas deſcendendo è Binah & procedentes Binæ. Unde Rex Samla utramque denotat. Schaul de Rechoboth Hannahar eſt fundamentum & vocatur Schaul, quod Regnum ipſi tantum fuerit commodatum illo tempore, cùm plus ipſi vitæ ſuppeteret, quàm ſociis ejus; nempe tempore illo, cùm portio Malchuth penes ipſum eſſet depoſita à Binah, quæ ipſi mittebat radiationem ſuam & influentiam ſuam ſolam; atque ipſa vocatur Rechoboth Hannahar; Binah enim eſt fœmina & pomum ejus, ſi ita dicere licet, latum eſt, non verò longum, ſicut Fundamentum Maris: Et quia influentia ejus deorſum pergebat ſicut fluvius inundans & confringens vaſa eorum, hinc vocatur fluvius: Sicut etiam in Mundo efformationis ipſa vocatur fluvius Jobel. Et propterea vocatur Schaul, quoniam Regnum ad tempus ipſi erat mutuò datum propter Malchuth, ne nempe hæc frangeretur. Omne autem mutuum reddendum eſt. Atque ideo Schaul non idoneus erat ad regnandum, ſed Regnum ipſi tantum cõmodatum erat propter audaciam ejus, quâ etiam uſus eſt adverſus cœlos: Quanquam audiverant ex ore Samuëlis Prophetæ, ſuper quo pax! qui aliquoties monuerat eos, ne ſuper ſe conſtituerent Regem illa vice, quòdque expectandum ipſis eſſet Regnum domus Davidis; in quod directa fuerat intentio Benedicti, cùm ipſis præciperet præ-

ceptum hoc de Rege: Ipsi autem nolebant expectare Davidem, quoniam iniquitates eorum horum causa erant: Quod est mysterium amissionis asinarum, qui sunt cortices, qui vocantur asinæ: Atque hi tum prævalebant propter peccatum sculptilis Michæ, quod illo tempore erat inter eos: Regnum autem domus David negabatur adhuc dum Israëlitis propter asinas per duos annos & dimidium. Et hoc ipsum est quod dicitur in Sohar Schir Haschirim fol. 21. col. 1. his verbis: Scriptum est 1. Sam. 10, 26. *Indicando indicavit nobis, quòd inventæ essent asinæ, & verbum regni non indicavit ei:* Sic etiam hîc sub mysterio Sapientiæ actum est. Nisi enim mysterium Sapientiæ affuisset, unde sciviſſet Samuel, utrum inventæ fuerint, annon? *Verbum regni* autem Sapientia superna est suprà & infrà, suntque arcana Sancti illius Benedicti. Sensus est iste, quod Schmuel non indicaverit Sauli, quòd perditio asinarum ipsi causaretur verbum Regni. Et quamdiu Uxor Seir Anpin, nempe Regnum domus David non erat parata & dispositа, ipse non erat aptus ad regnandum: Scintilla enim Saulis erat de scintilla Fundamenti Mundi Tohu; volebatque admovere manum depositо תה Malchuth, deque illo aliquid diripere: Peracto ergo furto hanc sibi assumebat influentiam; nam influentia depositi hujus causa erat regni תה Malchuth in Mundo Tohu, antequam destrueretur. Ideoque ipsum (Fundamentum illud) abolebatur & Regnum ejus. Quia ipse vitam illam exiguam paululum longiorem, quam socii ejus, non habebat, nisi in hunc tantum finem, ut regnaret Malchuth; hinc in manu Davidis erat omne in ordinem componere: Regnum enim domus David non confractum est nec abolitum. Scintilla autem Jehonathàn erat de Seir Mundi Tohu, qui vocatur יהו quod nomen omni in loco est Seir Anpin & He ultimum (quod hîc deficit) est Malchuth. Et ecce etiam iste acceperat à Binah 50. portas ejus; Et quinquagies decem sunt 500. juxta numerum נתן quod est mysterium יהונתן. Omnis autem influentia תה Seir non procedit nisi ut affluat תי Malchuth: Et propterea scintilla Jehonathan dividebatur in 10. portas: Omnis quippe influentia dividitur in decadem; quoniam provenit à Jod Nominis יהוה. Et æquum erat, ut ipse regnasset super decem tribus: Verùm enim verò quoniam Regnum ejus non stabiliebatur in Mundo Tohu, sed abolebatur, ideò nullum penitus habebat Regnum, tantumque erat secundus à Rege Davide, juxta mysticum illud 1. Sam. 23, 17. *Tu eris mihi in Regem, & ego tibi ero in secundum à te. Atque etiam Saul pater meus istud novit:* Ille enim erat insignis Sapientum discipulus noverat que mysterium rei hujus, quòd etiam in cœlis esset Regnum domus David & secundus in eo Metatron. Regnum enim terrenum se habet ut Regnum cœleste, & hoc est mysterium illius textus 1. Sam. 20, 31. *Quia*

omnis-

omnibus diebus, quibus filius Iſchai vixerit ſuper humum &c. vel potiùs propter אדמה humum, quæ eſt Malchuth, *non ſtabilieris tu & regnum tuum.* Myſterium autem de filio Jiſchai iſtud eſt, quòd fuerit ſurculus de eo, nempe portio de influentia illa magna, quæ erat in medietate portionis primæ Vaſis Fundamenti tanquam depoſitum; non enim accipiebat reliquum, donec iſtam daret תוה Malchuth. Et vocatur ישי quod per Gematriam eſt 320. judicia nempe decies 32. ſemitæ Elohim, quæ confractæ ſunt. Et quoniam judicia ceciderunt ſuper Regnum domus David; fueruntq; tanquã perſequens, qui venit ad occidendum vel perſequitur puellam deſponſatam; hinc etiam Schaul erat de notione iſtius influentiæ judiciorum perſequentium: Ita enim perſequebatur Davidem, ut occideret eum & aboleret eum. Sed hæc ſufficiant.

§. 8. Et Rex Baal Chanan indigitat Malchuth, quoniam ipſa eſt ager, qui aſſecutus eſt gratiam per maritum ſuum, qui eſt Jeſod: Quoniam ſupra illum confracta ſunt omnia, & maritus iſte gratiam largitus eſt ipſi dividendo influentiam in duas partes, qui ſunt duo tribus relicti domui David, cùm rebellaret Vicarius: Et accepit influentiam à Nomine Tetragrammato: Nam radix עב 72. eſt כן 26. & hæc fuit cauſa, quòd non frangeretur, quoniam deducebatur à Benignitatibus ſuprà dictis. Sed deinde veniebat influentia portionis ſecundæ de Nomine אלהים, nam quinquies ם efficit Reſch 200. quod denotat judicium: Nam cùm influentia prima adhuc eſſet in manu ejus, abſorpta eſt portio poſtrema, & hæc cauſa fuit aliqualis deſtructionis ejus. Et propterea vocatur filius Achbor, quod eſt myſterium עכבור id eſt, numerorum 72, & 26, & 200. quod expoſuimus. Et iſte mundus non erat rectus in oculis Sancti illius Benedicti, & videbat quòd ab eo nunquam proditurum ſit aliquid boni; ideoque admodùm confortabantur judicia in loco Mundi Aziluth, & multò magis in loco mundorum inferiorum, ubi cortex in infinitum corroborabatur. Et ratio eſt, quia Æn Soph Rex Regum omnium Sanctus ille Benedictus non emanare ſinebat in Mundum iſtum de luce ſua ſancta & pura, niſi myſterium Nepheſch tantum de Nomine ſuo magno, quod benedictũ ſit! Jam verò notum eſt, quibus innotuit Gratia, quòd peccatum Adami non proveneritniſi ex parte Nepheſch: Sicut dicitur: *Et Nepheſch, quæ peccat, morietur:* & pariter: *Et extirpabitur Nepheſch illa coram me:* Et alibi dicitur: *Et Nepheſch quando peccabit.* E contrario Ruach & Neſchamah non cupiunt facere malum, quòd abſit! Quoniam in Nepheſch permixtum eſt malum cum bono, ſicut maſſa permixta & malum prævalet bono. Ruach autem & Neſchamah non ſunt permixta. Multò minus tale quid in eo eſt, qui habet Nepheſch de Aziluth, in quo non eſt malum uſque adeò. Malum autem

tem hoc est mysterium concupiscentiæ pravæ, quæ semper sociata est cum Nephesch ista, ita ut contingat ipsam & adhæreat ei. Et hoc est mysticum illud: *In toto corde tuo*, id est, in duabus concupiscentiis tuis: Et qui major est socio suo, illius etiam concupiscentia major est quàm socii ejus. Id volo: Si anima ejus est de scintilla contemplantium, tunc reformanda ipsi est scintilla potestatis oculorum hominis Belial & loci ejus, donec locum habeat dictum illud Jes. 25,8. *Absorpsit mortem in aternum*; ubi sanctitas absorbebit locum mortis; & hic absorbebitur: *Et non apparebit tibi fermentum in omnibus finibus tuis*, sicut dicit R. Schimeon Jochaides, super quo pax! in Sohar Sectione Pekudé fol. 240. col. 2. Sed Sanctus ille Benedictus constituet ex illo congregationem Israël, & ipse stabiliet columnas & tabernacula, & omnia illa vocabuntur domus in restitutione sua & in vigore suo in æternitatem æternitatum omnium. Et scriptum est: *Dilata locum tentorii tui*, quoniam absorbebitur pars adversa, & non restituetur in æternum. Atque tunc *opprobrium populi ejus tollet super omnem terram*, quoniam Dominus dixit, & loco congruo rem pleniùs dicam.

§. 9. Sed redeamus ad propositum. Quoniam videbat Infinitus, cujus Nomen benedictum sit! Rex Regum omnium, quòd judicia & cortices mysterium נפש Nephesch per Gematriam quinquies אלהים confortarentur in mundo illo, iterum destruebat illum & construebat mundum alium, qui est mundus iste: Et emanando producebat de Spiritu suo atque luce sua sancta atque pura mysterium Ruach. Atque istud est, quod scribitur: Et Spiritus Dei ferebatur super aquas. Et regnabat Rex octavus, cui nomen Hadar, qui continet omnes 7. Reges priores, qui corrugati evanuerant sine tempore & abolitierant. Et Sanctus ille Benedictus inveniebat in eo quietem in Spiritu suo & stabiliebatur. Propterea de eo non dicitur: Et mortuus est, sicut dicitur de septem Regibus prioribus: Et mortuus est, & regnavit pro eo &c. Et propterea vocatur Hadai à revertendo, quòd res rediret ad mundum hunc, & iste efformaretur. Et propterea dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ. Primùm Sanctus ille Benedictus creabat mundum in judicio, quod est mysterium Nephesch, quæ tota constat judicio. Et huc pertinet illud: *In principio creavit Elohim*: nam quinquies Elohim est Nephesch. Cumque videret, quòd ipsi non esset stabilitas, adjungebat ipsi attributum miserationum, quod est mysterium Spiritus istius, unde stabiliebatur, sicut dicitur: *Illa die, quæ faciebat Dominus DEUS terram & cœlum.* Et hoc ipsum est quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Omnis Judex, qui judicat judicium veritatis secundum veritatem suam (quoniam veritas est mysterium attributi Miseratio-

num

num) idem facit, ac si fieret socius Sancto illi Benedicto in Opere Creationis. Atque hoc ipsum est, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Si est judicium infrà, non est judicium suprà, sed miserationes: Quoniam super columnam judicii veritatis mundus stabilitur, sicut dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ in capitulis Patrum. Et huic simile quid datur in Mundo Efformationis: Si ergo tollatur columna judicii, tunc locum habet illud Proverb. 22, 23. *Et diripiet diripientes eorum Nephesch.* Porrò dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Gladius venit in mundum propter oculos iudicii, & propter perversitatem judicii; Et huic similis est devastatio Mundi Hattohu; Et propterea iteratò creavit Mundum hunc.

§. 10. Et nihilominus etiam hic mundus, in quo nos versamur, destruendus est: Et propterea invenitur in libro Chronicorum mentio mortis etiam octavi Regis, sicut dicitur: *Et mortuus est Hadad*; quæ est vox ejulatûs: Quoniam & in eo confortata sunt judicia & cortices, quamvis non ita sint validi, sicut priores, nihilominus id fiet, ut exurantur omnes cortices malumq; perfectè è mundo tollatur, nec ipsorum fiat mentio, nec recognoscantur ampliùs in æternum: Hinc Sanctus ille Benedictus Mundum hunc convertet in vacuum & inanitatem, nec remanebunt nisi Nephaschoth justorum, qui se ipsos applicuerunt Domino Deo vivo. Atque sic renovabit Sanctus ille Benedictus Mundum, & creabit Dominus creationem novam, producetque de luce sua magna mysterium Neschamæ Nominis ejus magni, quod benedictũ sit! Et tunc locum habebit illud: *Et exaltabitur יהוה solus in die illa.* Tetragrammaton enim est mysterium Neschamæ. Et hoc ipsum est mysterium illud, quod dicunt Magistri nostri bonæ memoriæ: Et una erit devastatio, sicut dicitur: *Et exaltabitur יהוה solus in die illa*, qui est dies & millenarius septimus. Et alibi dicitur: *Dominus* בָּדָד *solus ducet eum.* בָּדָד autem per Gematriam est Jod, decem. Sensus est, quòd omnes 10. Sephiroth futuræ sunt simul in connexione perfecta: Et quòd etiam Seir & Uxor ejus, quibus non sunt cerebra nisi temporibus notis, habituri sunt 10. Sephiroth in perfectione, *ceu clavus firmus & tentorium non deponendum.* Omnes enim 5. personæ erunt perfectæ decem Numerationibus constantes in unitate perfecta; Et illuminabuntur simul in mysterio Lucis Neschamæ in omnibus 10. partibus suis. Et propterea dicitur: *Et fiet in die illa, Dominus erit unus*, (iste est Seir,) *& nomen ejus*, (quæ est uxor ejus) *etiam erit unum* in 10. Numerationibus suis. Sensus autem vocis אֶחָד indigitat perfectionem, sicut in Scriptura invenimus: *Et erat tabernaculum unum*, id est, integrum. Et אֶחָד bis sumptum æquipollet Nomini Tetragrammato, sicut suprà diximus. Ergò *Dominus solus ducet eum*, id est: *Dominus*, qui denotat mysterium Neschamæ; בָּדָד id est, *solus ducet eum*, & non Elohim: Quoniam Elohim dividitur in אֱלֹה & יִם: אֱלֹה autem est notio Spiritus, & יִם est

notio Nepheſch. *Et non cum eo Deus alienigena*, nempe Deus Deorum alienigenorum, quod eſt myſterium corticum. Nam quoniam manifeſtabitur myſterium Neſchamæ Benedicti, totus mundus implebitur luce, ſanctitate, ſapientiâ, & prophetiâ, *ſicut aquæ mare operientes*. Et Spiritus impuritatis, qui ſunt cortices, auferetur à terra, nec mentio ejus ampliùs fiet; ita dilatabitur regnum ejus in mundo, ſicut dicitur: *Dominus regnabit in æternum & perennitatem*. Quamdiu enim regnârunt 8. Reges ſuprà dicti, non dilatatum eſt regnum ejus, cujus nomen benedictum ſit! Et propterea ſcriptum eſt: *Et iſti ſunt Reges, qui regnârunt, antequam regnaret Rex ſuper filios Iſraël*. Et cùm Nomen D B I benedictum etiam è medio tollet Regem octavum de terra, ſicut dicitur in libris Chronicorum: *Et mortuus eſt Hadad*: tunc regnabit Rex ſuper filios Iſraël, cujus nomen benedictum ſit! & hæc eſt dominatio Neſchamæ ejus, q. b. s! quæ tota eſt vita & tota eſt miſerationes perfectæ; nec malum in ea eſt ullatenus. Tunc dilatabitur magnitudo regni ejus, qui benedictus ſit! & exaltabitur Nomen ejus in mundo: Et omnes inclinabunt humerum ad ſerviendum ei, omnesque ſuſcipient jugum Regni ejus. *Illa die Dominus erit unus, & nomen ejus unum*. Benedictum ſit nomen ejus in æternum. Amen.

Sic eſto voluntas Dei!

F I N I S.

PARS

PARS SECUNDA

ejusque

Tractatus Primus,

qui est

SIPHRA de ZENIUTHA

seu

LIBER MYSTERII,

sive

OCCULTATIONIS,

Cum Textu Originario correcto, & punctato, nec non in paragraphos dissecto, adjectis Variis Lectionibus, cui è regione adjecta est Versio, cum annotationibus; & allegatione Dictorum Biblicorum.

LIBER OCCULTATIONIS, ſeu MYSTERII.

CAP. I.

[NB. Numeri hic illic inſerti, Lectorem remittunt ad paragraphos Commentarii infra ſequentis.]

סִפְרָא דְצְנִיעוּתָא

פִּרְקָא קַדְמָאָה

§.1. *Traditio. Liber Occultationis* [§. 1.] *eſt Liber, qui deſcribit Librationem bilancis.* [§.2. 131.132.]

א. תָּאנָא סִפְרָא דְצְנִיעוּתָא סִפְרָא דְשִׁקּוּל בְּמִתְקָלָא.

§.2. *Traditio.* [In editionibus impreſſis hęc vox non extat: Sed in Exemplari Mantuano correcto, adſcripta eſt.] *Antequam enim Bilanx eſſet,* [§.10.132.] *non reſpiciebat facies ad faciem.* [§.11.]

ב. תָּאנָא דְעַד לָא הֲוָה מִתְקָלָא לָא הֲוָה מְשַׁגְּחִין אַפִּין בְּאַפִּין.

§.3. *Et Reges primi mortui ſunt:* [§.13. ſeqq.] *& alimenta eorum* [§.21. Alii corrigunt & legunt וְזִינֵיהוֹן id eſt, & coronæ eorum:] *non inventa ſunt: & Terra deſolata fuit.* [§.22.]

ג. וּמַלְכִין קַדְמָאִין מִיתוּ וְזִיוֵיהוֹן לָא אִשְׁתְּכַחוּ וְאַרְעָא אִתְבְּטֶלַת.

§.4. *Donec Caput* [Codex Mantuanus correctus adſcriptum hîc habet, דלא אתידע quod ignoratur.] *omnibus deſiderantibus deſideratum* [§.23. 156. & codex correctus adjicit אֵס, id eſt, Infiniti.] *veſtimenta honoris* [§.24.134.136.171.174.] *paravit & communicavit.*

ד. עַד רֵישָׁא דְכְסוּפָא וְכָל בְּסוּפִין לְבוּשִׁין דִּיקָר אִתְקַן וְאִתְחֲסַן.

§.5. *Hec Bilanx pendet in loco, qui non eſt.* [In Mantuano correcto adſcriptum eſt עתיקא, id eſt, in Seniore. §.26.]

ה. וְאַי מִתְקָלָא תְּלִי בַּאֲתַר דְּלָא הֲוֵי.

§.6. *Eadem ponderati ſunt illi, qui non reperiebantur.* [§.27.]

ו. אִתְקְלוּ בֵּיהּ אִינַּן דְּלָא אִשְׁתְּכַחוּ:

§.7. *Libra conſiſtit in corpore illius* [§.37. In Codice correcto adſcriptum eſt עתיקא id eſt, Senioris.] *non adhæret, & non videtur.*

ז. מִתְקָלָא קָאִים בְּגוּפֵיהּ לָא אִתְאַחַד וְלָא אִתְחֲזֵי.

§.8. *In illa aſcenderunt, & in illa aſcendunt* [§.38. *qua non ſunt & ſunt & erunt.*

ח. בֵּיהּ סְלִיקוּ וּבֵיהּ סַלְקִין דְּלָא הֲוּ וְהָווּ וְיֶהֱוֵיוּן:

§.9. Oc-

§.9. *Occultum in occulto.* [In Codice correcto adſcriptum eſt: רישא דלא אתידע Caput quod ignoratur. §. 44. 45. 46. 164.]

9. סְתִירָא גּוֹ סְתִירָא.

§. 10. *Conformatus* (autem) *& præparatus eſt ad inſtar cujuſdam cranii* [Codex correctus addit numeros partium, dicitque hanc eſſe partem primam. §. 47. 176. 177.] *pleni rore cryſtallino* [Cod. correctus addit, hanc eſſe partem ſecundam §. 47. 178.]

10. אִתְתַּקַּן וְאִזְדַּמַּן בְּחַד גַּוְוָאלָא מְלֵיָא טַלָּא דְּבְרוּלְתָּא.

§. 11. *Membrana aëris clara eſt & clauſa* [In Codice correcto dicitur pars tertia, §. 48.]

11. קְרוּמָא דַּאֲוִירָא אִזְדַּכַּר וְסָתִים.

§. 12. (Deinde) *ſunt* (capilli ut) *Lana munda pendentes in æquilibrio.* [Codex correctus hanc dicit formam quartam, quam refert ad gradus נ"ה id eſt ſuperationem & Gloriam. §. 75.]

12. אִינּוּן עֲמָרְנָקֵי חֲלָיָן בְּשִׁקּוּלָא.

§. 13. *Benevolentia Benevolentiarum* [Codex correctus dicit hanc eſſe formam quintam, quam refert ad יסוד ſeu fundamentum eamque explicat de fronte & auribus.] *quæ manifeſtantur* [§. 185.] *per preces inferiorum.*

13. רַעֲוָא דְּרַעֲוִין אִתְגַּלְיָין בְּצַלּוֹתָא דְּתַתָּאֵי אַשְׁגָּחָא.

§. 14. *Viſio aperta,* [Codex correctus hanc dicit eſſe formam ſextam, eamque refert ad ה"ד id eſt, ad ſuperationem & Gloriam.] *quæ non dormitat, & continuò obſervat: Aſpectus* (autem) *inferior* (dependet) *ab aſpectu lucis ſuperioris.*

14. פְּקִיחָא דְּלָא נָאֵים וְכָשִׁיר תְּדִירָא אַשְׁגָּחוּתָא דְּתַתָּא בְּאַשְׁגָּחוּתָא דִּנְהוֹרוּ דְּעִלָּאָה.

§. 15. *In illo duo foramina Meniami* [Codex correctus addit hanc eſſe formam ſeptimam, quam refert ad מלכות ſive Regnum.] *& (hinc) excitatur ſpiritus pro omnibus.*

15. בֵּיהּ תְּרֵין נוּקְבִין דְּפַרְשָׁקָא וְאִתְעַר רוּחָא לְכוֹלָּא.

§. 16. [Cum igitur Lex divina incipit:] בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ: [quæ communiter verti ſolent:] *In principio creavit DEUS cœlum & terram:* [ſenſus eſt:] *Sex* (membra creata eſſe; quæ ſunt ſex numerationes Microproſopi: Benignitas ſcil. ut brachium dextrum; Severitas ut brachium ſiniſtrum; Pulchritudo, ut corpus: Superatio ut crus dextrum; Gloria, ut crus ſiniſtrum; & fundamentum, ut membrum genitale. Ut loco בראשית in principio legendum ſit: בְּרָא שִׁיתָּ *creavit ſex.* *Super iſtis* (conſiſtunt) *omnia* (quæ ſunt) *inferiùs,* [præcipue Baſilia, id eſt gradus ultimus, ſive Uxor Microproſopi; & omnes res mundi inferiores.]

16. בְּרֵאשִׁית בְּרָא אֱלֹהִים אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ שִׁתָּא בְּרֵאשִׁית עֲלַיְיהוּ כְּלְהוּ לְתַתָּא.

§. 17. *Et dependet à ſeptem* (formis) *cranii Dignitas Dignitatis.* [Id eſt Barba venerabilis ſenioris in tredecim partes diſtincta.]

17. וְתַלְיָין מִשְׁבְעָה דְגוּלְגַּלְתָּא יְקִירוּ דְיִקְרוּתָא.

§. 18. *Et Terra ſecunda* [id eſt, Regnum mundi reſtituti, quod aliàs dicitur Uxor Microproſopi:] *non* (*venit*) *in compatum* (cum creata dicuntur ſex Membra. Vel aliter: Cum Gen. 1. v. 2. altera vice dicitur, *Et Terra:* non intelligitur Terra illa, cujus primò facta eſt mentio; quia per primam intelligitur Regnum mundi reſtituti, & per ſecundam regnum mundi deſtructi;) *& hoc* (alibi) *dictum eſt.*

18. וְאַרְעָא תִנְיָינָא לָאו בְחוּשְׁבָּן וְלָא אִתְמַר.

§. 19. *Et ex illa, quæ maledictionem ſubiit, prodiit:* ſicut ſcriptum eſt [Gen. 5. v. 29.] *de terra cui maledixit Dominus.* [ſenſus eſt, Regnum mundi reſtituti formatum fuiſſe è regno mundi Deſtructi, in quo ſeptem Reges mortui & vaſa eorum confracta fuerant. Vel: Explicatio terræ cujus altera vice fit mentio, prodit è regno mundi deſtructi.]

19. וּמֵהַהִיא דְאִתְלַטְיָיא נַפְקָא וְכְתִיב מִן הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אֵרְרָה יְיָ.

§. 20. *Erat inanis & vacua, & tenebræ ſuper faciem abyſſi & ſpiritus Dei ferebatur ſuper Aquas. Tredecim* [hæ voces, ab היתה, usq; ad המים, vel etiã ut alibi dicitur, à primo Nomine Elohim usq; ad ſecundum,] *dependent à tredecim* (formis ſive partibus) *Dignitatis Digniſſimæ* [id eſt, Barbæ Macroproſopi.]

20. וַיְהִי תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹקִים מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם וְגוֹ׳ תְּלִיסַר תַּלְיִין בְּתְלִיסַר דְיִקְרוּ דְיִקְרוּתָא.

§. 21. *Sex mille anni dependent à ſex primis* [id eſt, illud quod dixerunt Sapientes, ſex mille annos durabit mundus; &c. intelligendum de ſex numerationibus Microproſopi, prout infra latiùs dicetur. Anſam autem huic meditationi dant ſex voces ſequentes: ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור & dixit Deus: fiat lux, & facta eſt Lux.]

21. שִׁתָּא אַלְפֵי שְׁנִין תַּלְיָין בְּשִׁתָּא קַדְמָאֵי.

§. 22. *Septimum* [millennium, & ſeptimum metrum, nimirum Regnum, conſiſtit] *ſuper eo, quod vehemens eſt ſolùm* [id eſt, cum gradus ſex membrorum denotent miſerationes & judicia, gradus ſeptimus ſolo judicio & rigore nititur.] *Et deſolatum eſt totum* [id eſt, Regnum in ſupernis eſt antitypus Sanctuarii, & ſicut hoc deſtructum eſt, ita & Schechinah, ſeu Baſilia illa exulat] *per duodecim horas* [Nam Hebræi totum hoc tempus exilii ſui unius tantum dici ſpatio includunt.] *Sicut ſcriptum eſt: erat inanis & vacua &c.* [nam à voce, היתה, usque ad פני ſunt duodecim voces.

22. שְׁבִיעָאָה עֲלַיְיהוּ וְאִתְתְּקַף כְּלְחוֹדוֹי וְאִתְחֲרִיב כְּלָא בְּתְרֵיסַר שַׁעֲתֵי וְכְתִיב הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ וְגוֹ׳.

§. 23.

23. תְּלִיסַר יְקוּם לוֹן בְּרַחֲמֵי
וּמִתְחַדְּשָׁן כְּקַדְמֵיתָא וְקָמוּ כָּל
אִינוּן שִׁתָּא בְּגִין דִּכְתִיב בָּרָא
וְלָכְתַר כְּתִיב הָיְתָה דְּהָא הַוְרֵת
וְרַאי.

§. 23. *Decimum tertium*, [id eſt, metrum המים, aquarum, quæ eſt vox decima tertia] *eriget ea* [id eſt, tam ſanctuarium ſuperum quam inferum] *per miſericordiam*; [quia aqua denotat metrum benignitatis, per quod judicia & pœnæ mitigantur.] *& renovabuntur ut priùs* [nam de novo ſequuntur ſex voces, ut ab initio commemorantur ſex membra:] *Perſiſtunt enim omnia illa ſex* [Microproſopi membra & non ſunt ut Uxor ejus, & ab illis fiet reſtitutio:] *quia ſcriptum eſt* ברא *creavit* [quod habet ſenſum permanentiæ:] *& deinde ſcriptum eſt:* היתה *erat* [quæ etiam eſt phraſis eſſendi & non intereundi:] *nam revera eſt*; [non planè periit regnum, quamvis ſit inane & vacuum; ſed adhuc eſſentiam habet.]

24. וְלְבָסוֹף תֹּהוּ וָבֹהוּ וְהֶשֶׁר
וְנֶשְׁגָּב יְיָ לְבַדּוֹ בַּיּוֹם הַהוּא.

§. 24. *Et ſub finem Inanitatis & vacui & tenebrarum* [id eſt, finito exilio locum habebit dictum illud Jeſ.2.v.11.] *Et exaltabitur Tetragrammaton ſolum in die illa.* [id eſt, tempore Meſſiæ.]

25. גְּלוּפֵי דְּגְלִיפִין בְּחֵיזוּ דְּחִוְיָא
אֲרִיךְ וּמִתְפַּשֵּׁט לְכָאן וּלְכָאן.

§. 25. *Sculpturæ* [autem] *ſculpturarum* [ſculptura eſt receptaculum, ſicut quod exſculpitur, excavatur, ut cava receptacula alia. Receptacula ergò ſunt inferiora omnia ſuperiorum reſpectu; inter quæ ultimum locum habent Cortices, qui hic deſcribuntur, quod ſint] *ſub ſpecie ſerpentis longi extenſi huc & illuc* [De hoc ſerpente ſic loquitur Autor Vallis regiæ Tractatu de corticibus. Fragmenta Vaſorum, quæ delapſa ſunt in mundum Creationis, formationis & factionis, ibidem ſubſtiterunt ab extra: illisque proxima ſunt judicia, quæ vocantur profanum, & inter ſanctum & inter immundum medio loco conſiſtunt. Et à capite conſiſtit Draco magnus, qui eſt in mari, & eſt ſerpens marinus, qui non tam noxius eſt ut terrenus. Et hic Draco caſtratus eſt, quia pinna ejus (ſeu membrum genitale) cum uxore ejus mitigata ſunt, & exinde facti ſunt 400. mundi deſiderabiles. Et hic in capite ſuo habet foramen (ad inſtar Cetaccorum) ut accipiat influentiam, & in ſe continet omnes Dracones reliquos; de quibus dicitur: Confregiſti capita Draconum ſuper aquis Pſal.74.v.13. Et intelligitur Idea ſeu forma Univerſalis omnium corticum, quæ ſeptem inferiores Baſiliæ emanativæ circundat ad inſtar ſerpentis, tam à dextra quam à ſiniſtra & ex omni latere.]

26. וְזַנְבָּא בְּרֵישָׁא רֵישָׁא אֲחוֹרָא
אָכְתִּיף וְעָבַר וְעָיִם נָטִיר וְגָנִיז
חַד לְאֶלֶף יוֹמִין דְּעִירִין אִתְגַּלְיָיא.

§. 26. *Cauda* [ipſi eſt] *in Capite*: [id eſt caudam ore tenet, ut circulum formet, quia circundare dicitur ſanctitatem.] *Caput poſt humeros transfert*: [id eſt, in tergum Uxoris Microproſopicæ, ubi locus judiciorum rigoroſiſſimorum, caput ſuum convertit,] *& indignatur* [quoniam in ipſo judiciorum & ſeveritatum extremitas,

mitas, unde attributum ejus primarium eſt Ira.] *Obſervat* [id eſt, accuratè inquirit quonam loco aditum habere queat ad ſanctitatem.] *& occultatur* [quaſi inſidias ſtruens: quia inferioribus inſidiatur, quibus peccantibus ipſe acceſſum habet ad gradus ſanctos, ubi eidem committuntur executiones judiciorum.] *uno de mille diebus brevibus manifeſtatur.* [Dies dicuntur Numerationes, & dies breves, numerationes mundorum inferiorum; inter quos Factivo tribuuntur decades, ob decem numerationes ſuas: Formativo hecatontades, quia numerationes ejus auctioris ſunt luminis & è decadibus conſtant: Creativo autem chiliades, ob eandem rationem. Circa hunc autem potiſſimum locum habet Draco iſte, unde ſi in una ſaltem Numeratione iſtius ſyſtematis defectus contingat, ob culpam inferiorum, hic manifeſtatur, accuſationesque coram throno gloriæ inſtituit.]

27. קוֹלְטוֹרָא בְּקַטְרוֹי סַנְפִּירָא בְּעִרְבּוֹי.

§. 27. *Gibbi ſunt in ſquamis ejus* [id eſt, ſicut in Crocodilo; quia magnus in ipſo eſt judiciorum cumulus.] *pinna ſortem habet propriam* [id eſt genitalia ipſi præciſa ſunt, non amplius eſt in eo vis pergendi ad ulteriora.]

28. אִתְּבַר רֵישֵׁיהּ בְּמַיִין דְּיַמָּא רַבָּא דְּכְתִיב שְׁבַרְתָּ רָאשֵׁי תַנִּינִם עַל חַמִּים.

§. 28. *Confringitur* (autem) *caput ejus per aquas Maris magni.* [Mare magnum eſt Sapientia, fons miſerationis & Benignitatis; quæ ſi influxum ſuum demittit, judicia ſedantur & corticibus infringitur vis nocendi.] *ſicut ſcriptum eſt* [Pſal.74. v.13.] *Confregiſti capita Draconum per Aquas.*

29. תְּרֵין הֲווֹ חַד אִתְחְזִרוּ תַנִּינָם כְּתִיב חָסֵר.

§. 29. Duo fuerunt [Mas & fœmina, unde textus Pſalmi loquitur de Draconibus in plurali: ubi autem pluralis numerus ponitur ad minimum, intelliguntur duo.] *In unum reducti ſunt:* [fœmina enim Leviathanis occiſa eſt, ne judicia prolificare queant.] *Unde vox* תנינם [in loco allegato Pſalmi] *defectivè ſcripta eſt;* [ad denotandam reſtrictionem iſtam.]

30. רָאשֵׁי כְּרָא וּרְמוּת עַל רָאשֵׁי הַחַיָּה רָקִיעַ.

§. 30. [Dicitur autem] *Capita* [in numero plurali, ad denotandam ingentem multitudinem tam ſpecierum, quam individuorum in iſto genere:] *ſicut ſcriptum eſt:* [Jechesk.1.v.22.] *Et ſimilitudo ſuper Capita Animalis, firmamentum.* [Ubi etiam animal in ſingulari ponitur ut genus Angelorum; & capita in plurali, ad denotandas ſpecies & individua innumera.]

31. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אוֹר וַיְהִי אוֹר הֵיכִי דִּכְתִיב כִּי הוּא אָמַר וַיְהִי הוּא בְּלַחוּדוֹי וַיְהִי בְּלַחוּדוֹי.

§. 31. *Et dixit Deus; fiat Lux; & facta eſt Lux. Senſus* (peti poteſt ex illo Pſal.33.v.9.) *ubi ſcriptum eſt: Quoniam Ipſe dixit: & factum eſt.* [Primo ergò commemoratur] *gradus* הוא [id eſt Mater intelligendi, quæ vocatur אלהים, juxta initium verſiculi: Et dixit Elohim, eadem quoque vocatur הוא in dicto Pſal.33.v.9. ob ra-

ob naturam ſuam valde occultam.] *Solus* [tam à Moſe, quam à Davide.] *Et vox* וידוי & *facta eſt* [etiam] *ſola.* [quaſi ſcilicet ſex membra ſeparatim conſiderarentur, dum ו in וידוי primum locum occupat.

§. 32. *Deinde* [literæ] *invertuntur*, [& ſunt] *unum:* [ſi nempe in voce וידוי, literæ Jod & He præmittantur ut legatur יהוי, unum fit Tetragrammaton, quod totam divinitatem exhaurit. Quia autem hæc pertinent ad Matrem, à qua oriuntur judicia, hinc Tetragrammaton hoc hîc ſcribitur retrogradando, quod à Cabbaliſtis ad judicia refertur; ob naturam poſteriorum; unde poni debuiſſet hoc modo: ו·הי·יהו·יהוי. Sed quia in gradu Intelligentiæ non ipſa judicia extant, ſed tantum illorum radices; in ſeſe autem Gradus hic mera eſt clementia, hinc retrogradatio invertitur, ut nomen integrum ſtatim primò legatur hoc modo:] יהוי·יהו·הי·ו [non autem ſcribitur modo ordinario יהוה: quia de voce וידוי ſermo eſt, cujus metatheſis hic diſcutitur. Et nihilominus litera] *ultima* [nimirum Jod, quod loco He ultimi ponitur, denotat] *Schechinam* [ſeu præſentiam Baſilicam] *inferiorem* [id eſt, gradum Regni:] *ſicut* [aliàs] *litera He Schechinah* [eſſe] *reperitur.*

32. לְבָתַר אִתְחֲזַר חַד יהוי יהו
יהו בַּתְרַאי שְׁכִינְתָּא לְתַתָּאָה כְּמָה
דְאָמְרַת שְׁכִינָתָא אִשְׁתָּכַח.

§. 33. *Sed in una bilance ponderantur.* [Bilanx denotat marem & fœminam: & ſenſus eſt literas Jod & He, quarum illa eſt maſculina & refertur ad gradum fundamenti; & hæc fœminina ad Baſiliam pertinens, eſſe permutabiles; quia dum ponderatio id eſt, cõmunicatio fit, pro uno habẽtur ſubjecto conjuges. Adde quod Baſilia etiam vocetur אדני, in quo litera Jod agmen claudit: propter quam eadem quoque vocari ſolet Sapientia inferior.] *Et animalia currunt & redeunt.* [i.e. quod Jechesk. 1, 14. dicitur de animalibus, id dici ſolet de literis Tetragrammati, quæ modo ultimum locũ habent, modo primum; ut Jod aliquando excurrit uſque ad graduum finem; aliquando redit, uſque ad graduum initium: & ſic quoque He. Vel etiam tunc animalia dicuntur currere, cùm Tetragrammaton ſcribitur per He ultimum, quia tunc totum ſyſtema emanativum exhauritur. Reverti autem dicuntur, cùm Tetragrammaton ſcribitur per Jod in fine, ita ut ſenſus redire cogatur à gradu ultimo Baſiliæ, in penultimum fundamenti, quod deſignatur per hanc literam Jod.]

33. וּבְחַד מֵתְקְלָא אִתְקְלוּ
וְחַדְוָתָא רָצוֹא וְשׁוֹב.

§. 34. *Sicut ſcriptum eſt: & vidit Deus lucem, quod bona.* [Hîc rationem adducit ex ipſo textu propoſito, quomodo litera ultima hujus Tetragrammati nimirum Jod, deſignare queat uxorem: quia nempe Deus ipſe in luce viderit gradum fundamenti copulantis, quem indigitat vox boni: ubi autem fundamentum in actu copulandi, id eſt, ſub notione boni communicantis, ibi uxor. Quod autem Vox *boni* denotet

34. כְּדִכְתִיב וַיַּרְא אֱלֹהִים
אֶת הָאוֹר כִּי טוֹב אֲמַרְתּוּ צַדִּיק כִּי
טוֹב הַאי בְּמֵתְקְלָא סַלְקָא.

fundamentum, probatur ex Jeſchaj. 3. v. 10. ubi dicitur:] *Dicite juſto* [id eſt, gradui fundamenti, quia juſtus dicitur fundamentum mundi Prov. 10. v. 25.] *quod bonus ſit. Ergo in æquilibrium aſcendunt* [id eſt, unum & idem deſignant duæ hæ literæ Jod & He. Vel aliter: Ecce autem, quomodo in bilancem aſcendant literæ Tetragrammaticæ, id eſt, quomodo in copulas concurrant eæ, quæ antea ſtabant ſeparatæ in voce ויהי.]

35. קַדְמָאי בַּל חוּרְמִי וְכֻלָּא לְחַד אִתְחַזַּר וְ אַתְתָּא וּמוֹרַעְתָּ כְּלִילָן רָא בְרָא בְיוּד הַא כְּתִרִין רְחִימִין דְּמִתְחַבְּקָן.

§. 35. [Maritus Microproſopus dum] *primus* [erat] *ſolus* [ſtabat: dum litera Vav primum occuparet locum, tunc ſeparatus erat ab uxore ſua.] *Sed omnia in unum redibant* [id eſt, non tantum Pater & mater in copula erant, quia duæ literæ Jod & He combinatæ erant: Sed & Microproſopus ad uxorem accedebat, dum Vav reponitur ad Jod in Tetragrammato יהוה. Nam] *Vav deſcendit*] cùm in voce ויהי & facta eſt, occuparet locum primum; in metatheſi propoſita, deſcendebat in locum tertium, ut eſſet יהוה; [*Et cognitum ſe reddit* [id eſt, applicat ſeſe ad actum maritalem influxivum, erga literam Jod, quæ eſt uxor ejus.] *Annectuntur ſibi invicem* [mas & fœmina, Vav & Jod, Gradus pulcher & Baſilia] *penes Jod & He* [quibus denotãtur Sapientia & Informatio, Pater & mater] *ſicut duo amantes, qui ſeſe amplectuntur* [per duos amantes intelligi poſſunt vel Vav & Jod tantùm; id eſt, par ultimum: vel ſimul etiam Jod & He, id eſt, par primum]

36. שִׁתָּא נַפְקִין מֵעֻנְפָּא דְּשָׁרְשָׁא דְּגוּפָא.

§. 36. [Jam pergit ad ulteriorem explicationem duarum harum literarum Jod & Vav & de Vav inquit:] *Sex* (membra) *prodeunt de ſurculo radicis corporis.* [Corpus eſt Microproſopus: radix corporis eſt Mater, quæ deſignatur per literam He: ſurculus radicis eſt litera ה intra literam ה incluſa & deliteſcens: & de iſto ſurculo, prodierunt ſex membra, id eſt, litera Vav integra, jam caput nacta.]

37. לִישָׁן מְמַלֵּל רַבְרְבָן.

§. 37. *Lingua loquitur grandia* [juxta Dan. 7. v. 8. Et per linguam intelligitur membrum fundamenti, nempe litera Jod cum uxore copulata: loquela eſt influxus maritalis progeneratus ab uxore: Baſilia enim vocatur Verbum: grandia autem ſive magnalia, ſunt producta inferiora omnium graduum.]

38. לִישָׁן דָּא סָתוּם בֵּין יוֹד וְהֵא.

§. 38. *Lingua hæc* [etiam] *occultata eſt inter Jod & He.* [Nam & Pater & mater per membrum fundamentale in perpetua ſunt copula, ſed abditiſſima: Sub myſterio Daath ſive cognitionis.]

39. וּכְתִיב זֶה יֹאמַר לַיְיָ אֲנִי וְזֶה יִקְרָא בְשֵׁם יַעֲקֹב וְזֶה יִכְתֹּב יָדוֹ לַיְיָ וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה יִכָּנֶה מַמָּשׁ.

§. 39. *Quia ſcriptum eſt*] Jeſch. 44. v. 5.] *Iſte dicet Tetragrammati Ego.* [Vocula אני Ego, quando ſermo eſt de judiciis, pertinet ad Baſiliam. Sed quando miſericordia innuitur ad Intelligentiã refertur: ſicut hoc loco. Ut ſenſus ſit: Gradus ſupern', qui

qui Ego dicitur ſive Intelligentia in actu copulę cum Patre eſt pro Tetragrammato efformando: & hæc eſt copula una inter Patrem & matrem pro conſtitutione ſex membrorum.] *& iſte vocabit nomine Jacobum*: [vocare nomine eſt conſervare; & innuitur copula altera Patris & matris pro cõſervando Microproſopo, qui vocatur Jaacobh.] *& iſte ſcribet manu ſua: Domini ſum.* [Scribere pertinet ad Legem ſcriptam ſeu gradum pulchrum; & idem eſt ac influere: manu ſua, בידו, per metatheſin eſt ביוד per Jod, id eſt, per fundamentum: ut ſenſus ſit, efficiet influxu ſuo, ut Tetragrammaton ſcribatur per Jod, ut diximus ſupra.] *& nomine Iſraëlis cognominabit ſe. Cognominabit revera.* [Nam proprius conceptus Microproſopi eſt ſub nomine Jacobi, cujus uxor eſt Rachel: & cognomen quaſi ipſius eſt Iiſraël, cujus uxor eſt Leah.]

40. זֹאת יֹאמַר לְיוֹ אֲנִי אַחְתָא
וְכֹלָא אִתְמַר בְּיָרוֹ כְּלָא כְּלִילָן
בְּלִישָׁן סָתִים לְאִמָּא דְּהָא
אִתְפַּתְחַת לֵיהּ דְּנָפִיק מִינָהּ׃

§. 40. *Iſte dicet*; *Domini Ego: deſcendit.* [id eſt: Conceptus iſte Vocis Ego, qui aliàs tribuitur Matri ſupernæ, quatenus in illa concurrunt tres literæ vocis אֲנִי nempe א id eſt Corona ſumma: נ id eſt ipſa Intelligentia quinquaginta portis celebris. & י id eſt fundamentum vel cognitio Patris: hoc loco tribuitur gradui infimo Matris inferioris, quę jam eſt ארני ſine Daleth, ſive paupertate, ſed repleta influxu & אֲנִי.] *& omnia dicuntur* בירו [id eſt, hæc omnia applicanda ſunt ad יוֹ, de quo nobis ſermo eſt.] *omnia cohærent per linguam, occultatam in matre.* [id eſt, per Daath ſive cognitionem, per quam copulatur ſapientia cum intelligentia, & gradus pulcher cum uxore Baſilia: & ipſa eſt notio occulta, ceù anima pervadens totam emanationem.] *Quoniam hæc aperitur ei, qui prodit ab ipſa.* [id eſt, Daath eſt ipſe gradus pulcher, ſed quoad interiora ſua, quo referri ſolet Moſes: & iſte gradus latet intra Matrem, eſtque medium copulæ ejus. Sed quando conſideratur quoad exteriora, quatenus egreſſus eſt è matre, tunc vocatur Jacob.]

41. אַבָּא יְתִיב בְּרֵישָׁא אִמָּא
בְּאֶמְצַעְתָּא וּמִתְכַּסְיָא כְּמָאן
וְכְמָאן וָוִי לְמַאן דְּגָלֵי עֲרָיְיתְהוֹן׃

§. 41. [Et huc uſque diſſeruit de toto Nomine, & omnibus quatuor ejus literis, יהוה. Jam ſeſe convertit ad alteram quadraturæ partem, nempe יהו & dicit:] *Pater reſidet in principio* [Id eſt, litera Jud, quæ eſt ſymbolum Sapientiæ & Patris in iſta parte tenet primum locum, ſicut in toto ſyſtemate: quoniam Corona nimis occultata eſt, & tantùm comparatur cum ſummo apice literæ Jod.] *Mater in medio*: [nam litera ה, quæ eſt nota Intelligentiæ informatricis & Matris ſupernæ, inter Jod & Vav medium tenet, prout in ſupernis à Patre comprehenditur deſuper, & à Microproſopo, qui eſt filius ejus, veſtitur deorſum, in quo ipſa ſeſe demittit uſque ad gradum Hod ſive gloriæ.] *& contegitur hinc & illinc.* [à duobus maſculis, Patre & filio] *Væ illi, qui revelat nuditates eorum.* [quoniam fieri poteſt per peccata inferiorum, ut Microproſopus influxum hunc amittat, per quem tantarum eſt virium, ut ſuper-inveſtire queat Matrem; nam iſta contectio eſt receptio influxus ſuperni & capacitas

eundem demittendi ad inferiora: quod fieri non poteſt ſi mater denudetur & à Microproſopo divellatur, ſicut faciebant Iiſraëlitæ, cùm committerent peccatum vituli.]

42. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי מְאֹרֹת בִּרְקִיעַ הַשָּׁמַיִם שְׁלִיט דְּכַר בְּנוּקְבָא דְּכְתִיב וְצַדִּיק יְסוֹד עוֹלָם׃

§. 42. *Et dixit Deus, fiant* מְאֹרֹת *Luminaria in firmamento cœli.* [Nunc pergit ad tertiam partem iſtius quadraturæ, nimirum ad duas has literas יה. Per luminaria autem intelliguntur Sol & Luna; gradus pulcher & Regnum ſive uxor ejus. Adeoque Senſus eſt hic: quamvis communiter per duas has literas intelligi ſoleant Pater & Mater, ſeu Sapientia & informatio; tamẽ in iſta parte Luminaria ſuperna deficiunt, ſicut vox מארת defectivè ſcripta eſt; & ſenſus applicandus eſt ad firmamentum cœli, id eſt, ad fundamentum, extenſum & paratum ad copulam maritalem; nam maritus vocatur cœlum; & membrum fœderis eſt firmamentum; ſicut ergò duo gradus poſtremi in Nomine integro יהוה deſignabantur per literas Vav & Jod: ita iidem in hac quadraturæ parte deſignantur per literas Jod & He.] *Maritus dominiũ habet in uxorem* [quia non per Vav ſcribitur, ſed per Jod, quæ eſt nota membri fœderis, adeoque denotat actualem copulam cum fœmina:] *ſicut ſcriptum eſt:* [Prov. 10. v. 25.] *& Juſtus fundamentum mundi eſt.* [hoc dicto illuſtrat ſententiam ſuam; quod nempe per literam Jod intelligatur membrum fundamentale, per quod conſervatur mundus in eſſe.]

43. נָהִיר יוֹד בִּתְרֵין וְנָהִיר וּמְעַבַּר לְנוּקְבָא׃

§. 43. *Jod ergo irradiat duo.* [id eſt, Litera Jod in hâc Tetragrammati quadratura duplicem habet influendi ſenſum, primò quatenus ſignificat Patrem, qui illuminat matrem: & ſecundò quatenus ſignificat Microproſopum ſeu potius ejusdem fœdus, quod illuminat Regnum.] *Et* [Iterum alio modo] *ſplendet* [id eſt, & tertiam quoque habet ſignificationem, dum ſcilicet in Nomine integro conſtituit literam ultimam] *& tranſit in fœminam.* [id eſt, & denotat uxorem Microproſopi, ut ſupra declaratum eſt, quia ponitur loco He ultimi: ſicut etiam eandem ſignificandi vim habet in connexione Nominum eſſendi & dominandi hoc modo יאהדונהי.]

44. אִתְיַיחַד יוֹד בִּלְחוֹדוֹי׃

§. 44. Jam ſeſe convertit ad ultimam illius quadraturæ partem, quæ eſt Jod ſolitarium; hoc modo, י, & dicit:] *Unicum manet Jod & ſolum* [ut denotetur omnia effluxiſſe ex unica litera Jod, quæ eſt puncti inſtar, trium tamen partium, de quibus alibi; hoc loco tamen ſolam fœminam denotans, ſive Regnum, in quo continentur omnia ſuperna.]

45. וּבְתַר כֵּן סָלִיק בְּרִגְוָּא לְעֵילָא לְעֵילָא אִתְחַשְׁכָא נוּקְבָא׃

§. 45. *Et deinde* [ſi jam Tetragrammaton non conſideratur juxta modo tradita, ſed hoc modo inſtituendo quadraturam יה·יהן·יהוי tunc Jod quidem etiam eſt ſolitarium, ſed ſenſu plane contrario.

trario. Nam] *aſcendit in gradum ſuum ſurſum, ſurſum* [id eſt, ſenſum recipit non proximè ſuperiorem, ut denotetur gradus pulcher vel fundamentum ejus; ſed ſummum, id eſt Patrem, ſive Sapientiam.] *Obſcuratur fœmina* [id eſt, hoc modo, ſenſus prior, quo denotabat uxorem Microproſopi tanquam litera Tetragrammati ſupradicti ultima, in ipſo ceſſat.]

§. 46. *Et illuminatur Mater*; [id eſt, in altera parte Tetragrammati retrogradantis ordinarii, quæ conſtat è literis יה, ad literam Jod, quæ habet ſignificationem Patris, accedit litera He, quæ eſt Mater, & quia duæ hæ ſolæ combinantur, hinc denotatur influentia illa luminoſa, qua Intelligentia imbuitur à Sapientia ſuperna] *& aperitur in portis ſuis.* [i. e. ſi duæ hæ literæ in ſe invicem ducantur, tunc è denario quinquies ſumto oritur quinquagenarius; quo denotantur quinquaginta portæ Intelligentiæ: hæ dicuntur aperiri, quia litera He eſt ultima & nuda, non clauſa à litera quadam ſuccedanea alia.

46. וְאִתְנְהִירַת אִימָא וּמִתְפַּתְּחָא בְּתַרְעוֹי.

§. 47. *Accedit clavis, quæ continet ſex, & claudit portam ejus.* [Id eſt, in tertia parte retrogradationis hujus, quæ eſt והי, litera He non amplius ultima eſt; ſed latus ejus claudit litera ו tertia Tetragrammati; qua denotantur ſex membra Microproſopi, ſuperinveſtientia ſex membra matris, ita ut porta ejus ultima, quæ eſt gradus Gloriæ; una cum reliquis quæ ſunt Benignitas, Severitas, Pulchritudo, Superatio; ſingulæ conſtantes è Decade; claudatur & cooperiatur.

47. אִתָּא מַפְתְּחָא דְּכָלִיל בְּשִׁית וּמְכַסְיָא פִּתְחָהָא.

§. 48. *Et applicatur ad infera*, [vel ut alii legunt, ad hoc latus] *& ad illud.* [Jam ſermo eſt de quarta quadraturæ parte, ubi nomen eſt integrum, ſive per ה ſive per ו ſcriptum in ultimo gradu: ut nimirum & uxor Microproſopi accedat. Utrinque ergo nexum habet Microproſopus dum Matrem è parte ſuperna ſuperinveſtit ut illam in ſe recipiat tanquam animam ſuam: & dum ab uxore è parte inferiore iterum veſtitur, ita ut ipſe fiat anima hujus.]

48. וְאָחִיד לְתַתָּא לְהַאי [alii legunt] וּלְהַאי.

§. 49. *Væ illi, qui aperit portam ejus.* [Portæ dicuntur gradus, per quos influentia prodit: illi dicuntur claudi, quia influentia aliàs nimia ab inferioribus non poſſet capi; quare membra membris dicuntur ſuperinduci ut lumen diminuatur tranſitu ſuo. Dum autem divelluntur per peccata inferiorum iſtæ concatenationes & luminum cohibitiones, nullus ſanè mundo advenire poteſt influxus.]

49. וַוי לְמַאן דְּגָלֵי פִּתְחָהָא.

Cap. II.

פִּרְקָא תִּנְיָינָא.

§. 1. *Barba veritatis.* [Id eſt, jam ſequitur deſcri-

1. דִּיקְנָא מְהֵימְנוּתָא.

deſcriptio Barbæ Macroproſopi, & tredecim ejus partium, quæ in Idra magna latiſſimè deſcribuntur. vide infra §. 160. 191.]

2. דִּקְנָא לָא אִדְכַּר בְּגִין דְּהִיא יְקִירוּתָא דְּכֹלָּא.

§. 2. *Barba non facta eſt mentio.* [Hanc correcturam, ut inſeratur vox דקנא habet codex correctus Mantuanus. Senſus eſt, Salomonem in Cantico Canticorum mentionem quidem facere omnium membrorum, non autem Barbæ.] *quia hæc eſt ornatus omnium.* [Ornatus dicitur id, quod contegit aliud; prout veſtis qua corpus ornatur, iſtud contegit. Barba hæc autem contegit, non tantum Macroproſopum ſed & Patrem & Matrem & deſcendit usque ad Microproſopum. Unde ob communicationem lucis tam copioſæ præ magna reverentia ſilentii peplo & ipſa involuta fuit.]

3. מֵאוֹרְנִין נְפִקַת בְּסִחֲרָנָהָא דְּבֵסִיטָא סְלִיק וְנָחִית חוּטָא חִוָּרָא בְּתְלֵיסַר מִתְפְּרֵשׁ בִּיקִירָא.

§. 3. *Ab auribus procedit penes ambitum apertura: aſcendit & deſcendit filum album. In tredecim diſtribuitur in ornatum.* [Horum omnium explicationem vide infra §.

4. בִּיקִירוּתָא הַהִיא כְּתִיב לֹא עָבַר בָּהּ אִישׁ וְלֹא יָשַׁב אָדָם שָׁם אָדָם לְבַר הוּא אָדָם לֹא כְלִיל הַכָּא כֻּלָּא אִישׁ.

§. 4. *De ornatu iſto ſcriptum eſt* [Jer. 2. v. 6.] *Non tranſiit in eâ mas; nec habitavit homo ibi. Homo extrinſecus* [eſt:] *Homo non includitur ibi; multò minùs mas.*

5. בְּתְלֵיסַר נְבִיעִין מְבוּעִין מִתְפְּרְשִׁין אַרְבַּע בִּלְחוֹדוֹי אִסְתַּמְכוּ תְּשַׁע אַשְׁקִיוּן לְגוּפָא (לְגִינְתָא.)

§. 5. *Per tredecim ſcaturigines fontes diſtribuuntur:* [quibus influxus ſit in Microproſopum & inferiora vide) *Quatuor ſeparatim adjunguntur: novem verò potant corpus* [vel ut alii legunt, monente codice correcto Mantuano, *rigant hortum*; id eſt Microproſopum, vide

6. מַקְפֵי פִּתְחָא דְּאוֹרְנִין שָׁרֵי יְקִירוּ לְאִתְתַּקָּן.

6. §. ***Ante portam aurium incipit ornatus formari.***

7. נָחִית בְּשַׁפִּירוּ בְּרֵישָׁא דְּשִׂפְוָון מֵהַאי רֵישָׁא לְהַאי רֵישָׁא.

§. 7. Deſcendit in pulchritudine in principium Labiorum; ab hoc principio in illud principium.

8. קָאִים אָרְחָא וְנָפִיק תְּחוֹת תְּרֵין נוּקְבִין דְּפַרְדֵּשְׁקָא לְאַעְבָרָא חוֹבָא דִּכְתִיב וְתִפְאַרְתּוֹ עֲבוֹר עַל פֶּשַׁע.

§. 8. *Exiſtit ſemita, quæ exit ſub duobus foraminibus Meniani, ut tranſire queat peccatum: ſicut ſcriptum eſt.* [Prov. 19. v. 11.] *Et decus ejus præterire iniquitatem.*

9. תְּחוֹת שִׂפְוָון אַסְחַר שַׂעְרָא לְרֵישָׁא אַחֲרָא.

§. 9. Sub labiis ambit pilus in principium alterum.

§. 10.

§. 8. הָאָרֶץ [vox ſeptima iſtius initii denotat Baſiliam cum gloria & fundamento conjunctam.] *ſicut ſcriptum eſt* [Pſal. 8. v. 2.] *quàm magnificum* [hîc eſt gradus Gloriæ] *eſt nomen tuum in univerſa* [ubi denotatur fundamentum:] *terra* [quæ eſt regnum. Item Iſ. 6. v. 3.] *Plenitudo omnis terræ gloria ejus* [ubi tres hi gradus iterum concurrunt.]

9. יְהִי רָקִיעַ בְּתוֹךְ הַמַּיִם לְהַבְרִיל בֵּין הַקֹּדֶשׁ וּבֵין קֹדֶשׁ הַקָּדָשִׁים.

§. 9. *Fiat firmamentum in medio aquarum. Ad faciendam diſtinctionem inter ſanctum, & inter ſanctum ſanctorum.* [i.e. inter Microproſopum & Macroproſopum.]

10. עַתִּיקָא לְוַעְרָא אִתְפְּרַשׁ וְאִתְדְּבַק לָא אִתְפְּרַשׁ מִמַּשׁ פּוּמָא מִמֹּחַ דִּבְרִבְּן אַנְתִּיק וְאִתְעַבַּד בְּכַתְרִין זְעִירִין בְּחַמְשָׁה זִינִין מַיִּם.

§. 10. *Senior expanditur ad Microproſopum* [ſive Corona ad Pulchritudinem.] *& adhæret* [ei ut hic incrementum accipere queat. Si] *non expanditur penitus* [ut Microproſopus quaſi per ſe ſubſiſtat, ſed adhuc in Matris utero degat] *os loquens grandia loco movet* [iſtum Microproſopum, ut ex utero ejus progenerectur] *& coronatur coronis parvis ſub quinque ſpeciebus aquarum.* [i.e. Microproſopus influxum accipit quinque Benignitatum: quæ dicuntur coronæ, quia à corona ſive Macroproſopo deſcendunt: ſed parvæ, quia à Benignitate i.e. Microproſopico gradu incipiunt: & vocantur Aqua-

Aquarum quinque ſpecies; quia Aqua ad Benignitatem pertinet, & in hoc verſu Gen. 1. v. 6. 7. vox מים quinquies reperitur.]

§. 11. *Sicut ſcriptum eſt* [Num. 19. v. 17.] *Et dabit ſuper eum aquas vivas in vaſe.* [Vita autem ad Matrem ſpectat; & intelligendus] *eſt* [gradus ille, qui vocatur] אלהים חיים *Deus vitæ: & Rex Mundi* [i. e. Intelligentia. Quo pertinent etiam dicta ſequentia: Pſal. 116. v. 9.] *ambulabo coram Domino in terris vitarum.* [Item 1. Sam. 25. v. 29.] *Et erit anima Domini mei ligata in faſciculo vitarum.* [item Gen. 2. v. 9.] *Et arborem vitæ in medio horti.* [Hæc omnia inquam referuntur ad intelligentiam, à qua ſex membra proximum, accipiunt influxum. Et ad eam quoque pertinent nomina ſequentia: nempe Nomen] יה [quando plenè ſcribitur per א hoc modo:] יוד הא [& continet numerum Tetragrammati 26; quem etiam refert, forma iſta Nominis ad Intelligentiam pertinentis] אריה [ubi loco ה ultimi ponitur Jod, ut ſupra.]

11. דִּכְתִיב וְנָתַן עָלָיו מַיִם חַיִּים אֶל כְּלִי הוּא אֱלֹהִים חַיִּים וּמֶלֶךְ עוֹלָם אִתְהֲלַךְ לִפְנֵי יְיָ בְּאַרְצוֹת הַחַיִּים וְהָיְתָה נֶפֶשׁ אֲדֹנָי צְרוּרָה וְגוֹ וְעֵץ הַחַיִּים בְּתוֹךְ הַגָּן וְגוֹ יוֹד הֵא אֲהָיֵי.

§. 12. *Inter aquas & aquas.* [quoniam ſuperiores ſunt] *aquæ perfectæ* & [quæ in Microproſopo, ſunt] *Aquæ imperfectæ*, [ſive rigoribus mixtæ: quod aliàs dicitur] *miſeratio perfecta, miſeratio imperfecta.* [Jam ſequitur explicatio myſtica in Gen. 6. v. 3.]

12. בֵּין מַיִם לְמַיִם מַיִם שְׁלֵימִין וּמַיִם דְּלָא שְׁלֵימִין רַחֲמִין שְׁלֵימִין רַחֲמִין דְּלָא שְׁלֵימִין:

§. 13. *Et dixit Tetragrammatos: non litigabit ſpiritus meus cum homine in ſeculum, eo quod etiam ipſe caro:* [Hoc loco cum dicitur:] *Et dixit Tetragrammatos.* [notandum, quod] *poſtquam compoſita fuit* [ſtructura ſuperna] *de Microproſopo in poſterum* [intelligatur hoc nomen.] *Nam cum loquitur, Nomine quidem appellat hunc,* (ſed) *ſenior occultè loquitur.*

13. וַיֹּאמֶר יְיָ לֹא יָדוֹן רוּחִי בָּאָדָם לְעוֹלָם בְּשַׁגַּם הוּא בָשָׂר וַיֹּאמֶר יְיָ כַּד אִתְּשְׁבָא בְּעִירָא מִכָּאן וְכַד אָמַר בְּשֵׁם אָמְרוֹ דְּעַתִּיקָא סָתִים קָאָמַר.

§. 14. *Non contendet ſpiritus meus cum homine.* [Hic intelligitur non ſpiritus ipſius Microproſopi, ſed] *qui è ſupernis eſt: quia ab illo ſpiritu, qui efflatur è duobus foraminibus Naſi Macroproſopi, influxus demittitur in inferiores.*

14. לֹא יָדוֹן רוּחִי בָּאָדָם דִּלְעִלָּא מְשׁוּם דְּכַרְהוּא רוּחָא דְאִתְנְשְׁבָא מִתְּרִין נִיקְבִין דְּפַרְשָׁקָא מָשִׁיךְ לְתַתָּאֵי.

§. 15. *Et propterea ſcriptum eſt* [ibidem.] *Et erunt dies ejus centum & viginti anni. Jod vel eſt perfectum* [quando è decadibus conſtant ſingu-

15. וּבְגִנְךְ כְּתִיב וְהָיוּ יָמָיו מְאָה וְעֶשְׂרִים שָׁנָה יוֹד שָׁלִים וְלָא

שָׁלִים · ו בְּלִחוּדוֹי מְאָה תְרִין אַתְוָן תְּרִין וְמִנִין מְאָה וְעֶשְׂרִים שָׁנָה׃

læ ejus partes.] *vel non perfectum* [quando è monadibus.] *Cùm* (ergò) ו *ſolùm* [ponitur, perfectum intelligitur, quod in ſe ductum efficit] *centum.* [ſi autem ponuntur] *litera duæ* [tunc ſaltem intelliguntur decem monades] *bis ſumtæ:* [hinc fiunt] *centum & viginti anni.*

§. 16. *Jod ſolitarium quando manifeſtatur in Microproſopo* [id eſt, Lumina Macroproſopi cum in hunc deſcendunt, tunc gradus decadum valde augentur & decas hæc] *protrahitur in decem millia* [quatuor gradibus juxta literas Tetragrammati] *annorum.* [Sed] *ex hinc* [ſi juxta vim Microproſopi tantùm concipitur, locum habet id] *quod ſcriptum eſt* [Pſalm. 139. v. 5.] *Et ponis ſuper me* כַּפֶּכָה *manum tuam.* [ubi vox כַּפֶּכָה ſi ſcriberetur modo conſueto כַּפֶּךָ efficeret numerum 120. jam verò addito ה paragogico fœminæ, fiunt 125; ob quinque rigores.

16. ו בְּלִחוּדוֹי כַּד אִתְגַּלְיָא בַּזְעִירָא אִתְמְשַׁךְ בְּעֶשֶׂר אַלְפִין שְׁנִין מִכָּאן כְּתִיב וְתָשֵׁת עָלַי כַּפֶּכָה׃

§. 17. *Gigantes erant in terra.* [Gen. 6. v. 4.] Si hic conſideratur vox חִוִּין, quæ etiam eſt forma ſæpe variati Nominis, initium ſit à Regno.] *Hoc ipſum eſt quod ſcriptum eſt* [Gen. 2. v. 10.] *Et inde dividitur; & eſt in quatuor capita.* [ubi intelligitur finis Emanationis, quem ſequitur mundus ſeparatus. Nimirum] *à loco ubi dividitur corpus, vocantur Decidui illi* [vel ut corrigit Codex Mantuanus, ubi dividitur hortus, & intelliguntur ſeptem inferiores Emanationes: ubi deinde diſpeſcitur univerſum in inferiores mundos, locumque præbet corticibus.] *Hinc ſcriptum eſt: & abhinc dividitur.*

17. הַנְּפִילִים הָיוּ בָאָרֶץ · הַיְינוּ דִּכְתִיב וּמִשָּׁם יִפָּרֵד וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים מֵאתַר דְּאִתְפְּרַשׁ גּוּפָא אִקְרוּ הַנְּפִילִים דִּכְתִיב וּמִשָּׁם יִפָּרֵד׃

§. 18. *Erant in terra. In diebus illis; ſed non ſequenti tempore, donec veniret Joſua.*] id eſt, applicabantur ad gradum uxoris, quæ etiam dicitur terra Canaan, in qua Joſua inveniebat Gigantes. Vox enim נְפִילִים non amplius occurrit niſi cùm de exploratoribus agitur Num. 13. v. 33.]

18. הָיוּ בָאָרֶץ בַּיָּמִים הָהֵם · וְלֹא לְבָתַר זִמְנָא עַד דְּאָתָא יְהוֹשֻׁעַ׃

§. 19. *Et filii Elohim cuſtodiuntur*, (nec ſimilis caſus mentio fit) *donec venit Salomo, & filias hominum conjungit: ſicut ſcriptum eſt:* [Eccleſ. 2. v. 8.] ותענוגות *Et delicias filiorum hominis &c. Ubi* [in genere fœminino] תענוגות *vocat, & non* [ut alibi, genere maſculino] תענוגים, *filios Adami: ut ſubinnuatur, illos eſſe de illis ſpiritibus aliis, qui non*

19. וּבְנֵי הָאֱלֹהִים אִסְתַּמְרוּ עַד דְּאָתָא שְׁלֹמֹה וּבְנוֹת הָאָדָם אִתְכְּלָלָא הַהֲדָר וְתַעֲנוּגוֹת תַּעֲנוּגוֹת קָאֲמַר תַּעֲנוּגִים לָא קָאֲמַר בְּנֵי אָדָם דְּאִתְרְמִיזוּ מֵהַאי רוּחִין אָחֳרָנִין

conſti-

continentur ſub ſapientia ſuperna: de qua ſcribitur: [1.Reg.5.v.12.] *Et Dominus dedit Sapientiam Salomoni.* [De his vide Tractatum de Revolutionibus.]

§. 20. *Et ſcriptum eſt* [cap.4. v. 31.] *Et ſapiens erat præ omni homine. Quoniam hi non continentur ſub homine.*

§. 21. [Cùm autem dicitur:] *Et Dominus dedit Sapientiam; tunc intelligitur He ſuperum.* [quod ipſi dedit influxum Sapientiæ Baſilicæ]. *Et ſapiens erat præ omni homine: quia ab illa ſapientiam accipiebat infra* [per gradum Regni.]

§. 22. *Iſti* [ſpiritus] *ſunt potentes, qui à ſeculo. Id eſt à* [ſeculo ſive] *mundo ſuperno:* [Intelligentia ſcilicet, è qua ſeveritates & rigores excitantur.] *Viri Nominis* (id eſt) *qui exercebant ſe in Nomine.*

§. 23. *In quo nomine? In nomine ſancto, in quo ſeſe exercebant* [ad patranda mira varia] *non ſancti inferiores.* (Hi) *tamen ſeſe non exercebant niſi in nomine* [& non in ſanctitate.]

§. 24. *Viri Nominis, nudè dicitur; & non Viri Tetragrammati. Non* [ergò utebantur Nomine] *quoad myſterium Arcani, ſeu diminutivè; nec tamen cum diminutione* [Nominis ipſius.]

§. 25. [Et quia] *Viri Nominis nudè* [dicuntur, hinc] *è generali conceptu hominis excluduntur.*

§. 26. *Scriptum eſt:* [Pſal. 49. v. 14.] *Homo in dignitate non pernoctabit.* [Cùm dicitur] *Homo in dignitate* [idem eſt ac ſi diceretur Homo, qualis erat Salomo] *in dignitate Regis non diu permanebit, ſine ſpiritu.* [id eſt, influxu à Rege Microproſopo, ad quem ceu gradum pulchrum pertinet ſpiritus.]

§. 27. *Tredecim Reges* [id eſt: duodecim metatheſes Tetragrammaticæ cum radice, quæ ſunt metra benignitatum;] *bellum gerunt cum ſeptem* [Regibus Edomiticis; quia dum illorum lumina influerent, hi non poterant ſubſiſtere, & adhuc ſunt Claſſes judiciorum rigoroſiſſimorum; quæ opponuntur benignitatibus. Nam] *ſeptem Reges*

וְלֹא אִתְכְּלִלוּ בְּחָכְמָה עִלָּאָה
דִּכְתִיב וַיְיָ נָתַן חָכְמָה לִשְׁלֹמֹה׃

20. וּכְתִיב וַיְחַכֵּם מִכָּל הָאָדָם
מְשׁוּם דְּהַנֵי לָא אִתְכְּלִלוּ בְּאָדָם׃
21. וַיְיָ נָתַן חָכְמָה ה עִלָּאָה
וַיְחַכֵּם מִכָּל הָאָדָם דְּמִינָהּ אִתְחַכַּם
לְתַתָּא׃

22. הֵמָּה הַגְּבוֹרִים אֲשֶׁר
מֵעוֹלָם . עוֹלָם דְּלְעֵילָּא אֲנָשֵׁי
הַשֵּׁם דְּאִתְנַהֲגָן בְּשֵׁמָא׃
23. מַאי שְׁמָא שְׁמָא קַדִּישָׁא
דְּאִתְנַהֲגָן בֵּיהּ דְּלָא קַדִּישִׁין לְתַתָּא
וְלָא אִתְנַהֲגָן אֶלָּא בְּשֵׁמָא׃
24. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם סְתָם וְלֹא
אַנְשֵׁי יִרּוּד לְאוֹ מִסְתָּם סְתִימוּתָא
אֶלָּא גְּרִיעוּתָא וְלֹא גְּרִיעוּתָא׃
25. אַנְשֵׁי הַשֵּׁם סְתָם מִכְּלָלָא
דְּאָדָם נָפְקָא׃
26. כְּתִיב אָדָם בִּיקָר בַּל יָלִין׃
אָדָם בִּיקָר בִּיקָרוֹ דְּמַלְכָּא בַּל
יָלִין בְּלָא רוּחָא׃

27. תְּלֵיסַר מַלְכֵי קְרָבָא בְּשִׁבְעָה
שִׁבְעָה מַלְכִין בְּאַרְעָא אִתְחֲזָיָן
נְצָחִי קְרָבָא תִּשְׁעָה דְּסַלְקִין
בְּרִגְנִין דְּרַחֲטִין בְּרַעוּתְהוֹן וְלֵית
דְּיִמְחֵי בִּידֵיהוֹן׃

in terra [Edom] *viſi ſunt,*]& jam poſtquam vaſa illorum confracta ſunt, dicuntur Cortices ad inferiora delapſi. Hos] *vincūt in bello novem* [metra Microproſopi, de quibꝰ in Idra magna, per quæ David vincebat hoſtes ſuos:] *quæ aſcendunt in gradus decurrentium pro arbitrio ſuo* [id eſt, quæ fiunt tredecim, ut ſunt in Macroproſopo, ejusque Barba, quæ dicitur influentia, & decurrit ſive influit liberè,] *& nemo eſt, qui impediat manum eorum.* [Nam dum metra ſuperna incrementum largiuntur inferioribus, omnia judicia ſubiguntur.]

§. 28. *Quinque Reges* [id eſt, quinque literæ מנצפך, quæ ſunt judiciorum radices;] *in celerem fugam ſe corripiunt coram quatuor* [literis Tetragrammati, quæ benignitatis influxum ſecū ferunt:] *Non poſſunt ſubſiſtere,* [quia judicia & rigores ceſſant & fugiunt.]

28. חֲמִשָּׁה מַלְכִין קַיְימִין בַּבְהִילוּ לְקַמֵי אַרְבַּע לָא יְכִלִין לְמֵיקַם׃

§. 29. *Quatuor Reges occurrunt quatuor* [id eſt, quatuor literæ Tetragrammati innectuntur quatuor literis אלני: quæ] *ab illis dependent ut uvæ in racemo* [in cōcatenatione Nominis יאהדונהי.]

29. אַרְבַּע מַלְכִין נַפְקִין לְקַרְמוּת אַרְבַּע בְּחוֹן תַּלְיִין כְּעִנְבִין בְּאֶתְכְּלָא׃

§. 30. *Secernuntur periſtos* [id eſt, per hos gradus divinorum Nominum ſelectio fit ſanctitatis è vaſis confractis] *ſeptem canales* [id eſt, ſeptem vaſa confracta, quæ jam ceu cortices, magnam adhuc partem luminum & animarum in ſe continent] *teſtantur teſtimonium* [id eſt, animæ ita ſelectæ deinde in mundum progeneratæ teſtantur ſe ab impuritate ereptas] *& non permanent in loco ſuo* [& ſub corticibus non amplius detineri.]

30. בְּרִירָן בְּהוּ שְׁבְעָה וְרִשְׁטִין סַהֲדִין סַהֲדוּתָא וְלָא קַיְימָן בְּרוּכְתַיְיהוּ׃

§. 31. *Arbor quæ mitigata eſt* [id eſt, Regni gradus ſive Schechinah, quæ eſt arbor Cognitionis boni & mali, quæ in ſe tota conſiſtit è judiciis, ſed à marito per influxum benignitatum mitigatur;] *reſidet interius* [intra Cortices; quia regnum ejus dominium habet in omnia: & pedes ejus deſcendunt in mortem.] *In ramis ejus* [in mundis inferioribus] *reſident & nidificant aves* [locum habent animæ & angeli.] *Sub ea umbram quærunt animalia poteſtatem habentia* [id eſt, cortices: Nam in ipſa ambulat omnis beſtia ſylveſtris Pſal. 104. v. 20.]

31. אִילָנָא דְמִיבְּסַם יְתִיב בְּגוֹ׃ בְּעַנְפוֹי אֲחִידָן וּמְקַנְנָן צִפְּרִין׃ תְּחוֹתוֹי תִּטַּלַל חֵיוְתָא דְשַׁלִיטָא׃

§. 32. *Hæc eſt arbor, quæ duas habet ſemitas* [nam ita reſtitutus eſt hic locus in Codice correcto] *ad eundum*] nempe bonum & malum: quia eſt arbor cognitionis boni & mali.] *Habetque ſeptem columnas circa ſe,* [id eſt, ſeptena palatia.] *& quatuor ſplendores* [id eſt, quatuor animalia] *circumvolvun-*

32. הוּא אִילָנָא בְּתַרֵיסַר סְא תְרֵי כְּבִישָׁן לְמֶהֱךְ בְּשִׁבְעָה סַמְכִין סַחֲרָנִיתּ בְּאַרְבַּע זִיוִין מִתְגַּלְגְּלִין בְּאַרְבָּע סְטָרִין׃

tur

tur [quatuor rotis] *in quatuor lateribus* [ſive quadrifariam juxta currum Jecheskelis.]

§.33. *Serpens* [qui fiebat è baculo Moſis, i.e. Cortex נוגה ſive ſplendoris] *qui currit trecentis & ſeptuaginta ſaltibus* [triginta duo Nomina Elohim cum quinque literis, quæ ſunt 37. per decades multiplicata, efficiunt 370. & denotantur judicia Uxoris, ad quæ ſaltum ſuum dirigit Cortex iſte, quia mediæ eſt naturę inter ſanctum & profanum.] *Salit ſuper montes, & raptim accurrit ſuper colles, ſicut ſcriptum eſt* [Cant. 2 v. 8 Id eſt, in altum aſſilit ſupra reliquos Cortices.] *Caudam ſuam more ſuo dentibus tenet* [id eſt, extremum ſuum, quo ad Cortices porrigitur, convertit ad extremum alterum, quo ad ſanctitatem ſpectat.] *perforatus eſt in utroque latere* [ut recipere queat naturam ſuperam & inferam] *Cum tollitur præfectus* [qui eſt Metatron] *convertitur in tres ſpiritus* [id eſt, aſſumit naturam trium corticum inferiorum.]

33. חִוְיָא דְּרָחִיט בְּשִׁבְעִין דְּלוֹגִין דָּלָא עַל טוּרִין מְקַפֵּץ עַל גְּבָעָתָא דְּכָתִיב מְדַלֵּג עַל הֶהָרִים מְקַפֵּץ עַל הַגְּבָעוֹת · זַנְבֵּיהּ בְּפוּמֵיהּ בְּשִׁטְיָ נָקִיב לְתַרִין גִּיסִין כַּד בָּטִיל גִּיסְטְרָא אָתְעֲבִיד לְתַלָּת רוּחִין.

§.34. [De Metatrone autem] *ſcriptum eſt* [Gen. 5. v. 22.] *Et ambulavit Chanoch cum Elohim.* [quia ex Chanocho factus eſt Metatron.] *Et ſcriptum eſt* [Prov. 22. v. 6.] חנך *Chanoch factus eſt in puerum, juxta viam ſuam.* [id eſt, mutatus eſt] *in Puerum notum* [Metatronem, qui nomine ſuo vocatur נער.]

34. כְּתִיב וַיִּתְהַלֵּךְ חֲנוֹךְ אֶת הָאֱלֹהִים · וּכְתִיב חֲנוֹךְ לַנַּעַר עַל פִּי דַרְכּוֹ · לַנַּעַר הַיְדוּעַ ·

§.35. *Cum Elohim: & non cum Tetragrammato,* [quia ipſe applicatur ad gradum Baſiliæ, cui tribuitur nomen hoc rigoris.] *Et non erat,* [amplius] *ſub hoc nomine: quia tulit eum Elohim, ut appellaretur nomine ſuo.* [hoc enim nomen communicabile eſt Angelis, & inprimis huic illorum principi.]

35. אֶת הָאֱלֹהִים וְלֹא אֶת יְיָ וְאֵינֶנּוּ בְּשֵׁם זֶה · כִּי לָקַח אוֹתוֹ אֱלֹהִים לְהִקָּרֵא בְּשִׁמּוֹ.

§.36. *Tres domus judicii dantur, quæ ſunt quatuor* [i. e. tres literæ יהו relatæ ad Intelligentiam, quæ ſunt quatuor literæ Tetragrammati punctata punctis nominis Elohim. Nam] *quatuor ſunt domus judicii ſuperiores* [modo dictæ quatuor Tetragrammmaticæ] *& quatuor inferiores* [quæ ſunt quatuor literæ אדני ad Regnum pertinentia.] *Nam ſcriptum eſt:* [Lev. 19. v. 35.] *Non facietis iniquitatem in judicio, in dimenſione cubili, in pondere, & in menſura.* [Ubi quatuor hæc myſticè innuuntur.]

36. תְּלָתָא בָתֵּי דִינִין אַרְבַּע אִינּוּן · אַרְבַּע בָּתֵּי דִינִין דִּלְעֵילָּא אַרְבַּע לְתַתָּא דִּכְתִיב לֹא תַעֲשׂוּ עָוֶל בַּמִּשְׁפָּט בַּמִּדָּה בַּמִּשְׁקָל וּבַמְּשׂוּרָה.

§.37.

§. 37. [Aliud enim eſt] *Judicium rigoroſum* [Severitatis;] *aliud judicium non rigoroſum* [id eſt, regni.] *Aliud judicium per bilancem*, [ubi duæ lances meriti & debiti] *aliud judicium, quod non fit per bilancem*; [& hoc eſt] *judicium lene* [quo judicantur Iiſraëlitæ. Sed etiam datur] *judicium quod neque hujus neque illius generis.* [nempe gradus pulcher.]

37. דִּינָא קַשְׁיָא · דִּינָא רְלָא קַשְׁיָא · דִּינָא בְשִׁקּוּלָא · דִּינָא דְלָא בְשִׁקּוּלָ דִּינָא רַפְיָא · דִּינָא דַאֲפִילוּ לָא הַאי וְלָא הַאי.

§. 38. Porrò ſcriptum eſt Gen. 6. v. 1. *Et factum eſt cum inciperet homo multiplicari ſuper facie terræ.* [Ubi per verba hæc] *incipiebat* אדם *multiplicari* [intelligitur Daath ſeu Cognitio, Anima gradus pulchri, ad quam refertur Moſes; quæ multa lumina demittit in Uxorem terram, cùm Maritus illuc aſcendit.] *Hoc eſt illud, quod ſcriptum eſt:* [ibid. v. 3.] בְּשָׁגַם *eo quod etiam eſt caro* [quæ voce בְּשָׁגַם per æquipollentiam numerorum eſt מְשׁוֹךְ] *Adam* (ſcilicet) *ſupernus* [Daath ſive Cognitio.] *Et ſcriptum eſt: ſuper facie terræ:* [quæ facies terræ, id eſt, ſumma repræſentatio Baſiliæ eſt Intelligentia Mater, ad cujus portas aſcendit Moſes.]

38. וַיְהִי כִי הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב עַל פְּנֵי הָאֲדָמָה · הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב · הַיְינוּ דִכְתִיב בְּשָׁגַם הוּא בָּשָׂר הָאָדָם דִלְעֵילָא · וּכְתִיב עַל פְּנֵי תָּאוֹמָה.

§. 39. [De hac facie ſcriptum eſt: Ex. 34, 29.] *Et Moſcheh neſciebat, quod fulgeret cutis faciei ſuæ* [ubi per faciem Mater, per cutem Baſilia intelligitur.] *Hoc ipſum eſt, quod dicitur* [Gen. 3. v. 21.] *Tunicas pellis,* [quia regnum per ſe luce caret.]

39. וּמֹשֶׁה לֹא יָדַע כִי קָרַן עוֹר פָּנָיו הַיְינוּ דִכְתִיב כָּתֹנֶת עוֹר.

§. 40. *Fulgere* [autem cùm dicitur facies Moſis, intelligitur Mater,] *juxta illud:* [1. Schmu. 16. v. 13.] *Accepitque Schmuel cornu olei* [ubi per oleum, Sapientia, per cornu, ſive fulgorem olei, intelligentia connotatur.] *Nulla enim eſt unctio, niſi per cornu* [id eſt, omnis deſcenſus unctionis eſt per Matrem.] *Hinc dicitur* [Pſal. 89, 18.] *Et in voluntate tua exaltabis cornu noſtrum.* [Item Pſalm. 132. v. 17.] *Ibi germinabit cornu Davidis* [id eſt, Baſilia influxum accipiet à matre.] *Hic eſt Regum decimus* [id eſt, Regni gradus,] *& provenit à Jubilæo, qui eſt Mater.*

40. קָרַן דִכְתִיב וַיִּקַּח שְׁמוּאֵל אֶת קֶרֶן הַשֶּׁמֶן · לִירֵת מְשִׁיחָה אֶלָא בְּקֶרֶן וּבְשֶׁמֶן (סא וברצונך) תָּרוּם קַרְנֵנוּ · שָׁם אַצְמִיחַ קֶרֶן לְדָוִד הַיְינוּ עֶשִׂירָאָה דְמַלְכִים וְאַתְיָא מִן יוֹבְלָא דְהוּא אִימָא.

§. 41. *Nam ſcriptum eſt:* [Joſ. 6. v. 5.] *Et erit cum intonabitur Cornu Jubilæi. Hic eſt ſplendor Jubilæi; & coronatur* (gradus) *decimus à Matre.*

41. דִכְתִיב וְהָיָה בִּמְשׁוֹךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל · קֶרֶן בְּיוֹבְלָא אִתְעֲטַר עֶשִׂירָאָה בְּאִימָא.

§. 42.

42. קֶרֶן דְּנָטִיל קֶרֶן וְרוּחַ לְאַתְבָּא רוּחֲיהּ לְיוֹדְ׳ וְהַאי קֶרֶן דְּיוֹבְלָא הוּא וְיוֹבֵל הֵ וָהּ נְשִׁיבָא דְּרוּחָא לְכוּלָּא וְכוּלָּא תַּיְיבִין לַאֲתַרַיְיהוּ׳.

§. 42. [Hoc eſt] *Cornu, quod accipit capitale & lucrum, ut reſtituat ſpiritum ipſi*; [id eſt, cum Microproſopo dandus eſt ſpiritus, mater tam ſua contribuit, quod eſt קֶרֶן fulgor, capitalis, quã augmentum, quod à patre accipit.] *Et hoc eſt cornu Jubilæi. Et Jobel eſt* הֵ [primum Tetragrammati:] *Et* הֵ *eſt afflatus ſpiritus ad omnia*: [quia Mater eſt mundus venturus, ubi in reſurrectione omnia recipient ſpiritum:] *& omnia redibunt in locum ſuum*, [ſicut in Jubilæo, ita in mundo venturo.]

43. דִּכְתִיב אֲהָהּ יְיָ׳ אֱלֹהִים כַּד אִתְחֲזִי הֵ לָהּ יְיָ׳ אֱלֹהִים אִתְקְרִי שֵׁם מָלֵא וּכְתִיב וְנִשְׂגָּב יְיָ׳ לְבַדּוֹ בְּיוֹם הַהוּא׳ וְסָלֵק כַּד אִתְחֲזֵר הֵ לָהּ וְאִסְתַּלַּק יְפוּרְעָנוּתָא אִתְּי לְעָלְמָא וְאִם לֹא בְּשְׁבִיל אָדָם יְדִיד לֹא אִתְקַיֵּים עָלְמָא וְכוּלָּא אִתְחָרֵב תֵּל רָאָה כְּתִיב וְנִשְׂגָּב וְגוֹ׳.

§. 43. *Scriptum eſt enim*: אֲהָהּ יְיָ׳ אֱלֹהִים *Ahah, Tetragrammaton Elohim. Cùm apparet* הֵ (primum) הָ (ſecundo), *tunc Tetragrãmaton vocatur Elohim*; [quaſi judex; quia circa mundum venturum multis opus erit viribus. Hoc eſt] *Nomen plenum.* [*Et ſcriptum eſt*] Iſch. 2. v. 11.] *Et exaltabitur Tetragrammaton ſolum in die illa.* [Al. Cum convertitur He unum ad He alterum, & tollitur Jod, vindicta venit in mundum: & niſi propter Adamum illum, qui vocatur Tetragrammaton [gratiæ locus eſſet] mundus non ſubſiſteret; ſed omnia devaſtarentur. Hinc ſcriptum eſt: Et exaltabitur &c.]

44. עַכְ סְתִים וְאִתְעַטַּר צְנִיעוּתָא דְּמַלְכָּא דְּהַיְינוּ סִפְרָא דַּצְנִיעוּתָא זַכָּאָה לְמַאן דְּעָל וְנָפֵק וְיָדַע שְׁבִילוֹי וְאָרְחוֹי׳.

§. 44. Huc uſque occultatum & involutum eſt myſterium Regis, id eſt, Liber myſterii, ſeu occultationis. Beatus eſt ille, qui intrat & exit, & novit ſemitas ejus & tramites ejus.

FINIS.

PARTIS SECUNDÆ

Tractatus Secundus,

qui est

IDRA RABBA,

seu

SYNODVS AREÆ MAGNA,

Cum Textu Originario, correcto & punctato, nec non in Sectiones & paragraphos dissecto, adjectis Variis Lectionibus; & Versione cum allegatione Dictorum Biblicorum.

Synodus magna Sancta.
(§. 163.)

האדרא רבא קדישא.

SECTIO I.
Ingreſſus & Præloquium.

§. 1. TRaditio. Dixit R. Schimeon ad ſocios: quamdiu ſedebimus in ſtatu unius columnæ? cùm ſcriptum ſit [*Pſal.*119.v.126.] Tempus faciendi Domino, diſſipaverunt Legem tuam.

1. תַּנְיָא אָמַר לְחַבְרַיָּיא עֵד אֵימָת נִיתִּיב בְּקַיְמָא חַד סִמְכָא כְּתִיב עֵת לַעֲשׂוֹת לַיְיָ הֵפֵרוּ תוֹרָתֶךָ.

Editionis Cremonenſis fol. 61. col. 242.

Editionis Mantuanæ fol. 129. b.

§. 2. Dies pauci ſunt, & creditor urget, præco clamat quotidiè, & meſſores agri pauci ſunt, & iſti qui circa extremum vineæ ſunt, (*i. e. non ſtudent ſanctitati, quæ dicitur vinea*) non attendunt & non noverunt, Ubi ſit locus legitimus.

2. יוֹמִין זְעִירִין וּמָארֵי דְחוֹבָא דָחִיק כְּרוֹזָא קָארֵי כָּל יוֹמָא וּמְחַצְּדֵי חַקְלָא זְעִירִין אִינִין וְאִינּוּן בְּשׁוּלֵי כַרְמָא לָא אִשְׁגְּחָן וְלָא יָדְעִין לְאָן הוּא אֲתַר כְּמָה דְיָאוּת.

§. 3. Congregate vos, ſocii, in aream; inſtructi loricis & haſtis, eſtote alacres in apparatu veſtro, conſilio, ſapientia, intellectu, ſcientia, attentione, manibus & pedibus: Conſtituite Regem ſuper vos, illum in cujus poteſtate eſt vita & mors; ut ferantur ſententiæ veritatis; res ad quas Sancti ſuperni attendunt, illasque audire & cognoſcere gaudent.

3. אִתְכַּנְּשׁוּ חַבְרַיָּיא לְבֵי אִדְרָא מְלוּבָּשִׁין שִׁרְיָין וְרוֹמְחֵי אִזְדְּרוּ בְּתִקּוּנֵיכוֹן בְּעִיטָא בְּחָכְמְתָא בְּסוּכְלְתָנוּ בְּרַעְתָּ בְּחִיזוּ בִּידִין בְּרַגְלִין אַמְלְכוּ עֲלֵיכוֹן לְמַאן (לְמַלְכָּא) דְּבִרְשׁוּתֵיהּ חַיָּיא וּמוֹתָא לְמִגְזַר דִּינִין (סָאֲ מִלִּין) דְּקִשׁוֹט מִלִּין דְּקַדִּישֵׁי עִלָּאִין צַיְּיתִי לְהוּ. וְחַדָּאן לְמִשְׁמַע לְהוּ וּלְמִנְדַּע לְהוּ.

§. 4. Sedit R. Schimeon & flevit, dixitque: Væ! ſi revelabo, væ! ſi non revelabo.

4. יְתִיב רִשׁ וּבְכָה וְאָמַר וַוי אִי גְּלֵינָא וַוי אִי לָא גְּלֵינָא.

§. 5. Socii, qui ibi erant, tacebant.

5. חַבְרַיָּיא דַּהֲווּ תַּמָּן אִשְׁתִּיקוּ.

§. 6. Surrexit R. Abba & dixit ei: Cum venia Domini; atqui ſcriptum eſt [*Pſal. 25. v. 14.*] Arcanum Domini ſupertimentibus eum. Et ſane ſocii iſti timent Sanctum illum Benedictum, & jam ingreſſi ſunt in ſynodum domûs tabernaculi ex illis quidam tantum ingreſſi ſunt, & *(quidam)* ex illis etiam exiverunt.

6. קָם ר׳ אַבָּא וְאָמַר אִי נִיחָא קַמֵּיהּ דְּמָר הָא כְּתִיב סוֹד יְיָ׳ לִירֵאָיו וְהָא חַבְרַיָּיא אִלֵּין דַּחֲלִין דְּקֻדְשָׁא אִינּוּן וּכְבַר עָאלוּ בְּאִדְּרָא דְּבֵי מַשְׁכְּנָא מִנְּהוֹן עָלוּ מִנְּהוֹן נַפְקוּ.

§. 7. Traditum eſt porrò: Numerati ſunt ſocii coram R. Schimeone: & inventi ſunt, R. Eleaſar filius ejus: & R. Abba; & R. Jehudah, & R. Joſe filius Jacobi, & R. Iſaac, & R. Chiskia filius Raf, & R. Chija, & R. Joſe, & R. Jeſa.

7. תָּאנֵי אִתְמְנוּ חַבְרַיָּיא קַמֵּיהּ דְּרַשְׁ וְאִשְׁתְּכְחוּ ר׳ אֶלְעָזָר בְּרֵיהּ · וְר׳ אַבָּא · וְר׳ יְהוּדָא וְר׳ יוֹסֵי בַּר יַעֲקֹב · וְר׳ יִצְחָק · וְר׳ חִזְקִיָּה בַּר רַב · וְר׳ חִיָּיא · וְר׳ יוֹסֵי · וְר׳ יֵיסָא.

§. 8. Manus dederunt R. Schimeoni, & digitos ſuſtulerunt in altum, & intraverunt in agrum, *(ubi area trituratoria erat, id eſt locus ſub dio rotundus, ubi bobus circumactis, frumentum conculcari ſolebat pro granis excutiendis, qualis deſcribitur Jud. 6. v. 11. 37. 39.)* inter arbores, & ſederunt.

8. יָדִין יָהֲבוּ לְרַשְׁ וְאַצְבְּעָן זָקְפוּ לְעֵילָּא וְעָאלוּ בְּחַקְלָא בֵּינֵי אִילָנֵי וְיָתְבוּ.

§. 9. Surrexit R. Schimeon & precatus eſt orationem ſuam. Sedit in medio eorum, & dixit, quilibet ponat manum ſuam in ſinum meum; poſuerunt manus ſuas, & apprehendit illas.

9. קָם רַשְׁ וְצָלֵי צְלוֹתֵיהּ · יָתִיב בְּגַוְויְיהוּ וְאָמַר כָּל חַד יְשַׁוֵּי יְדוֹי בְּחוֹקְפִי · שַׁוִּי יְדֵיהוּ וְנָסִיב לוֹן.

§. 10. Exorſus dixit *(ex Deut. 27. v. 14.)* Maledictus vir, qui fecerit idolum & fuſile opus manuum fabri, & ponit in occulto, & omnis populus reſpondeat & dicat Amen!

Editionis Mantuan. fol. 128.

10. פָּתַח וְאָמַר אָרוּר הָאִישׁ אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה פֶּסֶל וּמַסֵּכָה מַעֲשֵׂה יְדֵי חָרָשׁ וְשָׂם בַּסָּתֶר וְעָנוּ כָל הָעָם וְאָמְרוּ אָמֵן׃

§. 11. Incepit R. Schimeon & dixit: Tempus faciendi Domino: quid eſt, tempus faciendi Domino? propterea quod perverterunt legem tuam. Quid eſt, perverterunt legem tuam? Lex ſuperior, quæ neglectui exponitur, ſi non peragitur ſecundum requiſita ſua. Quare hoc?

11. פָּתַח רַשְׁ וְאָמַר עֵת לַעֲשׂוֹת לַיְיָ׳ אָמַאי עֵת לַעֲשׂוֹת לַיְיָ׳ מִשּׁוּם דְּהֵפֵרוּ תוֹרָתֶךָ · מַאי הֵפֵרוּ תוֹרָתֶךָ תּוֹרָה דִּלְעֵילָּא דְּאִיהִי מִתְבַּטְּלָא אִי

(vel

לֹא יִתְעַבִּיד בְּתִקּוּנוֹי אִמַּאי (סְאֵ שְׁמָא) דָּא וּלְעַתִּיק יוֹמִין אִתְמַר.

(vel ut alii legunt : Quare Nomen hoc Tetragrammaton hic adhibetur ?) Nimirum de ſene dierum dictum eſt.

12. כְּתִיב אַשְׁרֶיךָ יִשְׂרָאֵל מִי כָמוֹךָ וּכְתִיב מִי כָמוֹךָ בָּאֵלִם יְיָ.

§. 12. Scriptum [*enim Deut.* 33. *v.* 29.] Beatus tu Iſraël, quis ſicut tu ? Et ſcriptum eſt [*Exod.*15.*v.*11.] Quis ſicut tu inter Deos, Domine !

13. קָרָא לְרִבִּי אֶלְעָזָר בְּרֵיהּ אוֹתְבֵיהּ קַמֵּיהּ וְלֹר אַבָּא מִסְטָרָא אָחֳרָא וְאָמַר אֲנַן כְּלָלָא דְכוּלָּא עַד כְּאַן אִתְתְּקַנוּ קַיְימִין.

§. 13. Vocavit R. Eleaſarem filium ſuum, & ſedere juſſit eum coram ſe, & R. Abbam ex altero latere, & dixit : Nos ſumus typus omnium (*i. e. nos repræſentamus tres columnas Numerationum :*) hactenus confirmatæ ſunt columnæ.

14. אִשְׁתְּקוּ שָׁמְעוּ קָלָא וְאַרְכּוּבָתָן דָּא לְדָא נָקְשָׁן · מַאי קָלָא · קָלָא דְכַנּוּפְיָא עִלָּאָה דְמִתְכַּנְּפִי.

§. 14. Siluerunt & audiverunt vocem ; & genua eorum invicem colliſa ſunt. Quæ (*fuit illa*) vox ? vox congregationis ſuperioris, quæ congregata erat. (*Anima nempe ſuſtorum è Paradiſo acceſſerant, ut auſcultarent ; una cum Schechinah ſ. præſentia divina.*)

15. חָדֵי רֵישׁ וְאָמַר יְיָ שָׁמַעְתִּי שִׁמְעֲךָ יָרֵאתִי אֲמַר הָתָם יָאוּת הַוִי לְמִדְחַל · אֲנַן בְּחִבִּיבוּתָא תַּלְיָא מִלְּתָא דִכְתִיב וְאָהַבְתָּ אֵת יְיָ אֱלֹהֶיךָ וּכְתִיב אֲהַבְתִּי אֶתְכֶם וְגוֹ'.

§. 15. Gaviſus eſt R. Schimeon, & dixit : Domine audivi rumorem tuum & timui. [*Habac.*3.*v.*1.] Dixit : Ibi rectè factum, quod timor ſecutus eſt ; quantum ad nos (*autem*) ab amore dependet negotium, ſicut ſcriptum eſt [*Deut.* 6.*v.*5.] Et diliges Tetragrammaton Deum tuum : & ſcriptum eſt [*Mal.*1.*v.*2.] Dilexi vos.

16. רֵישׁ פָּתַח וְאָמַר הוֹלֵךְ רָכִיל מְגַלֶּה סוֹד וְנֶאֱמַן רוּחַ מְכַסֶּה דָּבָר.

§. 16. R. Schimeon exorſus dixit : Qui ambulat (ut) circumforaneus, revelat ſecretum ; ſed fidelis ſpiritu operit verbum. [*Prov.* 11.*v.*13.]

17. הוֹלֵךְ רָכִיל הַאי קְרָא קְשִׁיָא כֵּיוָן דְאִתְמַר רָכִיל אֲמַאי הוֹלֵךְ אִישׁ רָכִיל מִבָּעֵי לֵיהּ לְמֵימַר מַאן הוֹלֵךְ.

§. 17. Ambulans ut circumforaneus : hoc dictum quæſtionem meretur : quia dicitur circumforaneus, quare ambulans ? vir circumforaneus dicendum erat : quid eſt ambulans ?

18. אֶלָּא מַאן דְּלָא אִתְיַשְׁבָא בְּרוּחֵיהּ וְלָא מְהֵימְנָא · הַהוּא מִלָּה דְשָׁמַע אָזִיל בְּנַוְויהּ כְּחִזְרָא בְּמַיָּא עַד דְּדָחֵי לֵיהּ לְבַר.

§. 18. Verum enim vero in illo, qui non ſedatus eſt Spiritu ſuo, nec verax, verbum, quod audivit, huc illuc movetur, ſicut ſpina in aqua, donec illud forâs expellat.

§. 19. Quamobrem? quia ſpiritus ejus non eſt ſpiritus ſtabilis.

19. מַאי טַעְמָא מְשׁוּם דְּלֵית רוּחֵיהּ רוּחָא דְּקַיּוּמָא. Cremonenſ. fol. 61. col. 243.

§. 20. Sed in quo Spiritus ſtabilis eſt, de eo ſcribitur: Sed fidelis ſpiritu operit verbum. [*Phraſis autem*] fidelis ſpiritu, denotat firmitatem ſpiritus: ſicut dicitur [*Iſ.* 22. *v.* 23.] Et infigam eum clavum in loco fideli. A ſpiritu res dependet.

20. אֲבָל מַאן דְּרוּחֵיהּ רוּחָא דְּקַיּוּמָא בֵּיהּ כְּתִיב וְנֶאֱמָן רוּחַ מְכַסֶּה דָּבָר · וְנֶאֱמָן רוּחַ קַיּוּמָא דְּרוּחָא (כְּמוֹ וְתִקַּעְתִּיו יָתֵד בְּמָקוֹם נֶאֱמָן) בְּרוּחָא תַּלְיָיא מִלְּתָא.

§. 21. Et ſcriptum eſt: [*Eccleſ.* 5. *v.* 5.] Ne concede ori tuo, ut ſeducat carnem tuam.

21. וּכְתִיב אַל תִּתֵּן אֶת פִּיךָ לַחֲטִיא אֶת בְּשָׂרֶךָ.

§. 22. Nec enim mundus in ſtabilitate manet, niſi per ſecretum (*ſcil. ſi illud fideliter ſervetur.*) Et ſi circa negotia mundana opus eſt ſecreto; quantò magis in negotiis ſecretorum ſecretiſſimorum, & conſideratione Senis dierum, quæ ne quidem tradita ſunt ſummis angelis.

22. וְלֵית עָלְמָא מִתְקַיְּמָא אֶלָּא בְּרָזָא · וְכִי אִי בְּמִילֵי עָלְמָא אִצְטְרִיךְ רָזָא בְּמִלִּין רָזִין דְּרָזַיָּא דְּעַתִּיק יוֹמִין דְּלָא אִתְמְסָרָאן אֲפִילוּ לְמַלְאָכִין עִלָּאִין עַלְאִין עַלְאִין.

§. 23. Dixit R. Schimeon: Cœlis non dicam ut auſcultent; terræ non dicam ut audiat: certè enim nos columnæ mundorum ſumus.

23. אָמַר רַ' שִׁמְעוֹן לִשְׁמַיָּא לָא אֵימָא אִצְטְיְיתוּן לְאַרְעָא לָא אֵימָא דְּתִשְׁמַע · דְּהָא אֲנַן קַיּוּמֵי עָלְמִין.

§. 24. Traditum eſt in arcano arcanorum. Cum R. Schimeon aperuit os ſuum, commotus eſt locus, & ſocii commoti ſunt.

24. תָּנֵי רָזִין דְּרָזִין כַּד פָּתַח רַשׁ פּוּמֵיהּ אִזְדַּעְזָעָא אַתְרָא וְחַבְרִין אִתְחַלְחָלוּ.

SECTIO II.

De ſtatu mundi Inanitatis.

§. 25. Manifeſtavit arcanum, & incipiens dixit: Scriptum eſt: [*Gen.* 36. *v.* 29.] Et iſti ſunt Reges, qui regnarunt in terra Edom antequam regnaret Rex ſuper filios Iſraël.

25. גְּלִי בְרָזָא וּפָתַח וְאָמַ' כְּתִיב וְאֵלֶּה הַמְּלָכִים אֲשֶׁר מָלְכוּ בְּאֶרֶץ אֱדוֹם לִפְנֵי מְלֹךְ מֶלֶךְ וְגוֹ'.

§. 26. Beatos vos, ô juſti, quod vobis manifeſtatur arcanum arcanorum Legis, quod non manifeſtatum eſt Sanctis ſuperioribus!

26. זַכָּאִין אַתּוּן צַדִּיקַיָּא דְּאִתְגְּלִי לְכוֹן רָזִי דְּרָזִין וְאוֹרַיְיתָא דְּלָא אִתְגְּלִי לְקַדִּישַׁיָּא עִלָּאִין.

§. 27.

§. 27. Quis aſſequetur hoc? & quis dignus erit eo? Eſt enim teſtimonium veritatis veritatum. Omnes ergò preces cum devotione fundantur, ne [*mihi*] imputetur in peccatum, quod hoc manifeſtem.

27. מַאן יִשְׁגַח בְּהַאי וּמַאן יִזְכֵּה בְּהַאי דְּהוּא סַהֲדוּתָא עַל מְהֵימְנוּתֵיהּ דְּהֵימְנוּתָ דְּכוּלָּא צְלוּתָא בְּרַעֲוָא יְהֵא דְּלָא יִתְחֲשֵׁב לְחוֹבָא לְגַלָּאָה דָּא.

§. 28. Et fortè dicent mihi ſocii, quod contra hæc verba formari queat objectio. Sane enim iſtud non opus erat ut ſcriberetur: cùm per ſe appareat quàm plurimos Reges fuiſſe, antequam filii Iiſraël venirent, & antequam Rex eſſet filiis Iiſraël: quomodo ergò hoc quadrat? Et propterea quæſtionem moverunt ſocii.

28. וּמַה דַּיְימִרִין לִי חַבְרַיָּיא דְּהַאי קְרָא קַשְׁיָא הוּא דְּהָא לָא הֲוָה לֵיהּ לְמִכְתַּב הָכִי דְּהָא תְּזִינָן כַּמָּא מַלְכִים הֲווּ עַד דְּלָא יִתִּין בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְעַד דְּלָא הֲוִי מַלְכָּא לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל וּמַה אִתְחֲזִי הָכָא וּבְרָא אִתְעֲרוּ חַבְרַיָּיא.

§. 29. Arcanum igitur Arcanorum eſt, quod homines nec ſcire, nec comprehendere, nec ſcientiam ſuam de illo vel muſſitare poſſunt.

29. אֶלָּא רָזֵי דְּרָזִין הוּא דְּלָא יַכְלִין בְּנֵי נָשָׁא לְמִנְדַּע וּלְאִשְׁתְּמוֹדָעָ וּלְמִרְחַשׁ בְּרַעֲוָתֵיהּ בְּהַאי.

§. 30. Traditum eſt, antequam Senior Seniorum, occultus occultorum inſtitueret efformationes Regis [*Microproſopi, ſub certis membris & gradibus*] & diademata diadematum; [*id eſt, varia involucra, quibus circundaretur luminum nimietas:*] principium & finis non fuit [*id eſt, nulla erat communicatio & acceptio.*]

30. תָּאנָא עַתִּיקָא דְּעַתִּיקִין טְמִירָא דְּטְמִירִין עַד דְּלָא זַמִּין תְּקוּנֵי דְּמַלְכָּא וְעִטּוּרֵי עִטּוּרִין שִׁירוּתָא וְסִיּוּמָא לָא הֲוָה.

§. 31. Sculpſit ergo [*i.e. ſpatiũ evacuavit, quo influeret*] & proportiones inſtituit in ſe [*quot modis lux cognitionis ſuæ ſuſcipi poſſet, unde oriebantur gradus mundorum:*] & expandit ante ſe velum quoddam, [*id eſt, produxit naturam quandam, quâ Lux ſua infinita modificaretur, quæ fuit Adam primus:*] & in eo ſculpſit, & certâ proportione diſtribuit Reges, & formas eorum [*id eſt, omnes creaturas ſubſtatu activitatis propriæ; à quibus ipſe cognoſceretur & amaretur:*] ſed non ſubſtiterunt. [*Hic innuitur lapſus creaturarum, partim in ſtatum quietis, qualis eſt materia; partim in ſtatum motus inordinati, qualis erat ſpirituum malorum, &c.*]

31. וְהָוָה מַגְלִיף וּמְשַׁעֵר בֵּיהּ וּפָרִיס קְמֵיהּ חַד פַּרְסָא וּבֵהּ גָּלִיף וְשָׁעִיר מַלִּין וְתִקּוּנוֹי וְלָא אִתְקַיְּימוּ.

§. 32. Id ipſum eſt quod dicitur [*Gen. 36. v. 29.*] Et iſti ſunt Reges, qui regnarũt in terra Edom, antequam regnaret Rex ſuper filiis Iiſraël. Rex primus reſpectu filiorum Iiſraël [*per filios*

32. וְאִלֵּין הַמְּלָכִים אֲשֶׁר מָלְכוּ בְּאֶרֶץ אֱדוֹם לִפְנֵי מְלֹךְ מֶלֶךְ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל · מַלְכָּא קַדְמָאָה לִבְנֵי

Iiſraël

Israël intelliguntur gradus mundi Restituti;] prior est.

יִשְׂרָאֵל קַדְמָאָה.

§. 33. Et omnia illa, quæ sculpta sunt, nec substiterunt, nominibus suis vocata sunt [*id est, in certas classes distributa fuerunt,*] nec tamen substiterunt; donec deseruit eos, [*stant lumina è vasis sese sursum reciperent:*] & occultavit se præ illis [*luce diminuta.*]

33. וְכוּלְהוּ דַגְלִיפוּ וְלָא אִתְקַיְימוּ בְּשְׁמָהוֹן אִתְקְרוֹן וְלָא אִתְקַיְימוּ עַד דְּאַנַּח לְהוּ וְאַצְנַע לְהוּ.

SECTIO III.

De Seniore sive Macroprosopo, & Partibus ejus, & in specie de Cranio.

§. 34. Post aliquod tempus respexit illud velum, & conformatum est juxta partes suas.

34. וּלְבָתַר זִמְנָא חָזֵה מִסְתַּכַּל בְּתַרְוֵיהוֹן פַּרְסָא וְאִתְתַּקַּן בְּתִקּוּנוֹי.

§. 35. Et sic traditum est. Proposuit sibi creare Legem [*id est, literas Alphabeticas, ex quarum transpositionibus deinde conscripta est Lex;*] absconditam bis mille annis, eamque produxit. Sed illa sic eum alloquebatur: Qui disponere & constituere vult [*alia*], prius disponatur ipse conformatione propria.

35. וְתָאנָא סְלִיק בְּרֵעוּתֵיהּ לְמִבְרֵי אוֹרַיְתָא טְמִירָא תְּרֵי אַלְפֵי שְׁנִין וְאַפֵּקָהּ מִיָּד אָמְרָה קַמֵּיהּ מַאן דְּבָעֵי לְאִתְקָנָא וּלְמֶעְבַּד יִתְקַן בְּקַדְמִיתָא תִּקּוּנוֹי.

§. 36. Traditum est in occultatione [*Regis*] Libro descripta: Senior Seniorum, occultus occultorum, in membra compositus & præparatus est [*pro futura cognitione.*]

36. תָּאנָא בְּצִנְיעוּתָא דְּסִפְרָא עַתִּיקָא דְּעַתִּיקִין סְתִירָא דְּסִתְרִין אִתְתַּקַּן וְאִזְדַּמַּן.

§. 37. Quasi diceretur, inventus est, (*id est, aliquatenus cognosci potuit,*) & non inventus est: non enim planè comprehendi potuit: sed formatus quidem est, nec tamen innotuit alicui, quoniam est Senior Seniorum.

37 כְּלוֹמַר אִשְׁתַּכַּח וְלָא אִשְׁתַּכַּח. לָא אִשְׁתַּכַּח מַמָּשׁ אֲבָל אִתְתַּקַּן וְלֵית דְּיָדַע לֵיהּ מִשּׁוּם דְּהוּא עַתִּיק דְּעַתִּיקִין.

§. 38. Sed in conformatione sua innotuit; ut quidam senex senum, decrepitus ex decrepitis, occultus occultorum: & in signis suis innotuit & non innotuit.

38. אֲבָל בְּתִקּוּנוֹי יְדִיעַ כְּחַד סָבָא דְּסָבִין עַתִּיק מֵעַתִּיקִין טְמִיר מִטְּמִירִין וּבְסִימָנוֹי יְדִיעַ וְלָא יְדִיעַ.

§. 39. Canus (*est*) habitus (*ejus*) & aspectus (*ejus*) est apertura faciei cujusdam:

39. מָארֵי דְּחִוּוֹר כְּסוּ וְחִזְוֵי בּוּסִיטָא דְּאַנְפּוֹי.

§. 40. Sedet

§. 40. Sedet (*autem*) ſuper throno ſcintillarum, ut ſubigat illas.

40. ויתיב על כורסייא דשביבין לאכפייא לון.

§. 41. In quadraginta millia mundorum extenditur album calvariæ [*vide infra §. 177.*] capitis ejus, & de luce albedinis hujus accipient juſti in mundo venturo quadringentos mundos.

41. ארבע מאה אלפי עלמין אתפשט חוורא דגולגלתא דרישוי ומנהורו דהאי חיוורא ירתי צדיקייא לעלמא דאתי ד מאות עלמין.

§. 42. Iſtud eſt, quod ſcriptum eſt [*Gen. 23. v. 16.*] quadringentos ſiclos argenti transeuntis ad mercatorem.

42. והדד ארבע מאות שקל כסף עובר לסוחר.

§. 43. In cranio quotidie conſiſtunt tredecies mille myriades mundorum, qui accipiunt ab eo, & fulciuntur ſuper eo.

43. בגולגלתא יתבין בכל יומן תליסר אלפי רבוא עלמין דנטלין עליו [דגלין] וסמכין עלוי.

SECTIO IV.

De Rore ſeu humiditate cerebri Senioris; ſeu Macroproſopi.

§. 44. Et ex illo cranio deſtillat ros verſus illum, qui eſt extrinſecus; & replet caput ejus quotidie.

44. ומהאי גולגלתא נטיף טלא להדיא דאוהו דלבר ומליא לרישיה בכל יומא.

§. 45. Et ex illo rore, quem excutit de capite ſuo, ille qui eſt extrinſecus, excitabuntur mortui ad mundum venturum.

45. ומהדהוא טלא דאנער מרישוי דהוא דאוהו לבר יתערון מתייא לעלמא דאתי.

§. 46. De quo ſcriptum eſt [*Cant. 5. v. 2.*] Caput meum repletur rore. Non ſcriptum eſt מלאתי plenum eſt rore, ſed נמלא repletur.

46. דכתיב שראשי נמלא טל מלאתי טל לא כתיב אלא נמלא.

§. 47. Et ſcriptum eſt [*Iſ. 26. v. 19.*] Ros luminum ros tuus. Luminum i. e. lumen de albedine ſenis.

47. וכתיב כי טל אורות טלך אורות נהורא דחוורתא דעתיקא.

§. 48. Et ab illo rore ſuſtentantur Sancti ſuperni.

48. ומהדהוא טלא מתקיימין קדישי עליונין.

§. 49. Et hoc eſt Manna illud, quod molitur pro Juſtis in mundo venturo.

49. והוא מנא דטחנין לצדיקייא לעלמא דאתי.

§. 50. Et ille ros deſtillat in agrum pomorum ſanctorum. Hoc eſt, quod ſcriptum eſt [*Exod.*16.*v.*14.] Et aſcendit cubatio roris, & ecce ſuper facie deſerti tenue rotundum.

נ. וְנַטְיָף דַּהֲוָא טַלָּא לְחַקְלָא דְּתַפּוּחִין קַדִּישִׁין · הֲדָךְ וַתְעַל שִׁכְבַת הַטַּל וְהִנֵּה עַל פְּנֵי הַמִּדְבָּר דַּק מְחוּסְפָּס.

§. 51. Et aſpectus hujus roris albus, ſicut eſt color lapidis cryſtalli, cujus aſpectus omnes colores in ſe habet; hoc eſt, quod ſcribitur [*Num.*11.*v.*7.] Et ſpecies ejus ſicut ſpecies cryſtalli.

נא. וְחֵיזוּ דַּהֲדָאוּא טַלָּא חִוָּור כְּהַאי גַּוְונָא דַּאֲבָנָא דִּבְרוּלְחָא דְּאִתְחֲזֵיָא כָּל גַּוְונִין בְּגַוָּוהּ הָדָר וְעִנְבָּא כְּעֵין הַבְּרוֹלַח.

SECTIO V.

Ulteriora de cranio Macroproſopi.

§. 52. Hujus cranii albedo fulget in tredecim latera ſculpta: in 4 latera ex parte una; in 4 latera ex parte faciei ejus; & in quatuor latera ex parte ambitus alterius, & unum ſupra cranium, quaſi dicatur latus ſupernum. [*vide infra Commentar.*§.104.*ſeq.*]

נב. הַאי גֻּלְגַּלְתָּא חִוָּרָא דִּילֵיהּ אַנְהִיר לִתְלֵיסַר עִיבַר גְּלוּפִין לְאַרְבַּע עִיבַר בְּסִטְרָא חַד וּלְאַרְבַּע עִיבַר בְּסִטְרָא דְּאַנְפּוֹי וּלְאַרְבַּע עִיבַר בְּסִטְרָא בְּסִחְרָנֵי אָחֳרָא וְחַד לְעֵילָא דְּגֻלְגַּלְתָּא (כְּלוֹמַר לְסִטְרָא דִּלְעֵילָא.) Ciemonenſ. col. 244.

§. 53. Et exinde extenditur longitudo faciei ejus in trecentas & ſeptuaginta myriades mundorum: & hæc אֹרֶךְ אַפַּיִם longitudo faciei vocatur.

נג. וּמֵהַאי אִתְפַּשַּׁט אוֹרְכָא דְּאַנְפּוֹי לְתֵלֶת מְאָה וְשִׁבְעִין רִבּוֹא עָלְמִין וְהַהוּא אִתְקְרֵי אֹרֶךְ אַפַּיִם (כְּלוֹמַר אוֹרְכָא דְּאַנְפִּין.)

§. 54. Et ipſe Senior Seniorum vocatur Arich Anpin, longus facie ſeu Macroproſopus: & ille, qui eſt exterior, vocatur Seir anpin ſeu brevem faciem habens (*Microproſopus,*) in oppoſitionem decrepiti Senis ſancti, Sancti Sanctorum.

נד. וְהַאי עַתִּיקָא דְּעַתִּיקִין אִתְקְרֵי אֲרִיכְ' דְּאַנְפִּין וְהַהוּא דִּלְבַר אִתְקְרֵי זְעֵיר אַנְפִּין לְקִבְלֵיהּ דְּעַתִּיקָא סָבָא קַדִּישׁ קַדִּישִׁים דְּקַדִּישַׁיָּיא.

§. 55. Et cum Microproſopus reſpicit iſtum, omnia inferiora in ordinem rediguntur, & facies ejus extenditur, & longior fit illo tempore;

נה. וּזְעֵיר אַנְפִּין כַּד אִסְתַּכַּל לְהַאי כֹּלָּא דִּלְתַתָּא אִתְתַּקַּן וְאַנְפּוֹי

pore; ſed non omni tempore, (*longa eſt*) ſicut Senioris (*facies.*)

מִתְפַּשְׁטִין וְאִרִיכִין בְּהַהוּא זִמְנָא אֲבָל לְאֵכָל שַׁעְתָּא כְּמָה דְעַתִּיקָא.

§. 56. Et ex illo cranio egreditur tractatus quidam albus verſus cranium Microproſopi, ad conformandum caput (*ejus:*) & ex illo ad cætera crania inferiorum, quorum non eſt numerus.

56. וּמֵהַאי גּוּלְגַּלְתָּא נָפִיק חַד עִיבּוּר חִוָּור לְגוּלְגַּלְתָּא דְזְעִיר אַנְפִּין לְתַקָּנָא רִישָׁא וּמֵהַאי לְשְׁאַר גּוּלְגַּלְתִּין דְּלְתַתָּא דְּלִית לוֹן חִשְׁבָּנָא.

§. 57. Et omnia crania reflectunt albedinem verſus Senem dierum, cum numerantur ſub virga. Et hujus ratione apertura exiſtit [*in hoc*] verſus cranium inferius, cum procedunt ad numerum.

57. וְכָל גּוּלְגַּלְתָּא יְהִבִין אֲנַר חִוָּורְתָּא (סְאֵ אוֹראוֹתָא) לְעַתִּיק יוֹמִין כַּד עָאלִין בְּחוּשְׁבָּנָא תְּחוֹת שַׁרְבִּיטָא וְלָקְבֵל דָּא בְּקָע לְגוּלְגֹּלֶת לְתַתָּא כַּד עָאלִין בְּחוּשְׁבָּנָא.

SECTIO VI.

De menynge Macroproſopi.

§. 58. In cavitate cranii membrana aërea eſt Sapientiæ ſupremæ occultatæ, quæ nullibi aperta eſt: & illa non invenitur, & non aperitur.

58. בַּחֲלָלָא דְגוּלְגַּלְתָּא קְרוּמָא דְאוּיְרָא דְחָכְמְתָא עִלָּאָה סְתִימָאָה דְּלָא פְּסִיק וְהַאי לָא שְׁכִיחַ וְלָא אִתְפַּתַּח.

§. 59. Et illa membrana ſuperintegitur cerebro Sapientiæ occultatæ, & propterea contegitur illa Sapientia, quia non aperitur per illam membranam.

59. וְהַאי קְרוּמָא אִתְחַפְיָא עַל מוֹחָא דְהַאי חָכְמְתָא סְתִימָאָה וּבְגִינֵי כָּךְ אִתְכַּסְיָא הַאי חָכְמְתָא דְּלָא אִתְפַּתְחָא בְּהַהוּא קְרוּמָא.

§. 60. Et illud cerebrum, quod ipſum eſt Sapientia occultata, quieſcit & tranquillum reſidet in loco ſuo, ſicut vinum bonum ſuper fæcibus ſuis.

§. 61. Et hoc eſt, quod dicunt: Senis ſcientia occulta eſt, & cerebrum ejus abſconditum & tranquillum.

60. וְהַאי מוֹחָא דְאִיהוּ הַאי חָכְמְתָא סְתִימָאָה שָׁקִיט וְאִשְׁתְּכִיךְ בְּאַתְרֵיהּ כְּחַמְרָא טָב עַל דּוּרְדַּיָּיהּ.

61. וְהֵיינוּ דְאָמְרִי סָבָא דְעִתּוֹי סְתִים וּמוֹחֵי סְתִים וְשָׁכִיךְ.

§. 62. Et illa membrana aperturam habet in Microproſopo, & propterea cerebrum ejus protenditur, & exit in 32 ſemitas:

62. וְהַאי קְרוּמָא אִתְפְּסִיק מִזְעִיר אַפִּין וּבְגִינֵי כָּךְ מוֹחֵיהּ אִתְפְּשִׁיט

וְנָפִיק לְתַלְתִּין וּתְרִין שְׁבִילִין.

§. 63. Id ipſum eſt, quod dicitur: Et fluvius egreditur ex Eden [*Gen.2.v.7.*] quam ob cauſam? quoniam aperta eſt membrana, nec ſuperintegitur cerebro.

63. הַהוּא נָהָר יוֹצֵא מֵעֵדֶן מַשְׁמַע דְּקַרְמָא אִתְפַּתַּח דְּלָא מְחַפְּיָ עַל מוֹחָא.

§. 64. Nihilominus membrana aperta eſt infra. Et iſtud eſt, quod didicimus: Inter ſignaturas literarum (*eſt*) תו Thav: Nimirum ſignum impreſſit Seni dierum, à quo dependet perfectio ſcientiæ; quia perfectus eſt ex omni parte, & abſconditus & tranquillus & ſedatus, ſicut vinum bonum ſuper fæcibus ſuis. [*vide infrà Commentar. §.48.65.ſeqq.*]

64. וְעָכְפָ קַרְמָא פְּסִיק לְתַתָּא וְהַיְינוּ דְּתַנְיָן בְּרִישׁוּמֵי אַתְוָון תָּו (כְּלוֹמַר רְשִׁים רִישׁוּמָא לְעַתִּיק יוֹמִין דְּבֵיהּ תַּלְיָיה תְּמִים דֵּעוֹת שָׁלִים מִכָּל סְטָרוֹי וְסָתִים וְשָׁכִיךְ וְשָׁקִיט כַּחֲמַר טָב עַל דּוּרְדַּיָיהּ)

SECTIO VII.

De capillis Macroproſopi.

65. Traditum eſt: E cranio capitis pendent millena millia myriadum & ſeptem millia & quingenti cincinni capilli albi & puri, ſicut eſt lana, cum pura eſt; qui non immixti ſunt invicem, ne oſtendatur inordinata perturbatio in conformatione ejus; ſed omnia ad ſelectum, ut non prodeat pilus præ pilo, & crinis præ crine. [*vide infra in Commentar. §. 91. ſeq.*]

65. תָּאנָא בְּגוֹ גֻלְגַּלְתָּא דְּרֵישָׁא תַּלְיִין אַלְפִין רִבּוֹא וְשִׁבְעָת אַלְפִין וְחָמֵשׁ מְאָה קוּצֵי דְּשַׂעֲרֵי חִוַּר וְנָקֵי כְּהַאי עַמְרָא כַּד אִיהוּ נָקֵי וְלָא אִסְתַּבָּךְ דָּא כְּדָא וְלָא לְאַחְזָאָה עַרְבּוּבְיָא בְּתִקּוּמֵיהּ אֶלָּא כֻּלָּא עַל בּוּרְיָיהּ וְלָא נָפִיק נִימָא מִנִּימָא וְשַׂעֲרָא מִשַּׂעֲרָא.

§. 66. Et in ſingulis cincinnis ſunt quadringenti & decem pili capillitii juxta numerum vocis קדוש.

66. וְכָל קוּצָא וְקוּצָא אִית בֵּיהּ אַרְבַּע מְאָה וְעֶשֶׂר נִימֵי דְּשַׂעֲרֵי בְּחִישְׁבַּן קָדוֹשׁ.

§. 67. Omnes autem & ſinguli pili radiant in quadringentos & decem mundos.

67. וְכָל נִימָא וְנִימָא לָהִיט בְּאַרְבַּע מְאָה וְעֶשֶׂר עָלְמִין. Mantuan. fol. 129.

§. 68. Singuli autem mundi abſconditi & abſtruſi ſunt, & nemo ſcit illos, exceptô ipsô.

68. וְכָל עָלְמָא וְעָלְמָא סְתִים וְגָנִיז וְלֵית דְּיָדַע לוֹן בַּר אִיהוּ.

§. 69.

§. 69. Et radiat in ſeptingenta [*alii, quadringenta*] & viginti latera.

69. וְלַחֵישׁ לְשִׁבְעָ (סְאָ לְאַרְבָּע) מְאָה וְעֶשְׂרִין עִיבַר.

§. 70. Et in ſingulis pilis eſt ſcaturigo, quæ prodit è cerebro occultato poſt parietem.

70. וּבְכָל נִימָא וְנִימָא אִית מַבּוּעָ דְּנָפִיק מִמּוֹחָא סְתִימָאָה וְבָתַר כּוֹתְלָא.

§. 71. Et lucet & promanat in illo pilo ad pilos Microproſopi, & ex illa conformatur [*alii: nutritur*] cerebrum ejus: & tunc promanat illud cerebrum in 32. ſemitas.

71. וְנָהִיר וְנָגִיד בְּהַהוּא נִימָא לְנִימִין דְּזְעִיר אַנְפִּין וּמֵהַאי מִתְּקַן (סְאָ מָתוּן) מוֹחָיהּ וּכְדֵין נָגִיד הַהוּא מוֹחָא לְתַלְתִּין וּתְרֵין שְׁבִילִין.

§. 72. Et quilibet cincinnus radiat & pendet comtus forma pulchra, ornatuque decoro, ſuperinteguntque cranium.

72. וְכָל קוּצִי וְקוּצִי מִתְלַהְטָן וְתַלְיָין מִתְתַּקְנָן בְּתַקּוּנָא יָאוּת בְּתַקּוּנָא שַׁפִּירָ מְחַפְיָין עַל גּוּלְגַּלְתָּא.

§. 73. Diſponuntur autem cincinni pilorum ex hac parte, & ex parte altera ſuper cranio.

73. מִתְתַּקְנִי קוּצִי דְנִימִין מֵהַאי סִטְרָא וּמֵהַאי סִטְרָא עַל גּוּלְגַּלְתָּא.

74. Et didicimus. Quilibet pilus dicitur fractus ſcaturiginum occultarum, prodeuntium de cerebro occluſo.

74. וְתָאנָא כָּל נִימָא וְנִימָא אִקְרִי מְשִׁיכָא דְּמַבּוּעָא (סְאָ מְמַבּוּעִין) סְתִימִין דְּנָפְקִין מִמּוֹחָא סְתִימָאָ.

§. 75. Iterum traditum eſt. Ex crinibus hominis ſcitur, qualis ſit, utrum rigoroſus, an miſericors; cùm tranſcendit quadraginta annos: ſic etiam quando eſt perfectus in pilis, in barba & ſupercíliis oculorum.

75. וְתָאנָא מִשַּׁעֲרוֹי דְּבַר נָשׁ אִשְׁתְּמוֹדָע מַאי אוּהּ אִי דִינָא אִי רַחֲמֵי מִכַּד עָבְרִין עֲלוֹי אַרְבְּעִין שְׁנִין וְאַפֵּי כַּד אִיהוּ שְׁלִים בְּשַׁעֲרֵי בְּתִקְנִיתָא (סְאָ בְּרִיקָנִיתָא) וּבְגַבְנֵי עֵינוֹי.

§. 76. Cincinni capillitii pendent comti puríque ſicut lana [*pura,*] usque ad humeros ejus. [*vid. in Comment. §. 76.*] Itáne usque ad humeros ejus? nimirum usque ad principia humerorum ejus, ut non videatur cervix: propterea quod ſcriptum eſt [*Jer. 2. v. 27.*] quia obvertunt mihi cervicem & non faciem.

76. קוּצִין דְּשַׁעֲרִי תַּלְיָין בְּתַקּוּנוֹי נְקִיִּין כַּעֲמָּ עַד כְּתֵפּוֹי עַד כְּתֵפּוֹי כְּ־ אֶלָּא עַד רֵישֵׁי דְּכְתֵפּוֹי דְּלָא אִתְחֲזֵי קוֹרְלָא מִשּׁוּם דִּכְתִיב כִּי פָּנוּ אֵלַי עוֹרֶף וְלֹא פָּנִים.

§. 77. Et capillus remiſſus eſt poſt aures, ne

77. וְשַׁעֲרָא סְלִיק אִבְּתְרָא דְּאוּדְנִין

integatur super eis: quia scriptum est [*Psal.*130. *v.*2.] ut sint aures tuæ apertæ.

וְלָא לְחַפָּיָא עֲלוֹי דִּכְתִיב לִהְוֹות אָזְנֶיךָ פְּקוּחוֹת.

§.78. Hinc prodit capillus post aures. Totus est in æquilibrio: non prodit pilus unus præ alio, dispositione perfectâ ornatuque pulchrô & statu decorô.

78. וְנָפִיק שַׂעְרָא מִבָּתַר אוּדְנַיְהּ כּוּלְיוּהּ בְּשִׁקּוּלָא לָא נָפִיק רָא מִן רָא תִּקּוּנֵיהּ שְׁלִים תִּקּוּנָא יָאֶה תִּקּוּנָא שַׁפִּירָא.

§.79. Desiderat videre (*hæc*) delectatio & gaudium justorum, qui sunt in Microprosopo: videre (*inquam cupiunt*) & adhærere conformationi, quæ est in Sene occultissimo omnium.

79. תָּאִיב לְמֶחְמֵי תִּאוּבְתָּךְ וְחֶדְוָותָא דְצַדִּיקַיָּא דְאִינּוּן בְּזְעֵיר אַפִּין לְמֶחְמֵי וּלְאִתְדַּבְּקָא בְּתִקּוּנֵי דְּעַתִּיקָא סְתִימָאָה דְּכֹלָּא.

§.80. Tredecim pili capillitii consistunt ex hoc latere, & ex illo latere cranii, circa faciem ejus, & per illos incipit capillorum divisio.

80. יג נִימִין דְּשַׂעְרִין קַיְימִי מֵהַאי סִטְרָא וּמֵהַאי סִטְרָא דְּגוּלְגַּלְתָּא לְקַבֵּיל אַנְפּוֹי וּבְאִינּוּן שַׁרְיָין שַׁעְרֵי לְאִתְפַּלְגָּא.

§.81. Non est sinistrum in illo Sene occulto; sed omnia dextra:

81. לֵית שְׂמָאלָא בְּהַאי עַתִּיקָא סְתִימָאָה כּוּלָּא יְמִינָא.

§.82. Apparet & non apparet, absconditus est & non absconditus, & id in confortatione ejus, multò magis in ipso.

82. אִתְחֲזִי וְלָא אִתְחֲזִי סָתִים וְלָא סָתִים וְהַאי בְּתִקּוּנֵי כָּשֵׁר בֵּיהּ.

§.83. Et in id filii Israël inquirere volebant in corde suo; sicut scriptum est [*Ex.*17. *v.*7.] Estne Dominus in medio nostri, an Non? [*ubi distinguebant*] inter Microprosopum, qui dicitur Tetragrammatos; & inter Macroprosopum, qui dicitur אֵין, quasi non Ens.

83. וְעַל הַאי תָּאִיבוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לְצַרָּפָא בְּלִבְהוֹן דִּכְתִיב הֲיֵשׁ יְיָ בְּקִרְבֵּנוּ אִם אַיִן בֵּין זְעֵיר אַנְפִּין דְּאֵק יְיָ וּבֵין אֲרִיךְ אַנְפִּין דְּאֵק אֵין. Cremonens. col. 245.

§.84. Cur [*autem*] puniti sunt? propterea quod id non fecerunt in amore, sed in tentatione: sicut scriptum est [*ibid.*]: Quia tentaverunt Dominum, dicendo: Num Dominus in medio nostri; an ille Non existens?

84. אִמַּאי אִתְעַנְשׁוּ מִשּׁוּם דְּלָא עַבְדוּ בַּחֲבִיבוּתָא אֶלָּא בְּנִסְיוֹנָא דִּכְתִיב וְעַל נַסּוֹתָם אֶת יְיָ הֲיֵשׁ יְיָ בְּקִרְבֵּנוּ אִם אַיִן וְגוֹ.

§.85. In discriminatione capillorum prodit semita quædam, quæ lucet in ducentos & se-

85. בְּפַלְגוּתָא דְּשַׂעְרֵי אֲוִיל חַד

ptuaginta

ptuaginta mundos, & ex illa lucet ſemita, in qua fulgent Juſti mundi venturi.

אָרְחָא דְּנָהִיר לְמָאתָן וְשִׁבְעִין עָלְמִין וּמִנֵּיהּ נָהִיר אָרְחָא דְּנָהִירִין בֵּיהּ צַדִּיקַיָּיא לְעָלְמָא דְּאָתֵי.

§. 86. Iſtud eſt quod ſcriptum eſt [*Proverb.* 4. *v.* 18.] Et ſemita juſtorum ſicut lux fulget, procedens & lucens uſque ad paratum diem.

86. הַהוּא דִּכְתִיב וְאֹרַח צַדִּיקִים כְּאוֹר נֹגַהּ הוֹלֵךְ וְאוֹר עַד נָכוֹן הַיּוֹם.

§. 87. Et ex illa dividitur ſemita in ſexcentas tredecim ſemitas, quæ diſtribuuntur in Microproſopum.

87. וּמִנֵּיהּ אָרְחָא אִתְפְּרְשָׁא לְשִׁית מְאָה וּתְלֵיסַר אוֹרְחִין דְּפַלִּיג בְּזְעֵיר אַפִּין.

§. 88. Ut ſcriptum eſt de eo [*Pſal.* 25. *v.* 6.] Omnes ſemitæ Domini miſericordia & veritas &c.

88. דִּכְתִיב בֵּיהּ כָּל אָרְחוֹת יְיָ חֶסֶד וֶאֱמֶת וְגוֹ'.

SECTIO VIII.

De fronte Microproſopi.

§. 89. Frons cranii eſt beneplacitum beneplacitorum, cui oppoſitum eſt beneplacitum Microproſopi, ſicut ſcriptum eſt [*Ex.* 28. *v.* 39.] Et erit ſuper fronte ejus ſemper ad beneplacitum &c.

89. מִצְחָא דְּגוּלְגַּלְתָּא רַעְוָא דְּרַעְוִין רְעוּתָא דְּזְעֵיר אַפִּין לְקַבְלֵי דָּהוּא רְעוּתָא דְּכָתִיב וְהָיָה עַל מִצְחוֹ תָּמִיד לְרָצוֹן וְגוֹ'.

90. Et iſta frons dicitur Razon (*Voluntas*): quia eſt detectio totius capitis & cranii, quod tegitur quadringentis viginti mundis.

90. וְהַהוּא מִצְחָא אִקְרֵי רָצוֹן דְּהוּא גְּלוּיָא דְּכָל רֵישָׁא וְגוּלְגַּלְתָּא דְּמִתְכַּסְיָא בְּאַרְבַּע מְאָה וְעֶשְׂרִין עָלְמִין.

§. 91. Etcùm detegitur, ſuſcipiuntur preces Iſraëlitarum. [*vid. infra Commentar.* §. 98.]

91. וְכַד אִתְגְּלְיָא אִתְקַבְּלָא צְלוֹתְהוֹן דְּיִשְׂרָאֵל.

§. 92. Quando detegitur? Siluit R. Schimeon. Interrogavit ſecundâ vice; quando? Dixit R. Schimeon ad Eleaſarem filium ſuum; quando detegitur?

92. אֵימָתַי אִתְגְּלְיָא שְׁתִיק רַשְׁ"י שָׁאַל תִּנְיָינוּת אֵימָתַי אָמַר רַשְׁ"י לְאֶלְעָזָר בְּרֵיהּ אֵימָתַי אִתְגְּלְיָא.

§. 93. Reſpondit ei: tempore orationis Minchæ Sabbathicæ.

93. אָמַר לֵיהּ בְּשַׁעְתָּא דְּצְלוֹתָא דְּמִנְחָא דְּשַׁבְּתָא.

